EX LIBRIS
ARCHITETTO
GIOVANNI
MUZIO
MANZU

Biblioth. Bossianæ Alexandrinæ.

Biblioth. Bossianæ Alexandrinæ.

TABVLIS ALIQVOT NOVIS VITAQ. AVCTORIS
ILLVSTRATVM. EDITIO VLTIMA.

ANTVERPIÆ,
APVD IOANNEM BAPT. VRINTIVM.
ANNO CIↃ. IↃ. CIII.

COLLEGIO DI S. ALESSANDRO IN MILANO

Collegij S. Alexandri
Biblioth. Bossianæ Alexandrinæ.

Regna vides Magni, ceu stemmata clara, PHILIPPI,
Imperium terris qua tenet ac pelago.
Justitia, alma Fides, Pietas, et auita vigebit
Relligio; hoc saluo Principe; CHRISTE faue.
P. A. Sclaus

D. PHILIPPO
AVSTRIACO
CAROLI V. AVG.
ROM. IMP. F.
INDIARVM HISPA-
NIARVMQVE ETC. RE-
GI, OMNIVM AETA-
TVM ET TOTIVS
ORBIS AMPLISSIMI
IMPERII MONAR-
CHAE,
ABRAHAMVS
ORTELIVS
ANTVERPIANVS,
EIVS MAIESTATIS
GEOGRAPHVS, DED.
CONSECRATQVE.

ADOLPHI MEKERCHI
BRVGENSIS I. C.
ΡΑΨΩΔΙΑ ΕΚΑΤΟΣΤΙΧΟΣ
FRONTISPICII
EXPLICATIO.

IMMENSAM *terræ molem, vastíque meatus*
Oceani, toto sparsas & in æquore terras,
Scriptorum multi veterum, multíque recentum
Ingenio præstanti & rerum divite censu
Hactenus aggressi, triplices tantummodò partes
Invenère Orbis, quas nec describere plenè
Posse datum est. Nostro id longè feliciùs ævo
Præstitit ORTELIVS *multo maioribus ausis:*
ORTELIVS, *quem quadrijugo super aëra curru*
Phœbus Apollo vehi secum dedit, vnde iacentes
Lustraret terras circumfusúmque profundum.
Hinc olli Phœbum, qui conspicit omnia, prorsus
Ignotas, alio penitus penitúsque sub Orbis
Axe sitas monstrasse plagas, solísque retectas
Indigenis, Orbémque novum, gentésque, virósque
Detexisse ferunt, mundíque arcana remoti.
Ille igitur studijs quo consulat, hocce THEATRVM
ORBIS TERRARVM *toti communicat Orbi.*
In quo non veterum errores incertáve tradit
Somnia, sed tripode ex ipso certissima visa.
Quóque magis mirère, tribus superaddidit Orbis
QVINQVE ORBIS PARTES. *Partibus hic binas alias, quas nemo priorum*
Vel fando audierat. Frontem solùm adspice libri,
Invenies etiam quod te pictura docebit.
Arce sedet summa solio Regina superbo
EVROPA. EVROPE, *cujus viridis fastigia lambit*
Pampinus, & dulci vitis fecunda racemo.
(Nam colit Europe Bacchum, Bacchus colit illam)
Dextra manus sceptrum gestat, clavúmque sinistra
Admotum sphæra, caput est insigne corona.
Hæc reliquis Nymphis excelsior omnibus una est,
Et latè, auspicibus quondam victricibus armis,
Roma, tua, fines porrexit adusque calentem
In Libyam, inque Asiam, divisosque orbe Britannos.
Eius & imperium proferre Hispania nuper
Ausa, per ignotum pelagus nova regna, novósque
Invenit populos, qui nunc NOVVS ORBIS *habetur.*

Adspicis

ASIA. *Adspicis à dextris* ASIAM, *quæ splendida Eoïs*
Tota nitet gemmis, tota est ornata lapillis.
Hæc manibus plenam turis beneolentis acerram
Ostentat, myrrham redolens, stacténque suavem:
Et gummi croceum, pigmenta, & aromata, & omnes
Assyrios fucos, Arabum præditia dona.

AFRICA. AFRICA *parte alia est fervore notabilis ipso*
AEthiopissa, perinsano Phaëthonte perusta,
Infrenos dum Solis equos currúmque fatigat
Ignarus juvenis, nec flectere novit habenas,
Ac terra propiùs candentem deprimit axem:
Demens qui tantos animo conceperit ausus.
Hinc habet illa caput radijs cinctum omne coruscis;
Membráque perpetuum propter nudata calorem.
At quia odorato sudantia Balsama ligno
AEgyptus propriè sibi vendicat, hæc quoque Virgo,
Balsameum dextra ramum prætendit olentem.

AMERICA. *Inferiore solo quam cernis,* AMERICA *dicta est:*
Quam nuper vectas pelago Vespucius audax
Vi rapuit, tenero nympham complexus amore.
Illa oblita sui, castique oblita pudoris,
Nuda sedet totum corpus, nisi vitta capillos
Plumea vinciret, frontem nisi gemma notaret,
Ambirent teretes nisi tintinnabula suras.
Lignea clava olli in dextra: qua mactat obesos
Atque saginatos homines, captivâque bello
Corpora, quæ discissa in frusta trementia lentis
Vel torret flammis, calido vel lixat aheno;
Vel, si quando famis rabies stimulat mage, cruda
Et jam casa recens, nigróque fluentia tabo
Membra vorat, tepidi pavitant sub dentibus artus.
Carnibus & miserorum & sanguine vescitur atro:
Horrendum facinus visu, horrendúmque relatu.
Quid non impietas designat barbara? quid non
Contemptus Superûm?
Adspicis in lava fœdatum cæde recenti
Humanum caput. En arcum celeresque sagittas,
Queis solet, adducto dum flectit cornua nervo,
Vulnera certa viris certámque infligere mortem,
Mox defessa hominum venatu tradere somno
Membra volens, lectum contextum rariùs instar
Reticuli, gemino à palo quem fixit utrimque,
Conscendit, textóque caput reclinat & artus.

MAGELLANICA. *Haud procul hinc nitidum caput exserit ultima Nympha*
Virginis os vultúmque gerens, pectúsque venustum:
Trunca manus & trunca pedes, vix cognita paucis.
Hujus amore ajunt Magellum nuper Iberum

Exarsisse, freto dum se commisit ad Austrum,
Et vocitasse suo de nomine MAGELLANAM.
Ille etenim tum fortè, micantibus undique flammis,
Incautam semel adspexit, sollemnia festa
Dum parat: Hinc Virgo multo suffusa rubore
Extemplò caput occuluit, furvóque seipsam
Involuit fumo & fusca caliginis umbris.
At, ne fors iterum temere sese illa videndam
Prabeat, hanc fixit memorem sub pectore flammam.
Audisti quid prima foris tibi pagina monstret
Spectator. ne siste oculos hic: inspice porrò,
Atque Orbem brevibus vastum metire tabellis.
Sic poteris tutò regiones ire per omnes,
Ignotásque inter longinqua per oppida gentes,
Flumináque, & montes, valles, maria omnia circum,
Ac peragrare vagi quidquid capit orbita Mundi.

IN THEATRVM ORBIS TERRARVM

ABRAHAMI ORTELII,

R. P. ANDREAS SCHOTTVS ANTVERP.
SOC. IESV PRESB.

ORTELI, *terraq; globum, maria omnia & urbes,*
Oceanum, quà Sol occidit atque oritur,
Descripsti & radio totum qui gentibus orbem,
Applaudunt operi plena theatra tuo:
Roma, theatra tibi non sic: non Attica Athena,
Pulpita odoriferos sic oluère crocos:
Námque Asia, Europa, Lybia hinc, atque Amphitrita,
Dum vada caca notas, portus & aura venis.
Corniger Euphrates, septemgemini ostia Nili,
Assurgitque Tagus, Scaldis & Eridanus:
Flumináque tractúsque maris spectantur, ut actor;
Insula in Ionio quaq; natant pelago.
Fallor? an & montes dias sub luminis oras
Sedibus abrepti, latitia exsiliunt?
Adspice, diues Arabs, & mittens tura Sabæus,
Antipodum per te notior Indus, adest.
An ne Syracosij concluserat æthera vitro
Exiguo senis, heu, ingeniosa manus?
Ausus an Iliadem nuce quis complectier? alis
Quadriiugos currus paruáque musca tegit?
Maius opus video: cedro digna atq; cothurno:
Cedite prastantis ingenio artificis.
Macte igitur virtute; immensum, quà iacet, Orbem,
Et natale solum demereare tibi.

ABRAHAMI ORTELII
ANTVERPIENSIS,
PHILIPPI II. HISPP.
REGIS COSMOGRAPHI VITA,
FRANCISCO SVVEERTIO F.
ANTVERP. AVCTORE.

ORTELIA gens, Augustæ Vindelicorum, iam pridem claruit; ex ea felici germine pullulauit GVILIELMVS ORTELIVS, qui anno partæ salutis humanæ, sexagesimo propè supra millesimum quadringentesimum, in nouam commigrans Antuerpiensem coloniam, (quam iam Deus nobilissimum Orbi terrarum emporium destinarat) multa ad laudem insignia patrauit; inter quæ, illud sanè memorabile, quòd extra portam Cæsaream, loco supplicijs reorum destinato, quadrato ex lapide Crucem, cui infernè hinc & inde, illa Virginum decora MARIÁ & IOANNES, nec non duo suffixi trabibus latrones, claudebant latus, ære proprio & copioso, erigendam curarit, quo suaui pietatis sensu transeuntes, quique tum vel maximè mortis rei, perfunderentur. Sed illa summæ deuotionis monumenta, hoc tragico funestoq. tumultu perduellium hæreticorum furor deturbauit. Moritur verò GVILIELMVS anno ab incarnato Deo, vndecimo supra sesqui millesimum, Ianuarij VII. die, & apud Franciscanos sodales tumulatur. Viri optimi hæreditatem excipit LEONARDVS Fil. haud patri dispar: ferunt enim diuina omnia ita ad palatum eius fuisse, vt de cælestibus rebus commentationes rarò è manibus, nunquam è mente deponeret. Hic ANNAE HERWAYERS matrimonio iunctus, duas filias, & ABRAHAMVM ORTELIVM (cuius vitam hic describere statutum) Anno cIↃ. IↃ. XXVII. IIII. Non Aprilis in lucem exstulit, qui in domum non infimam, noua decora & augustiora inuexit, nequaquam parta ludentis Fortunæ temeritate, sed longissimis quæsita laboribus. Erat in eo rara indoles animi, magnum & acre ingenium, & quod mirum in iuuene, studium rerum magnarum non vulgare. quare eum liberalius instituendum arbitratus Parens, quà Latinis, quà Græcis litteris, (has enim ipse mirè callebat) feliciter informare incipit. Sed optimis hisce cogitationibus malum interuenit necessarium mors dilecti parentis, Anno cIↃ. IↃ. XXXV. cùm alijs, tum filio luctuosa; quippe qui iam exteris vti præceptoribus cogeretur, sub quibus tamen fructus non pœnitendos collegit; neque enim pueriles nugæ, crepundiaq. ceteræq. lubricæ ætatis pestes, aut auertere ab instituto, aut retardare generosæ mentis iuuenem vnquam potuêre. In Mathematicis tamen ei propè vnica contigit laus, cùm plerunque sine præceptore, inuolutas earum artium subtilitates, & per se caperet sedulò, & ceteris admirantibus lucidissimè recitaret. Anno ætatis suæ trigesimo, multa magnaq. animo agitans, & quietis patriæ pertæsus, profectionem in varias orbis plagas cogitare cœpit. Francofurtum ad

Mœnum ſæpiſsimè viſitauit, idque ob nundinas binas, quibus vrbs ea Imperialis eſt celebris. Anno verò à Chriſto nato. cIↃ. IↃ. LXXV. cum IOANNE VIVIANO Valencenate, mercatore & ſtudijs dedito viro, & IERONIMO SCOLIERS Antuerpiano, Leodicenſes, Treuirenſes, Tungros & Moguntinos Iuſtrauit; exſtat hodieq. libellus huius itineris teſtis locupletiſsimus. Anno cIↃ. IↃ. LXXVII. ſocio vſus EMANVELE DEMETRIO Antuerpiano, cognato ſuo, Angliam Hyberniamq. inſpexit. Italiam illam fœcundorum altricem ingeniorum, illam admirandarum rerum effectricem, illam Antiquitatis parentem ter peragrauit; neque curſim, ſed ijs ſubnotatis, & in codicillos relatis, quæ ad memoriam maximè inſignia viſebantur. Cùm tertiò Italiam inuiſeret, anno ſcilicet cIↃ. IↃ. LXXVIII. comitem itineris habuit GEORGIVM HOVFNAGLIVM Antuerpianum, qui picturam delicatiorem Genio duce amplexus, eò promouit, ſummis vt Principibus ALBERTO & GVILIELMO Boiaricis, FERDINANDO Auſtriaco, ipſi Imp. RVDOLPHO Auguſt. charus acceptuſque fuerit. Abijt hic ad meliorem vitam Pragæ XIII. Ianuarij, cIↃ. IↃ. c. digniſsimus longiore ac diuturniore vita, ſi Fata hominum virtutes ponderarent. Verùm ita res habet, vt mors, quaſi meſſoria falx ſegetes, ſic probos atq. improbos pro arbitratu, iuuenesq. ac ſenes metat. Nihil quoq. vel in Germania vel Gallia illuſtre, quod non peruiderit noſter ABRAHAMVS. Demum tot itinerum ſuperatis difficultatibus, Antuerpiam, ad cariſsimos lares rediit. Nec mirum, ſi ocellum Orbis (ita eam vrbem, *Mineruæ corculum* LIPSIVS venuſtat) ſibi quietis locum delegit, Orbem tam ſcitè delineaturus. Cœpit tum poſteritati ſuæ ſubſeruire, & regiones viſas, inuiſas & ignota maria, clauſas omni Antiquitati vias ac terras, Geographico calamo aperire, ignotos illos Orientis Occidentisq. tractus deſcribere, denique in THEATRVM illud, quod nunc tanta omnium admiratione inſpicitur & legitur, totus incumbere; quo in opere, ita omnibus ſuam probauit induſtriam & operam, vt à PHILIPPO II. illo Principe Principum, Geographi Regij inſignibus ſit ornatus. Scripſit & THESAVRVM GEOGRAPHICVM, in quo omnium totius terræ regionum, montium, promontoriorum, collium, ſiluarum, inſularum, portuum, populorum, vrbium, opidorum, pagorum, item Oceani, marium, fretorum, fluuiorum, &c. nomina & appellationes veteres, additis magna ex parte etiam recentioribus viſuntur; Opus eruditum lectuq. iucundum. Dedit quoq. poſteritati DEORVM DEARVMQ. CAPITA, ex vetuſtis numiſmatibus, in gratiam Antiquitatis ſtudioſorum, poſtea hiſtorica narratione illuſtrata per Franciſcum Sweertium F. Anno verò cIↃ. IↃ. XCVI. ædidit AVREI SAECVLI IMAGINEM, ſiue Germanorum veterum vitam, mores, ritus & religionem, ex varijs auctoribus congeſta, dedicauitq. CL. V. IACOBI MONAVII Patricij Vratiſlauienſis Fil. FREDERICO MONAVIO. His ergo lucubrationibus immortale ſibi nomen comparauit. In communi ſermone, nihil illo probius, nihil feſtiuius, nihil comius. Beneuolentia illi ſingularis, conciliandæque hominum gratiæ ac promerendi amoris, mirum & efficax ſtudium. Inimicos benefactis vincere, aut contemnere, quàm vlciſci malebat. Vitia ſic oſus eſt, etiam in ſuis, vt virtutes in externis vel hoſtibus ſit veneratus. Quæſtiones vanas, diſputationesque ſubtiliores de ijs quæ ad Deum pertinent, vt noxias fugiebat contemnebatq. Rectè de rebus iudicandi ſtudium, eloquentiæ artibus præferebat. Mala præſentia, quàm metum impendentium fortius tulit: extremaque facilius quàm dubia. Sui egregius in vita contemptor exſtitit; neq. enim

vnquam

vnquam rebus istis humanis verè inferioribus, mente inhæsit, doctissimi Elogij sui (ad quod virorum magnorum lusêre ingenia) nunquam immemor: CONTEMNO ET ORNO, MENTE, MANV. Agebat quippe hominem vis occulti Numinis, itaq. à terrenis istis cogitationibus animũ auocabat, vti nihil in vita sustineret acerbius, quàm à libris (quos in vita hac carissimos semper habuit) breuissimum licet diuortium. Amicos coluit magni & nominis & eruditionis viros. In Hispania, BENEDICTVM ARIAM MONTANVM Theologum, & R.P. ANDREAM SCHOTTVM Antuerpianum, Societatis IESV Presb. In Italia, FVLVIVM VRSINVM, FRANCISCVM SVPERANTIVM & IOANNEM SAMBVCVM. In Germania, GERARDVM MERCATOREM, insignem Cosmographum, IACOBVM MONAVIVM, MARCVM VELSERVM, IOACHIMVM CAMERARIVM, IANVM GRVTERVM Antverpianũ, & ARNOLDVM MILIVM. In Gallia, PETRVM PYTHOEVM & alios. In Belgica nostra, IVSTVM LIPSIVM, LAEVINVM TORRENTIVM, NICOLAVM ROCKOXIVM, CORNELIVM PRVNIVM, BALTHASAREM ROBIANVM, LVDOVICVM PEREZIVM, IOANNEM BRANTIVM IC. & ab actis Reipub. Antuerp. IOANNEM BOCHIVM eiusdem Reip. à Secretis, FRANCISCVM RAPHELENGIVM, CHRISTOPHORVM PLANTINVM, IOANNEM MORETVM, PHILIPPVM GALLAEVM, OTHONEM VENIVM pictorem celeberrimum, & FRANCISCVM SWEERTIVM F. Cum his omnibus, aliisq. pluribus amica ei consuetudo. Ad hos scriptitabat, ab his sæpenumero litteras recipiebat. Rerum rariorum & antiquarum studiosus erat. Habebat domi suæ imagines, statuas, nummos Græcos, Romanos, aureos, argenteos, æreos. Conchas ab ipsis Indis & Antipodibus; marmora omnis coloris. Spiras testudineas tantæ magnitudinis, vt decem ex ijs viri in orbem sedentes, cibum sumere possent: alias rursum ita angustas, vt vix magnitudinem capitelli vnius aciculæ adæquarent. Bibliotheca eius omni librorum genere instructissima fuit, vt non immeritò domum illius dixisses, omnis politioris litteraturæ officinam, ad quam ex varijs locis, velut ad Lyceum aliquod Peripateticum, aut Academiam Platonis, concursus fiebat. Hanc ERNESTVS, hanc ALBERTVS ab Hulstana expeditione victor rediens, alijq. Principes & viri summi, medij, infimi, frequentes inuisebant. Hæc agitantem, & primum supra septuagesimum annum agentem, mense Iunio, conceptus morbus, ac lentis accessionibus, nonnihil productus (Medici affirmabant vlcus renum fuisse, quod Hippocrates scribit in senibus vix vnquam curationem recipere, continuoque acrioris excrementi illapsu irritari & recrudescere) Anno reparatæ salutis CIↃ. IↃ. XCVIII. leniter exstinxit. Fuit ABRAHAMVS statura longiore, corpore gracili, coma barbaq. flaui coloris, glaucis oculis, fronte ad laudem exporrecta; aditu facilis, & alloquio perhumanus. In seriis sine fastu, grauis, in serendis iocis suauissimus euadebat, ea tamen temperie, vt cuncta ad Christianam pietatem reuocaret. Defunctum fratrem cælibem, ANNA ORTELIA & ipsa cælebs, nec diu ABRAHAMO superstes (moritur enim anno sæculari sacro CIↃ. IↃ. C.) Antuerpiæ, ad D. Michaelem Præmonstratensium Abbatiam loco honesto tumulauit: facilè enim operosi sepulcri honore carere potuit, qui publico consensu perenne, lateq. diffusum decus excelsa virtute promeruit. Franciscus Sweertius F. LACRYMAS Poëtarum, mortuo parentantium collegit & publicauit, dedicauitq. S. P. Q. Antuerpiensi, quarum partem in gratiam lectorum hic sparguntur. IVSTVS LIPSIVS V. CL. hoc illi, officij gratia, Epitaphium, heredum rogatu, composuit: verte folium, & legisse non pœnitebit.

ABRAHAMI ORTELII
QVEM VRBS VRBIVM ANTVERPIA EDIDIT,
REX REGVM PHILIPPVS GEOG APHVM HABVIT,
MONVMENTVM VIDES.
BREVIS TERRA EVM CAPIT
QVI IPSE ORBEM TERRARVM CEPIT,
STILO ET TABVLIS ILLVSTRAVIT:
SED MENTE CONTEMPSIT,
QVA CAELVM ET ALTA SVSPEXIT
CONSTANS ADVERSVM SPES AVT METVS.
AMICITIAE CVLTOR, CANDORE FIDE OFFICIIS,
QVIETIS CVLTOR, SINE LITE VXORE PROLE.
VITAM HABVIT, QVALE ADIVS VOTVM.
VT NVNC QVOQVE AETERNA EI QVIES SIT
VOTIS FAVE LECTOR.
OBIIT IIII. KAL. IVLII. ANNO ∞IↃ.XCIIX.
VIXIT ANN. LXXI. MENSS. II. DIES IIXX.
COLII EX SORORE NEPOTES B.M.POSS.
CONTEMNO ET ORNO MENTE MANV

INSIGNIVM ALIQVOT HVIVS ÆVI POETARVM CARMINA

EX LACRYMIS FRANCISCI SWEERTI F. in ABRAHAMI ORTELI obitum.

Tumulus.

HEM, *quàm pauca satis terra est condantur vt ossa*
ORTELI, *tumulo quàm iacet ille breui!*
Pro meritis vrnam nactus sedémque fuisset,
Debuerat saxo splendidiore tegi.
Qui totum varijs impleuit laudibus orbem,
Quâ Phœbus rutilos iungit Eous equos:
Quâ medium secat axe diem, quâ mergit habenas,
Et lauat occiduo feruida plaustra salo:
Aut vbi Parrhasia gelidis in vallibus Arcti
Mutant Sithonias vere tepente niues.
Fas erat in tota bustum tellure locari,
Qui facit vt totam conspiciamus humum.
Si quis Agenorei quantum patet ora iuuenci
Nescit, & in Libycis est peregrinus agris:
Hospes Achamenijs quicunque vagatur in aruis,
Qui stupet è mundo nuncia mira nouo:
Percurrat tabulas oculis, & mente THEATRVM,
Nullus in orbe latens angulus orbis erit.
Ipse dedit Mundum nobis, totúmque retexit,
Ornauitque suis exposuitque libris;
Ingeniíque sui terris monimenta reliquit,
Quæ nunquam tenebris obruet vlla dies.
Donec erunt Orbes, gemini voluentur & axes,
Et terris riguæ dum sitientur aquæ:
Humida dum tenui perflabitur aëre tellus,
Et silicis venis abditus ignis erit:
ORTELI, *tua perpetuam pro munere tanto*
Scripta ferent lucem quam tuus Orbis habet.

I. Bochius S. P. Q. Antuerp. à Secretis.

R. P. ANDREÆ SCHOTTI SOC. IESV PRESB. AD ORTELII TVMVLVM

Elegia.

STAT *moles immensa super, titulúsque sepulcro*
ORTELI, *patriæ fama decúsque tuæ.*

Casta

Casta placent Superis, ducta est sine compare vita,
Ast gnati, ingenij sunt monumenta, Libri.
Ecce ferunt calathis flores, pars tura Sabæa:
Vixisti, referunt, SIT TIBI TERRA LEVIS.
Aspergunt alij laticem, pia turba precatur,
Pax sit, ait cineri, molliter ossa cubent.
Pars tumulum condunt, inscripto nomine honoris:
HIC SITVS EST ORBEM QVI DEDIT IN TABVLA.
Fallor? an & stellis torquens lucentibus axem
Luget Atlas, moeret Amphitryoniades?
Si lacrymis posset mors sisti, filáque nossent
Si rigidas Parcæ vel reuocare manus;
Esset vita super, nec adhuc situs occubet vmbris
ABRAMVS, *radios puluere conficiat.*
At nos, qui amentes æuum speramus, obimus:
Cras erimus forsan flaua cinis tumulo.
SALVE *ergo atque* VALE *patriæ decus, orbis ocelle:*
Ad tua quisquis ades, fausta precatus, Abi.

MANIBVS ABRAHAMI ORTELII VIRI EXCEL. AMICIQVE A PATRE, AB AVO.

IANVS GRVTERVS ANTVERPIANVS,

AD R. P. ANDREAM SCHOTTVM ANTVERPIANVM.

SCHOTTE, *mero pia cui Sapientia nectare linguam*
Ambrosia sed enim cor animúmque fouet:
SCHOTTE, *potens prægnantis ouanti lumine mentis,*
Scripta vetustorum detenebrare Patrum:
Si quisquam vetet vndantes te fundere fletus,
Ac lausum tristi sæpe cière sono;
Munera dum postrema pij largiris amoris,
Funus & ORTELIVM *nocte diéque gemis:*
Is vel Hyperborea penitè defossus abysso,
ORTELII *nunquam nomen in aure tulit;*
Vel celat rigidum medijs adamanta medullis,
Próque oculis ferri fusile pondus habet.
Ipse profectò ad Othoniacos detrusior ocres;
Heic vbi vix tandem languida fama venit.
Tam rari capitis viuo impete lugeo raptus,
Omnis & in pigro deficit ore sonus:
Abiectíque procul lauru de virgine sertis,
Cuncta meæ rupi fila repente lyræ;
Fila, virûm meritos quibus emetibar honoreis,
Per quos iam superat Græco-Latina Venus;

Certamús-

Certamúſque hodie veteris ſplendoribus aui,
Quos Latio Tuſcus ſuppeditabat eques.
Et meritò. nam quei caperer cantare deinceps,
Sic mihi amicorum cùm moreretur apex?
Cunctarúmque eheu virtutum expreſſa figura
Non fugeret, reditus non meminente, fuga?
Magna loquor, ſed vera loquor, neque liuida quidquam
Lingua quod heic falſi crimine carpat, habet.
Vſque adeò vnus eras, ORTELI, *imò vnicus, Orbi*
Huic noſtro antiquis moribus atque fide;
Quíque palam faceres, aut aurei ſemina ſecli
Nunc quoque relliquias heic retinere ſuas:
Aut non ſic partu Natura effœta frequenti
Viſcera, adhuc rarum quin dare poſſet opus.
Nam velut in cunis Tyrinthia dextera contrà
Excetras ſpecimen præbet Aprile ſui;
Sic etiam virtus tua longius anteit annos,
Plantáque cum fructu, vix digitalis eras.
Maternóque ſinu ſublatum protinus alma
Aſſeruit Pietas, purpureúſque Pudor.
Séque fibris totum cunctis infudit Honeſtum,
Candor & illimis ſimplicitáſque teres.
Hinc neque Pythagora biuio iuuenalior hares,
Perſtringítue oculos luxurioſa Dea:
Ocyùs anguſti ſed inis exordia rami,
Téque celebrati fama laboris agit.
Víxque genis noua barbitij ſuccreuerat vmbra,
Cùm tibi fronde ſua tempora velat Honor:
Suadet & æternis ari committere punctis,
Spectandum quicquid latior Orbis habet.
Nec mora, cum paruis tabulis membra omnia prodis,
Protinus EVROPE *qua ferat eſſe ſua.*
Inde ASIAE *baccata repræſentatur imago,*
AFRICAQVE *aſpicitur veſtis honore ſua?*
Quarta nec illa deeſt mundi noua portio, pridem
MAGELLANE *tuis prodita nauigijs.*
Vidit opus PALLAS, *velutíque in faſce ligato,*
Semina Protagoras protulit ingenij:
Democritíque ideo laribus tranſcriptus honoris,
Fit Sophia ſubitò rarus alumnus hera.
Sic hac ingenij deprenſus in vngue, MINERVAE
Eligeris propior tempus in omne cliens.
Indulsítque ſui illa tibi miracula multa,
A capite ad calcem peruoluiſſe, pepli.
Tam citò non rapuit vicinas Naptha fauillas,
Succina non paleas, non adamanta chalybs:
Quàm genus inde citò omne bibis ſitientior arteis,

Quáſque

Quáſque tulit Latium, Gracia quáſque tulit.
Quicquid Parnaßi finxère in monte Poëta,
Imbuerúntque ſui Bellerophontis aqua;
Quicquid Socraticis pandit Sapientia chartis,
Secúmque Vranie detulit alta polo;
Quicquid honorificum vel contrà, ab origine mundi
Ad lucem hanc geſtum eſt, ínque ſago, ínque toga;
Quicquid Suadelâ dixit præeunte Pericles,
Quíque Periclco calle tulère pedem;
Quicquid in orbe patet, populorum iam modo, quicquid
Abſumpſit longi temporis atra lues;
Non ſecus ac proprium cognoras nomen ad vnguem,
ORTELI, *prorſus bibliotheca loquens.*
Omnia cognoras. Verùm omnia cognouiſſe
Vtile quid nobis, quos tuus vrit Amor?
Num minus, heu! in te ſtringit Mors improba falcem;
Communem cunctis cogit & ire viam?
Num minus ex oculis aufers raptim omnia tecum?
Nec quo iungamur poſtmodò tempus erit?
O caput, ô cerebrum, bona vbi ſtiparat Olympus
Cuncta, alijs facile mille futura ſatis!
O os, ô labium, quod dextera ſæpe Diones
Nectare, at Ambroſia diuite leuit Amor!
O frons, ô cilia, circum quæ ludere ſuerant
Iucundâ Peithûs cum grauitate lepos!
O manus, ô digiti, per quos ſibi Dædala ſemper
Viſa fuit Pallas, Mercuriúſque ſagax!
O hic & ille oculus, quibus vſque atque vſque libenter
Incubuit Charitum Parthenopea trias!
O cor, ô pectus, Virtutum Dia quadriga,
Mnemoſynæq; palam quod coluère Deæ!
Omnia vos igitur rapuit vis effera Fati?
Singula vos igitur Morta profana tulit?
Singula Morta tulit certè, tulit omnia fatum,
Illorum in terris nec ſuus vſus erit.
Rari namque loco theſauri, impoſtus es aſtris,
Heic propè vbi Erigones lanx geminata micat;
Fíſque nouum ſydus, radijs quod vbique benignis
Non modò perpetuùm cuncta creata beet:
Verùm etiam ſtellas reliquas, vt quæq; propinqua eſt,
Exarmet ſenſim noxietate mala;
Parturiátque adeò mundi Saturnia ſecla
Pandotæq; fuget pixidis omne nefas.
Sic tamen ORTELI, *deſideriúmque dolórque*
Omnibus es, quorum fidus amicus eras.
Illis præcipuè queis læua parte mamillæ
Cordis acetati ſubſilit vſque vigor.

Tecum

Tecum vna ſanè perijt pars optima noſtri,
Et videor membris exul abeſſe meis.
Tecum, ſi qua fuit, liquit me fama, iuuenta
Tecum abijt noſtra lætior omnis honos.
Heu, heu! rarus eras mihi rebus in omnibus, vnâ
Sed tamen imprimis rarus AMICITIA.
Fallor? ita an penito tibi nomina pectore noſtra
Scalpſerat aurata cuſpide magnus Amor
Vt legere ipſa palam quiuis per viſcera poſſet,
Indita eis quanquam nulla feneſtra foret?
Hinc me non modò tunc aliquid ſine fine putabas
Cùm Sortis veherer proſperiore rota:
Verùm etiam cùm me, vultu illa virago nouerca
Increpitum premeret calce fugace pedis.
Ergo velut prenſis in nigro turbine nautis,
Præſidij poſtquam ſpes melioris obiît;
Accelerat geminus Pollux, flatúſque ſecundus
Vertit & actutum perdita corda viris:
Sic curarum inter Scyllas, intérque Charybdeis,
Largiter exilij queis ſcatet omne mare;
Tu mihi ſolamen, tu delenimen iniqui
Temporis atque æſtus dulce refrigerium.
Vtque vbi ver prægnans rediit, ſub vepre ſenectam
Exuit omnem anguis, pelle recincta nouâ:
Sic maculas omnes mœrorum, hyeméſque doloris,
Depulit alloquij vis Zephyrina tui.
Seu me Sequanicis retinebat Gallia ripis,
Seu Rhodani, Ligeris ſeu magis hoſpes eram:
Siue fatigantis calcabam luſtra Pyrenes,
Alpinas ve niues, Danubium ve gelu:
Denique ſeu propius NASONIS *buſta vagarer*
Credita Sarmaticis non bene buſta Getis;
Remigio impigro tua memet vbique ſecuta eſt
Littera, felici ſcripta ſubinde manu.
Quos non affectus, quæ non ibi ſigna notabam,
Theſeâ nihilo languidiora fide!
Haud aliò fratri frater vincitur amore:
Haud alio natum deperit igne parens.
Hei, quod non fuit illa vtriuſque fauentia Fati,
Vrbs ſimul vt gremio clauderet vna duos!
Tunc mihi non Niſus, non Phintia nomen haberet,
Non quoſcunque loquax Græcia laude vehit.
Et tamen, haud vnis, quanquam conuiximus oris,
Sic quoque de nobis fama celebris erit.
Dúmque meæ ſuper vlla manebit adoreæ Muſæ,
ORTELIIQVE ORBIS *viuet in ore labor;*
Et noſtros rumore ſecundo extollet amores

Vistula succinifer, lymphâque flaua Tagi;
Laudabítque fidem firmam ripa vtraque Rheni,
Cycnifer & Thamesis, populigérque Padus.
O ita dia velis Cypri regina Dione;
Eurynomæ soboles, ô ita terna velis!

EIVSDEM IANI GRVTERI.

SI *Pietas minus vlla pia esse putetur, amico*
Quæ functo linguæ munere cuncta negat:
ORTELIO, *heu, Pietas sit tota vel impia; linguæ*
Munera cui planè cuncta neganda putat.
Nam quamuis coëant os cuncta ora Orbis in vnum,
Quei queat ORTELIO *promere digna satis?*
Si Pietas minus vlla pia esse putatur, amico
Quæ functo sortis munera cuncta negat:
ORTELIO, *heu, Pietas, sit item tota impia, nulla*
Vtpote cui censet munera posse dari.
Nam quamuis coëant omnes gemmæ Orbis in vnam,
Orbis & omne aurum vindicet vna domus;
Quæ tamen ORTELIO *meritis aliquando parentur,*
Aut auro aut gemmis munera digna satis?
Imò satis vix sint, vix sint satis huic, licet adstent
Cum Libya Europe, cúmque Asia Americe.

EPITAPHIVM.
ABRAHAMI ORTELII.

SI *nequit vnus homo tabulis componere terras*
Separat immenso quas Pater ipse solo:
Et tot inaccessas auidi maris æstibus arcet,
Multorum ORTELI *sedulitate tua*
Instar habes, cuius populatim didita in oras
Omnes terrarum clara THEATRA *meant;*
Nec secus illustrant Orbem veterémque nouúmque
Quàm nitidi Solis flammicomantis equi:
Tunc cùm sublimes per sidera verna feruntur,
Aut ardent almæ Virginis in speculis.
Siue homini munus dedit hoc fauor ætheris vni;
Vni præ reliquis contulit omne tibi.
AEquiter indultum, tribuit seu pluribus, acri
Qui studio Orbis amant explicuisse situm:
Et fabre pictos ad verum effingere Mundos,
Is tu pro reliquis omnibus vnus eras.
Vnus eras, dum noster eras: nunc alite leti
Ad Superûm sedes indigitatus abis.

Cur

Cur querar? illa tua virtuti congrua sors est.
Sic decuit celsam te Iouis ire domum.
Scilicet vt magni celebres pallatia cæli,
Siderea quamuis luce notanda micent.
Cælicolísque nouum statuas super astra THEATRVM,
Quod Libys obliquo lumine spectet Atlas.
Miretúrque genu flexo vis Herculis alti:
Seq; palam agnoscant par potuisse nihil.
Quum terram ornaris, quid ni Deùm in arce locatus
Cosmographi vero nomine numen agas?
Ecce tibi ponit sollenne Adripia sacrum,
Hic ædem diui quà MICHAELIS *habet:*
Tótque tuas dotes ne dens grauis atterat æui,
Officiosa parens marmore & ære colit.
Gnosias ecce tibi radiat liquido igne corona,
Vt dignum merito cingat honore caput.
Accedunt patrij nota pietate sodales;
Aptáque Pierio cum grege serta ferunt.
Quos inter Princeps facundi LIPSIVS *oris,*
Defuncto carmen exequiale canit:
Quale nec in densis nemorum Philomela viretis,
Aut fluuij ad salices emoduletur olor.
Insequitur PROSPER *socia face tactus amoris*
Corda tui, & sacris adstruit orsa modis.
Aonia PROSPER VVLCANIVS *arbiter artis:*
Munia transcripsit cui sua culta Charis.
Nec cessant VRIENDI *Gandensis mellea plectra:*
Illa fide insolitum suauicrepante sonant.
Dúmque sonant, vocis resonat pia carmina imago:
Vix meminit notas SCALDIS *inire vias.*
BOCHIVS *auctor adest, præsignis Apollinis arcu:*
Clarior à tumulo quo tibi surgat honos.
Hunc Dea Calliope tinctis in nectare telis
Excutit, & mortis spernere iura iubet.
Ipse ego quo possum memori tua funera versu
Prosequor, & rutilis spargo sepulchra rosis.
Hísque tibi numeris veterum de more parentans
Balsama diffundo, vináque mista fauis.
Macte decus Patriæ, cæli nouus incola macte:
Semper ad Atuaticas laus tua viuat aquas;
Inq; peregrinis porrò incluta floreat oris,
Nomen vt ORTELIVM *gens gemini Orbis amet.*

Memoriæ æternæ Sacrum.
Amico optimè de se merito

IANVS LERNVTIVS

beniuolentiæ ergò P. C.

FVNEBRIS ACROSTICHIS
ABRAHAMI ORTELII ANTVERP.
GEOGRAPHI REGII.

A *tropos* ORTELI *disrumpit fila; sepult* O
B *usta parat cineri Vranie: cùm spiritus inte* R
R *imosa innumeros vectus rate, sorte peteba* T
A *Minôe locum; mouet vrnam; tracta leon* E
A *dfuit ex templo Cybele, & stans ante tribuna* L
M *ensor, ait, meus hic, terræ, non iudicis orc* I
V *rna expectabit sortem, hoc petet æthera curr* V
S *ic fata;* ORTELIVM *rapit, & cœli inserit astri* S

In obitum eiusdem Cronographicum retrogradum.

OrteLIVs tenet hIC eXangVes CorporIs artVs,
IVngItVr & sVperIs Mens bona CæLI CoLIs.

Fecit IODOCVS DE VVEERT, *vrbis Antuerp. Syndicus, & adsessor.*

IOANNES BRANTIVS I. C.
GRAPHIARIVS ANTVERPIENSIS.

SOL *oriens orbem radijs fulgentibus ornat,*
Fert lucem, fulgore suo latè omnia complet:
Ast idem Occiduus tenebras adducit, & atra
Inuoluit cœlum, & totam caligine terram.
Tu plus, ORTELI, *prastas, nam candidus Orbi*
Quæ studio, ingenióque tuo Ornamenta dedisti
Viuus, multo eadem moriens maiora relinquis:
Sed quem suspiciunt alij, tu despicis vnus.

IN ABRAHAMI ORTELI OBITVM
NICOLAVS OVDARTVS
ECCLESIASTICI PRAETORII MACHLINIAE PRAEFECTVS.

PER *quos se populos extendat Dædala tellus,*
Quos habeat fluuios, quæ iuga, quósque sinus:
Quæ pater Oceanus spaciosa volumina voluat,
Quo foueat terram gurgite, quóve premat:
Denique quidquid adhuc penetrabile in hoc & in isto,
Præ cunctis viuis viderat ORTELIVS.
Viderat, & radio quoque non fallente notârat;
Nec tamen hoc ipsum credidit esse satis.

Quo

Quo magis exactè satagat, conscendit Olympum,
Scilicet inde ratus conspicuum omne fore.
Verum ibi vt est, manum ei Deus iniicit, atq; ait: vndis,
Sátque datum terris; nunc age scribe polos.

MEMORIAE POSTERORVM CONSECRAT.

VIATOR PAVCA HÆC LEGE.
ABRAHAMVS ORTELIVS H. S. S.
PATRIA MIHI ET DOMVS HÆC VRBS FVIT.
TITVLVS ET MVNVS GEOGRAPHVS REGIVS.
DVM VIXI, VIDI VTRAMQ. FORTVNAM PVBLICAM
SED VVLTV EODEM:
MEAM PROPRIAM, VNO ANIMO ET STATV,
MODICVS REI ET SPEI,
FACILEM PLACIDAMQVE MIHI FECI.
QVAM NVNC TERRAM COLO, VIVVS ITEM EXCOLVI
MANV, RADIO, COLORE:
SED MENTE CONTEMPSI.
FATALEM MEAM METAM SINE METV ADIVI,
CVM VIXISSEM ANN. LXXI. M. II. D. IIXX.
MORS OBREPSIT AN. CIↃ. IↃ. XCIIX.
IIII. KAL. IVLII.
TV BONE BONVM VOTVM ADDE,
ET OLIM QVIETO QVIETEM ÆTERNAM
APPRECARE.

P. M. ERGO PARENTABAT.
IOANNES VVOVERIVS
ANTVERPIAN.

LOVANII CIↃ. IↃ. XCIX. IIII. KAL. IVLII.

EPITAPHION
ABRAHAMI ORTELII.

QVID *primum* ORTELI, *quid summum pectore promam,*
Quo possim cineri soluere iusta tuo?

Exciturus eram doctas in carmina Diuas;
Carmina sunt meritis inferiora tuis.
Impendendus erat MVNDVS *sed pectore* MVNDVM
Capisti, laudes non capit ille tuas.
Laudibus ergò tuis melius desistere. Abundè
Laudatur, cui laus nulla sat esse potest.

IOSEPHVS SCALIGER IVL. CAES. F.
Lugduni Batauor. Amico Pos.

PAVLI MELISSI FRANCI, COMITIS PALATINI, & EQ. AVR. CIVIS ROMANI MELOS.

AD IOANNEM MORETVM VIRVM ORNATISS.

TRISTIS *profectò nuncius heu meas*
Percussit aures, & iecur intimum
Consauciauit permolesto
Vulnere rumor acerbus ille,
Quo fluctuosus SCALDIS *inhorruit*
MORETE *primùm, dein vaga cornua*
Rheni, recellentísque Mœni,
Post etiam Nicer inter altos
Volutùs ocres: cuius ad aggerem
Postus recliuem, fundito lacrymas
Luctu refertas, funebrémque
Pallidus ORTELIO *cupressum*
Incendo nigris frondibus. Aggemit
Mæstum canenti plurima tibia
Dryas, Napæarúmque iuxta
Turba dolens, sociaq; Nymphæ,
Cœtum nouenum non sine Cynthio
Planctum videntes edere maximum.
Montes, supinataq; valles
Ingeminant fremitùs acutos,
Clarúmque deflent ORTELIVM *diem*
Obisse summum. Non adeò senex
Is defatigârat paterna
Limina, detrierátve cursum
Fatalis horæ: Parca sed inuido
Stamen diurnum pollice discidit,
Nouercæ vitæ. Mors sequuta est
Frigida, flebilium querelarum

Et

Et naniarum causa potissima.
Ter mille si fors (autumo) patriæ
Hostes atroces occidissent,
Haud animæ fuerint eorum
Tanti, cadentum strage piabili;
Ruina quantum pectoris vnius
Ploranda: quod quonam retrusum
Posteritas tumulo reponet?
Lustra THEATRVM, *vastáque machina*
Terrestris infrà scilicet ac suprà
Complexa, THESAVRVMQVE *grandem,*
Arte Geographicâ paratum
Laboriosè, plurimáque insuper
Collecta magnâ cum vigilantiâ:
An his recondemus perennes
ORTELIVM *celebrem per annos?*
Frustra tegetur. Viuus ad huc is, &
Nobis superstes permanet, ac de hinc
Pol permanebit; donec orbis,
Donec in orbe capace durant
Res vniuersa, conspicuissimis
Splendorem adepta luminibus viri:
De Sole qualem sortiuntur
Sidera purpurei nitoris.
Tu, doctiorum stella micantior,
MORETE *cura, quæ superant boni*
Auctoris, emittenda posthac
AEtherias monumenta in auras.
Tali labore & munere præstito,
Insigniorem tu quoque postero
Famam relaturus sub æuo,
Quantum animos releuabis ægros!

IN OBITVM CL^MI VIRI
ABRAHAMI ORTELII
COSMOGRAPHI REGII.

I.

QVI *soli geminus Soli, qui totius orbis*
Spectandum cunctis præbuit vnus opus;
Terrarum satur, astriferum nouus Hospes in orbem,
Et verum ad Solem hinc ἡλίου ὀρτοῦ *abit:*
Vnde alios Orbi spectandos posthumus Orbes,
Ni prius hic Orbis desinat esse, feret.
Et quid ni tandem Sole orbus desinat Orbis?
Orbum Sole suo quum stet in Orbe nihil.

Cuncta

II.

Cuncta repræsentans magni miracula Mundi,
Mundi miraclum euanuit ORTELIVS.
Scilicet haut aliud, hic quod lustraret habebat,
Ergo abit, vt Mundi circinet astra noui.
Pellai imperio Mundus satis haut fuit vnus,
ORTELII *ingenio nec satis vnus erat.*

III.

Stare diu haut poterant Sol atque ORTELIVS *vna,*
Impiger hic cæli circitor, ille soli;
Mutauêre vices, cælique ORTELIVS *oras,*
Terrarum tractus Sol speculator obit.
Acer vtérque noui spacium decurrere Regni,
Ille leui ingenio, Sol celeri actus equo.
Omnia rimantur cursu indefessus vtérque,
Sole tamen claro plus videt ORTELIVS.
Illum quippe nihil toto latet vndique cœlo,
Multa sed hic Solem clymata tecta latent.

IIII.

Ex merito tibi qui componat, ABRAME *sepulchrum*
Mundi ocule, & Patriæ sidus, ABRAME, *tuæ.*
Is nequè Pyramidum ductas ad sidera moles,
AEmula Mausoli nec monumenta locet:
Non aras, non templa (licet templa aurea & aras
Ipse etiam in tumulum promeruisse queas)
Solus TERRARVM *tibi qui dabit omne* THEATRVM,
Hospitium merito par dabit ille tuo.

MAXAEMYLIANVS VRIENTIVS
S. P. Q. Gandauensis à Secretis
pijs amici Manibus Fac.

HVBERTI AVDEIANTII BRVGENSIS,
IN OBITVM
ABRAHAMI ORTELII V. CL.
EPICEDIVM.

ORTELI *(tibi Diuûm etenim mea iustáque reddo)*
Amborum ad lacrymas, testis & ordo veni.
Nil lætum, nil dulce canam: plorata Cupressus,
Obnubúntque meum taxea vincla caput.
Ipsa situ sterili Parnasia vellera marcent,
Ingenio ad numeros deficiente suo.

Nempe

Nempe malas vires & singultantia verba,
Omnia lamentis tristibus apta fero.
Et (quis credet enim?) tua funera plangere cogunt,
Subiecta haud aliàs, numina, flere, Deûm.
Ipsa horum genitrix (testor pro millibus ipsam)
Neglecto in mœstum crine fluente sinum;
En sedet, atque habitu lugubria tristia gestans,
Prosequitur fletu corpus inane tuum.
Nulla, dolens, hominum quod habet reuerentia fatum,
Et metus aut melior gratia nulla subit.
Viuitur, & morti nullo discrimine habentur,
Immeritum meritum, quemlibet vrna rapit.
Vah scelus! vnâ animâ non abstinuisse, nefandum est:
Vixit, & in tumulum flebilis vmbra iacet.
Vmbra iacet, radij quo nemo expertius vsu
Subdiderat tabulis climata nostra suis.
Et memini, nomen passim memorabile Terræ
Condidit, vt lateat pars propè nulla mei.
Seu genium ad Boream precium est, seu discere ad Austrum,
Sólque vbi se condit, promit & vnde, meum.
Europæq; Asiæq; & rerum cetera regna,
Incoram est vni quicquid vbique datum.
Specter vt in paruo vastissima mole THEATRO,
Omnia digessit partibus ille suis.
Iuppiter obstupuit, vitro cùm vidit in vno
Ordine cælestes ire, redire globos.
Quod neque Pompeij, structura aut Cæsaris altæ,
Nulla operum vincet machina, maius opus.
At debebat enim, qui præbuit esse perennis,
Viueréque æternùm nectare & ambrosiâ.
Conditione sui nimium miserâ ipse malâq;
Quòd licuit curis non superesse suis.
Perpetuis curis, quas, si quicquam auguror, olim
Nec poterunt flammæ, non abolere lacus.
Et dictastis enim Musæ, geniúmque dedistis,
Ipsa suas vires Pallas opémque tulit.
Ignauæ sed enim, quòd non seruastis & illum!
Vnum dulce foret non perijsse caput.
AEsonis in veterem cani redière iuuentam:
Cur non & vobis Colchidos herba fuit?
Eloquar? at rigidi vetat indignatio Fati,
Flectere quod frustrà voce vel arte parem.
Quóque malum minuam, super hoc solamen adempti est,
Defuncti gremio condo quod ossa meo:
Atque incincta lego nigrâ cum veste fauillas,
Desuper annoso sæpe cadente mero.
Sic iuuat, & clusos cineres quicunque videbis,

Molliter

Molliter hi saltem, da bona verba, cubent.
Desierat. gemitu Matris lamenta sequebar,
Affectu pietas & propè victa mea est.
Credideram lacrymis aliàs me haud posse moueri,
Gnarus & humanæ conditionis eram.
Scilicet hæc series vsu notissima rerum est,
Inq; suas redeunt singula eúntque vices.
Nec tibi securi nox flebilis vlla sepulchri est,
ORTELI *nobis ista dolenda venit.*
Quos crebro adspectu, quos & sermone beabas;
Párque erat in vultu Gratia, in ore Venus.
Et tibi cum libris Musa, se cana vetustas
Dediderat nummis conspicienda suis.
Serius ORTELIVM, *visebat sæpe iocosus,*
Lucrum erat & vita portio posse frui.
Nunc adeò spatijs graderis sublimis Olympi,
Et præcepta tuus spiritus astra colit:
Fama tenet terras; nil Mors tua venit ademptum,
Vnam quando duplex vita secuta fuit.
Et, scio, viluerant hæc inferiora, nec istum
Magnum animum exilis diu capiebat humus.
Liquisti, heu! nobis luctum solùm: hinc datur vmbræ
Cum questu & gemitu nænia multa tuæ.
Macte sed, ô felix, careant neque funera fletu,
Dum, quod erat viuo, sic bene mortuo erit.

AVDENTES DEVS.
Louanij in ædibus D. Iusti Lipsij.

IN OBITVM CL. V. DN. ABRAHAMI ORTELII,

Auunculi sui obseruandiss.

IVPPITER *vt celsa terram spectauit ab arce*
Descriptam radio nobilis ORTELII;
Scandat & hic nostras, inquit, super æthera sedes,
Diuidat & spatijs hæc mea regna suis.
Ampláque diuorum varijs habitacula Zonis
Denotet, & dubias monstret ad illa vias.
Audijt hæc Pluto, & subitò remoratus euntem est:
Vtq; suas lustres vult, ABRAHAME *plagas.*
Te duce tartareâ mersos caligine tractus
Nosse studet, flocci verba facítque Iouis.
Hinc inter summos oritur contentio Diuos,
Dum sibi vtérque virum conciliare studet.

Vt

Vt tamen incassum rixati diutius essent,
Nec poterat binis vnus adesse Dijs;
Iuppiter ætherium quicquid fuit abripit, alter
Corporeos artus occupat ORTELII.

IACOBVS COLIVS ORTELIANVS
Antverpiæ facieb.

CL. V. ABRAHAMO ORTELIO ANTVERP. TERRIS SVBLATO, CAELIS ASSERTO, AMICO B. M.

FVNVS *vt* ORTELII *vidit, casúmque* THEATRI
Scaldæ, gemens salsas diffluit in LACRYMAS.
In LACRYMAS *abeunt oculi; cur lumina seruet*
Scaldæ? perit, Scaldam qui dat vbique legi.
Nil est quod videat nunc amplius; occidit illi
Sol suus, & lucem qui dedit, vmbra iacet.

II.

O LACRYMAE, *ô gemitus! dolor omnia inurit & haurit*
Flumina, & ORTELII *funera luget humus.*
Scalda superbarum tumidus regnator aquarum
Ingemuit toto flebilis Oceano.
Scalda dato LACRYMAS, *dabis his* ANTVERPIA *ocellos;*
Sol obijt, nubem quò fleat orba, petit.
Gemmeus orbis erat ANTVERPIA *ocellus, alumni*
Nunc cineri & Scaldæ est fletibus vrna suis.

FRANCISCVS SWEERTIVS F. Pos.

IN ABRAHAMI ORTELI EFFIGIEM FRANCISCO SWEERTIO F. Londino à IACOBO COLIO dono missam.

QVI *facis vt* LACRYMIS (SWEERTI) *reuocetur ab Orco,*
Degat & ante oculos omnibus ORTELIVS:
Ille tuas primùm gratus contendit ad ædes,
Et tibi dehinc hospes si lubet, inquit, ero.

I. C. Ortelianus IIII. DeCeMbrIs.

ABRAHAMVS ORTELIVS ANTVERPIANVS, REGIÆ MAIESTATIS GEOGRAPHVS, BENEVOLIS LECTORIBVS S. D.

VM omnibus perſpectum ſatis eſſe credam, quanta ſit cognitionis hiſtoriarum vtilitas, benigne Lector; equidem mihi perſuadeo, neminem pænè eſſe, modò hiſtorias primis (quod aiunt) labris guſtarit, qui neſciat, quàm neceſſaria ſit ad eas rectè intelligendas, Geographiæ (quæ meritò à quibuſdam Hiſtoriæ oculus appellata eſt) cognitio. Multa enim in Hiſtoriis occurrunt, ne dicam pænè omnia, quæ, niſi aliqua locorum cognitione polleas, non ſolùm intelligi bene non poſſunt, verùm etiam contra quàm debeant nonnumquam intelliguntur; vt fit, cùm in aliis, tum potiſsimùm in Regum, Imperatorumq. expeditionibus, in diuerſis gentium migrationibus, & in clariſsimorum virorum diuerſarum Regionum perluſtrationibus, peregrinationibusque. Quod cùm experientia ipſa doceat, non eſt quòd ego hîc latiùs declarem. Hæc verò tam neceſſaria Geographiæ cognitio, vt multi egregij & docti viri teſtati ſunt, ex Tabulis Geographicis longè facillimè peti addiſciqúe poteſt. Atque vbi aliquantulum harum Tabularum vſui adſueuerimus, vel mediocrem etiam Geographiæ inde cognitionem adepti fuerimus, quæcumque leguntur, Tabulis his quaſi rerum quibuſdam ſpeculis nobis ante oculos collocatis, memoriæ multo diutius inhærent. quo fit, vt tum demum cum fructu aliquo, quæ legimus, percipere videamur: Omitto iam, multo iucundiorem videri, & eſſe, hiſtoriarum lectionem, ſi Tabulis ob oculos propoſitis liceat quaſi præſentem, res geſtas, aut loca in quibus geſtæ ſunt, intueri. Nam quantopere iuuemur, cùm in ſacris literis Iſraëlitarum iter ex Ægypto per mare Rubrum & immenſam propè ſolitudinem in terram promiſſam factum legimus, ſi Palæſtinæ Tabula inſpecta, id quaſi præſentes videamus; quemuis exiſtimo ſæpius experiri. Quæ cùm ita ſint, quantopere impediantur, retineanturque, imò retrahantur etiam ſæpè in ipſo curſu, hiſtoriarum ſtudioſi, facilè eſt videre, cùm vel omnes Regionum deſcriptiones non poſsint haberi; vel, ſi haberi quidem poſsint, cariores ſint, quàm vt quiuis poſsit, præſertim cùm plurimi ſint tenuioris fortunæ, coëmere. Multi enim ſunt, qui delectantur quidem Geographia vel Corographia, in primis verò Tabulis, quæ de Regionum deſcriptionibus, delineationibusque variæ exſtant: ſed, quoniam aut non habent quod iis comparandis impendant; aut, ſi quidem habeant tantum, quanti illæ valere ſolent, impendere nolunt, ab iis abſtinent; nec ſibi ipſis ſatisfaciunt. Sunt etiam qui cùm habeant quo emant, emere quàm lubentiſsimè vellent, niſi locorum anguſtia obſtaret, quo minùs latæ Chartæ explicari & inſpici commodè poſsint. Nam, vt verum fatear, magnæ illæ & amplæ Geographicæ Chartæ conuolutæ, non ita commodæ ſunt; nec, cùm aliquid fortè legitur, inſpectu faciles. Omnes verò ordine parieti expanſas adfigere volenti, opus eſſet non modò ampliſsima latiſsimaque domo, verùm etiam Regio quodam Theatro. Hæc ego ſæpenumerò expertus, cogitare cœpi, quæ ratio inueniri poſſet hiſce, quæ iam dixi, incommodis medendi, vel vt diminuerentur aliquo modo; vel, ſi fieri poſſet, vt omnino è medio tollerentur. ac tandem viſum eſt, hac ratione, quam in hoc libro noſtro (cui, vti ſperamus, ſingulisque optamus, quiuis facilè locum inter ſuos libros dare poterit) obſeruauimus, fieri poſſe.

Quo verò intelligas, quid à nobis in hoc Theatro noſtro præſtitum ſit, quídve de eo tibi ſit exſpectandum; id tibi hîc paucis explicandum eſſe duxi. Primò nobis animus fuit repræſentare tibi quicquid in vllis Geographicis aut Corographicis Chartis hinc inde tam recenter, quàm nuperrimè multis abhinc annis (quo factum eſt, vt earum etiam multæ nunc inueniri nequeant) in lucem editis, vmquam habueris, vel etiamnum habeas. quod vt præſtaremus, hac ratione ſumus opus aggreſsi. Omnium Regionum, quarum Geographicæ Tabulæ exſtant, vnam nobis (quarundam enim ſunt plures) noſtro iudicio omnium optimam propoſuimus: quæ tametſi eſſet aliquantum magna & lata, in eam tamen formam contraximus, vt noſtro operi conueniret, ac vno tota abſolueretur folio: vel, quemadmodum aliquoties factum eſt, vti videre licet, vno continerentur plures: nulla tamen, ne vel minima re omiſſa, quæ erat in maiore obuia, nullâve mutata:

tata: nisi quòd sæpius, quæ in primis vix legi poterant, ea ita in nostris expressérimus, vt legi facilè à quolibet possent. Interdum verò, vbi res ipsa admonuit, & locus tulit, quorundam locorum vulgaribus nominibus adscripsimus antiqua. quod vti putamus nobis bona ipsorum Auctorum venia licuisse; sic speramus, priscarum historiarum lectoribus obseruatoribusque fore non ingratum. In Tabulis, quæ Auctorum nomina habent, nihil (vt diximus) est à nobis immutatum, exceptis duabus aut tribus Belgicarum Regionum maritimis oris, quas mare, pòst quàm ab Auctoribus descriptiones earum editæ sunt, multùm mutauit, quemadmodum (exempli gratia) in Flandria, è regione Zelandiæ, non longè ab oppido Watervliet, vbi maris beneficio, post eius loci descriptionem editam, Continenti multùm accreuit: nos, pro vt hoc tempore is locus est (accepta eius Topographia à clarissimo nobilissimoque & stemmate & literis viro, D. MARCO LAVRINO, istius loci Domino) formam, Regionis ipsius hodierni situs declarandi studio, mutauimus. In alijs verò, quæ nullum habebant Auctoris nomen, fuimus paulo audaciores: in quibus & mutauimus aliquoties pro nostro iudicio quædam, & quædam detraximus, & quædam etiam nonnumquam, pro vt res videbatur postulare, adiecimus. Quarundam etiam Regionum, ad seriem nostram aliquo modo complendam, nouas primi pro nostro modulo Tabulas confecimus, vt quàm paucissimæ, quoad hoc tempore fieri posset, deessent. In istis, quas diximus, Auctorum nominibus additis, contrahendis, ea fide vsi sumus, vt non modò à Lectore nos gratiam speremus inituros, verùm ab ipsis etiam auctoribus. aut ita saltem egisse, vt neminem meritò pudere huius nostræ, quæcumq. etiam est, possit, imò hanc paruam nostram non minùs quàm illam magnam pro sua & agnoscere possit & habere. Studuimus enim & ipsis Auctoribus hoc nostro labore, si non gratificari, saltem non displicere. Nec aliorum hoc tempore mores sumus imitati, qui, vt noui aliquid in lucem videantur edere, nil faciunt aliud, quàm huiusmodi Auctorum opera & labores mutare, atq. ex bonis sæpè aliquid quod bonum non est, vulgo pro bono venditare, quibusdam nunc adiectis, nunc detractis, & ipsorum Auctorum nominibus dissimulatis, vel apposito suo, vel ficto quopiam, quò nouitatis gratia placeat vulgo, vendique possit; vt pecuniam quouis modo corradant. Nos enim insana illa auri fame non sumus ad hunc laborem impulsi, sed nostra ad studiosos harum rerum adiuuandos propensa voluntate, posthabita omni ex alieno labore vanæ gloriolæ aucupandæ occasione. Quid enim erat opus, cùm aliorum, quæ exstent Tabulæ, nostro satisfacerent operi, nouas facere?

Erunt autem fortassis, qui plures in hoc nostro Theatro particulares Regionum descriptiones desiderabunt, (quemadmodũ quiuis naturæ ductu optabit procul dubio patriæ suæ descriptionem hîc exstare) verùm ij sciant, eas, quæ hîc non habentur, non esse aut nostra negligentia omissas, aut quòd iis sumptus impendere veriti fuerimus; sed quia aut nullas vnquam viderimus, aut ad nostras manus numquam vllæ venerint. Quòd si est quispiam, qui huiusmodi vel habeat, vel sciat haberi posse, eum oratum etiam atque etiam velimus, vt nobis earum copiam faciat; certò promittentes, eas nostro sumptu, non sine gratiarum actione, & honorifica nominis sui mentione, separatim exculpendas curaturos, vt huic deinde libro, suo loco, aut vbi quisque volet, adiungi possint.

De ordine quoque in tabulis his collocandis à nobis obseruato, ratio quoque tibi, candide Lector, reddenda videtur; vt si sint fortè, quibus aliter collocari debuisse videantur, ijs hac nostra exponenda vel satisfaciamus, vel nos, quod officium postulare videbatur, saltem excusemus. Primò omnium, Tabulam vniuersum terrarum Orbem complexam exhibemus; deinde eius præcipuas partes, veluti sunt, Europa, Asia, Africa & America: naturam secuti, qua semper antè, quàm partes sint, totum aliquod, cuius illæ sint, necesse est esse. His subiecimus harum partium singulas Regiones, ab Occidentaliore Orbis parte exorsi, Ptolemæum Geographorum Principem, & ceteros pænè omnes imitati. Sicque Americæ prouinciæ primò prodeunt: exin Britannicæ insulæ, pòst Hispaniæ, deinde Galliæ. Hinc Germaniam petimus: cuius Regionibus perlustratis, ex Heluetia transimus in Italiam huic contiguam, singulas eius quoq. visuri prouincias. Inde in Græciam nauigauimus. vnde in Slauoniam profecti, singulas Prouincias, quibus vsus est linguæ Sclauonicæ (vti sunt Hungaria, Transsyluania, Polonia, Scandia, & Rusia,) perspeximus. Hoc modo Europa absoluta, ad Isthmum, qui inter fontes Tanais, & Oceanum Septemtrionalem, Europæ ac Asiæ terminum, venimus; eoq. in Asiam. quam contemplati, in Africam per angustias, quæ sunt inter intimum sinus Arabici recessum, & Mediterranei maris Sirbonim lacum, descendimus. Vnde per Ægyptum, Barbariamque ad fretum Gaditanum peruenimus. quo traiecto, domum, vnde eramus egressi, tandem reuertimur, viatori similes, vel peregrinanti cuipiam, qui Nationibus singulis, & Regionibus, longo ordine, quo sibi inter se coniunctæ sunt, nulla præterita, perlustratis, tandem, vnde exierat, lætus atque incolumis redit.

Hactenus de ipsis tabulis; nunc de Tabularum auersa parte dicemus. Quoniam visum nobis

est, ingratum Lectori aut Spectatori fore, foliorum terga ita vacua videre & omnino inania; statuimus ibi singularum Tabularum breuem quandam declaratiunculam adscribere, eodem modo quo in ipsis Tabulis diximus à nobis esse factum; nullius, qui nobis vsui fuerit, nomine omisso aut dissimulato. In fine, hisce adiecimus omnium, quotquot vel nouimus, vel habuimus, Auctorum nomina; è quibus singularum Regionum plenior cognitio (si quispiam requirat) peti possit. Quapropter Geographiæ candidati habebunt hîc, his Auctoribus ordine adscriptis, & Auctorum Tabularum Geographicarum Catalogo, quem libro præfiximus, ac his ipsis demum Tabulis, quandam quasi officinâ omni instrumentorum apparatu instructam; è qua, si forsan vel ad librum aliquem, vel ad Regionum descriptiones sibi deesse quippiam sentiant, leui, imò nullo negotio videre possint, vnde id peti queat.

Hæc sunt quæ putauimus Lectori esse indicanda. Superest, vt singulos oremus, ne alio animo hunc laborem nostrum excipiant, quàm quo à nobis & inchoatus est & absolutus, ac tandem in lucem editus. Vale, & fruere; atq. FRANCISCI HOGENBERGI, FRRDINANDI AMBROSIIQVE ARSENIORVM artificiosis manibus, quorum trium indefatigabili diligentia ferè omnes hæ Tabulæ cælatæ sunt, bene faueto. Antverpiæ Ambivaritorum. M. O. LXX.

ORNATISSIMO VIRO D. ABRAHAMO ORTELIO, AMICO CVM PRIMIS CARO.

OPVS tuum, ornatissime Orteli, perspexi; laudo diligentiam & ornatum, quo auctorum labores decorasti; laudo fidem, qua singulis, quod suum est, integrum reliquisti; plurimum enim refert, cuiusq. proprios partus dignoscere, quo veritas Geographica collatione erui possit, quã, qui passim tabulas fingunt, multi Geographiæ planè ignari, miris modis corrumpunt; dum sine ordine, sine proportione, sine discretione tam falsas & depraua tas quàm genuinas & veras descriptiones in vnũ corpus congerunt, vti in multis videre est tabulis quæ ex talibus nobis prodeunt, in quibus posteriores nonnumquam etiam ab eodem auctore factæ, corruptiores sunt prioribus; quod filum si sequerentur omnes, necesse tandem esset vniuersam Geographiam inextricabilibus erroribus inuolui & obscurari. Quamobrem non exiguã laudem meritus est, qui optimas quasque regionum descriptiones selegisti, atque in vnum veluti enchiridium redegisti, ídque sine alicuius diminutione, vt integra & perfecta cuiusque opera paruo ære comparare, exiguo loco reponere, atque adeò quocumque lubeat circumferre liceat. Velim per otium quæ recentiùs prodeunt adderes, vti sunt particulares illæ Lazij, quibus Ditiones Regi Hungariæ hæreditariæ describuntur, quæ à Ioanne Maiore, Bibliopola Viennensi, circumferuntur, & quædam aliæ. Hoc enim omnino mihi persuasum habeo, opus hoc tuum semper vendibile permansurum, quale scumque tandem regionũ descriptiones à quoquã recudantur; propterea quòd docta antiquitas, etiamsi non vndiquaque sit absoluta, semper in pretio est. Ceterùm, quòd me, mi Orteli, ceteris neotericis præfers in hoc mũdi Theatro, id pro abundantia amoris tui erga me dictũ accipio: non enim ego mihi talem præeminentiam vmquã arrogare ausim; cùm multi sint, qui tametsi paucas, eruditiores tamẽ quàm ego descriptiones fecerint; qui si tuæ sentẽtiæ reclament, quid facies? tuum erit ipsam defendere, qui tulisti; non meum, qui in propria causa iudex esse non possum: quòd si defendas, & vincas; tua erit hæc gloria, non mea: nam qui culmen artis ostendere & demonstrare potest, ipsum teneat necesse est. Hæc ita tecum amanter dissertare, aut potiùs garrire, si nunc mihi donabis, mi Orteli, tua beneuolentia erga me seriò summas ago gratias: & si quæ in re tibi gratum facere & reciprocam beneuolentiam testari potero, paratissimum promptissimumq; me inuenies. Bene vale. Duysburgi, 22. Nouembris, 1570.

Has Tabulas hac editione in hoc opere inseruimus.

Tuus integerrimè

GERARDVS MERCATOR.

CATALOGVS AVCTORVM TABVLARVM GEOGRAPHICARVM QVOTQVOT AD NOSTRAM COGNITIONEM HACTENVS peruênere; quibus addidimus, vbi locorum, quando, & à quibus excusi sunt.

Adelbergus Sauracherus, *Heluetiam in lucem dedit; Basileæ* 1584.

Ægidius Bulionius Belga, *Galliam Belgicam descripsit; quam edidit Antverpiæ Ioann. Liefrinck. Et Sabaudiam cum Burgundiæ Comitatu, euulgatam apud Hieronymum Cock, Antverpiæ.*

Ægidius Tschudus, *Rhetiam, Heluetiamque; Basileæ apud Isingrinum.*

Andreas Pograbius Pilsnensis, *Sarmatiæ Europææ partē, quæ subiacet Sigismundo Poloniæ Regi; Venetijs* 1569.

Andreas Thevetus, *Galliam Parisiis,* 1578. *Ibidem, idem quoque vniuersum Orbem terrarum, sub lilij forma.*

Andreas Velleius, *Islandiæ insulæ tabulam nobis communicauit; in hoc Theatro.*

Antonius Campus, *Cremonensis agri Corographiam delineauit; in hoc Theatro.*

Antonius Galateus, *descripsit multas tabulas Cosmographicas: vt tradit Leander Alb. & testem adducit oculatum Ranzanum.*

Antonius Ienkinsonus, *Russiam; Londini,* 1562.

Antonius Wied, *Moscouiam; Antverpiæ.*

Augustinus Hierlvogel, *Regionum hactenus non visarum (vti titulus habet) Tabulam edidit. continet verò Histriam, Slauoniam, Carinthiam, Styriam, Goritziam, &c. vicinasque regiones; Nurenbergæ, apud Ioannem VVeygel.*

Augustinus Iustinianus, *Nebiæ Episcopus, Corsicæ descriptionem in Tabulam redegit, vti ipsemet inquit in sua Historia Genuensi.*

Bartholomæus Scultetus, *Misniæ & Lusatiæ Corographiam; Gorlitzij anno* 1569.

Benedictus Arias Montanus, *Terræ Canaam descriptiones duas: vnam quæ continet situm eius quem habuit tempore Abrahæ, ante aduentum filiorum Israel; alteram in vndecim tribus distinctam in suo Apparatu Biblico, Antverpiæ excuso, apud Plantinum.*

Benedictus Bordonius, *Italiæ Tabulam; vti habet Leander in sua Italiæ descriptione. & Bernardinus Scardeonius in Historia sua Patauina.*

Bernardus Brognolus, *Veronense Territorium euulgauit; Venetiis* 1564.

Bernardus Siluanus Ebolienſis, *Ptolemæi Geographiam recognouit, & nouas tabulas recentiorū nauigationibus respondentes, neque à verbis aut mēte Ptolemæi discrepantes (vt ipse scribit) adiunxit; anno* 1511. *Venetiis.*

Bonauentura Brochardus, *Palæstinam; Parisiis, apud Poncetum le Preux.*

Bonauentura Castilioneus, *Longobardiam. testis Ioannes Antonius Castilioneus, in libello qui De Insubrum antiquis sedibus inscribitur.*

Carolus Heydanus, *Germaniæ Typum; Antverpiæ apud Hieronymum Cock.*

Carolus Clusius Atreb. *Hispaniam, antiquis ac recentibus locorum in ea nominibus inscriptam; quam nos edidimus anno* 1571.

Caspar Hennebergerus Erlichensis, *Prussiam descripsit, quam Georgius Ostergerus edidit Regiomonti,* 1576.

Caspar Vopellius Medebach, *Descriptionem Orbis terrarum; item Europæ totius, ac Rheni tractum; omnia Coloniæ.*

Caspar Brutschius Egranus, *Montis Piniferi (quem Fiechtelberg vulgò nuncupant) Tabulam; Vlmæ apud Sebastianum Francum.*

Christianus Adrichomius Delphensis, *Palæstinam, multis tabulis æneis formis excusam, edidit Coloniæ, per Arnoldum Mylium,* 1590.

Christianus Schrot Sonsbekensis, *Gelriam cum Cliuia, vicinásque regiones; Antverpiæ apud Bernardum Puteanum. Eandem tabulam idem recognouit, ediique curauit per Hieronymum Cock, Antverpiæ. Descripsit quoque vniuersam Germaniam, quam idem Cock prælo excudit. Item Danubij tractū. Item Tabulam quam inscripsit Peregrinationem filiorum Dei; Calcariæ, apud Vincentium Houdaen,* 1572. *VVestphaliam quoque; in hoc Theatro. Vidi quoque tabulam manu descriptam ducatus Lutzenburgensis, ab eodem auctore.*

Christophorus Pyramius, *Germaniæ Tabulam; Bruxellis Brabantiæ,* 1548.

Christophorus Saxtonus, *Angliæ regnum descripsit multis tabulis. singulas enim eius regiones singulis foliis expressit. Londini,* 1580. *Idem vniuersum hoc regnum vnica magna tabula; ibidem.*

Christophorus Zellius, *Europæ Typum; Nurenbergæ.*

Collantonius Stigliola, *Regnum Neapolitanum in tabulam descripsit accuratissimè. cuius nobis spem dedit in epistola ad me Roma scripta.*

Cornelius Ædgerus Frizius, *descripsit Archiepiscopatus Coloniensis diœcesim: excuditque Franciscus Hogenbergius, ibidem*, 1583.

Cornelius Antonij, *Regionum Orientalium Tabulam, vti titulus habet (continet autem Daniæ Regnum & circumiacentes regiones) excusam. Amstelrodami. Idem descripsit Europam, editam Francofurti ad Mœnum.*

Cornelius à Iudæis, *Galliam à Gerardo Mercatore regionatim singularibus tabulis in volumine descriptam, omnes iunctim vnica tabula, suo nomine edidit. Antverpiæ* 1592.

Daniel Speckel, *Alsatiæ superioris & inferioris Iconem edidit Argentinæ*, 1576.

Dauid Fabricius Esensis, *Frisiam Orientalem descripsit: quam Ioannes ab Oldersum edidit Emdæ.* 1589.

Dauid Zeltzlin, *Topographiam Sueuiæ Ligæ, siue Circuli, Vlmæ* 1562. *Idem Franconiæ circulii descripsit*, 1577.

Didacus Mendezius, *Peruuiam regionem, in hoc Theatro.*

Diegus Gutierus, *Americam; Antverpiæ, apud Hieronymum Cock.*

Doco ab Hemminga Frisius, (*de quo hæc Pet. Suffridus in Scriptoribus Frisiæ*) *Exarauit tabulam Geographicam totius Orbis, cumprimis magnam & elegantem, nec minus artificiosam.*

Dominicus Machaneus, *huius Verbani lacus Corographiam, à Leandro Alberto citatam legimus.*

Egnatius Danti, *Perusinum agrum; Romæ*, 1580. *Item Vrbis Veteris ditionem; ibidem*, 1583.

Elias Camerarius: *Huius Brandeburgensis marchionatus exstat in Gerardi Mercatoris opere.*

Elias Hofman, *territorium vrbis Francofortensis ad Mœnum delineauit, & edidit ibidem*, 1588.

Erhardus Reych Tyrolensis, *Palatinatus Bauariæ tractum; Nurenbergæ*, 1540.

Ferdinandus à Lannoy, *Burgundiæ Comitatus tabulam; quam in hoc nostro Theatro nunc demùm exhibemus.*

Ferdinandus Aluares Zeccus, *Lusitaniam; Romæ, apud Michaelem Tramezzinum*, 1560.

Florianus. *Tabulam Sarmatiæ, Regni Poloniæ, & Hungariæ, vtriusque Valachiæ, necnon Turciæ, Tartariæ, Moscouiæ, & Lithuaniæ partem comprehendentem; Cracouiæ*, 1528.

Franciscus Hogenbergus, *Galliæ Belgicæ tabulam delineauit; & excudit Coloniæ Agrippinæ.*

Franciscus Monachi Mechlinienſ. *Regiones Septentrionales; Antverpiæ, apud Sylueſtrum à Parisiis.*

Gabriël Simeoneus, *Alimaniæ tabulam; in libello inscripto, Dialogus Pius & Speculatiuus; Lugduni apud Guilielmum Rouilium*, 1560.

Gellius Parentius, *Spoletinum agrum descripsit. editum Romæ* 1597.

Gemma Frisius, *Vniuersi orbis tabulam; Antverpiæ.*

Georgius Acacius Enenckel, *L. Baro Hoheneckius, Vniuersæ Græciæ adiacentiumque regionum tabulam descripsit, edidit que vnà cum suo Thucydide.*

Georgius Tanesterus Collimitius, *Hungariæ tabulam Lazari (quam Cuspinianus edidit) recognouit.* 1528. *Ingolstadij, ex Academia Apiana.*

Georgius Gadnerus, *VVirtebergensem Ducatum; Antverpiæ*, 1575. *in hoc Theatro.*

Georgius Hoefnaglius Antverpianus, *Gadis insulæ delineatiuncula nostrum Theatrum ornauit.*

Georgius Iodocus Berganus, *Benacum lacum depinxit, teste Leandro Alberto.*

Gerardus Stampelius, Goudanus, *descripsit Kerpensis territorij in Vbijs effigiem; quam edidit Franc. Hogenbergius, Coloniæ*, 1587.

Gerardus Mercator Rupelmundanus, (*nostri sæculi Ptolemæus*) *Palæstinæ, siue Terræsanctæ: item Flandriæ, Louanij. Postea Europæ; deinde Orbis vniuersi ad vsum nauigantium accommodati tabulam, Duisburgi edidit. Excudit quoque Britannicarum Insularum tabulam, ab alio quopiam descriptam. Idem tabulas Ptolemaicas ad mentem Auctoris castigauit, & edidit Duisburgi, anno* 1578. *Plura Geographiæ studiosis non minùs vtilia quàm iucunda indies ab eodem euulgantur, atque exspectantur.*

Godefridus Mascopius Embricensis, *Diœcesis Monasteriensis & Osnaburgensis typum; Embricæ edidit per Remigium Hogenbergum*, 1568.

Gregorius Amaseus, *Fori Iulij tabulam descripsit; quam ab auctore se habuisse, inquit Leander in sua Italia.*

Guilielmus Postellus, *Galliæ typum; Parisiis*, 1572. *Ab eodem vniuersalem Orbis terrarum descriptionem habemus; ibidem excusam.*

Henricus Coquus Gorchomius, *Hispaniæ antiquæ tabulam descripsit & edidit Salmanticæ*, 1581.

Henricus Rantzouius, *Daniam descripsit, editam Coloniæ, à Franc. Hogenbergio.*

Henricus Zellius, *Europam, Nurenbergæ. Item Prussiam, ibidem.*

Hermagoras Craft ab Obemburgo, *edidit tabulam Peregrinationis D. Pauli; Zagrabiæ*, 1527. *testis Bibliotheca Gesneri.*

Hieronymus Bellarmatus, *Tusciam; Romæ.*

Hieronymus Bordonius, *Corsicam insulam perlustrauit atque in tabulam redegit, quam vides in hoc Theatro.*

Hierony-

Hieronymus Chiauez, *Americam descripsit, quæ nondum in lucem prodijt. Idem Conuentum Hispalensem, quem iam hoc Theatro in lucem damus.*

Hugonis Cusini, *tabulam comitatus Burgundiæ ex manuscripto edi curaui.*

Humfredus Lhuyd Denbygiensis, *Angliæ regni tabulam; item Cambriæ Corographiam; hoc nostro Theatro anno 1569. publicatas.*

Ioachimus Hopperus Frisius, *Frisiæ antiquæ situm delineauit. in hoc Theatro, ad tabulam Frisiæ Occidentalis.*

Iacobus Castaldus Pedemontanus, *Orbis vniuersalis typum, magna forma; eundem minori forma; item Asiæ, Africæ, Hispaniæ, Italiæ, Siciliæ, Corsicæ, Hungariæ, & Pedemontanæ tabulas; Venetijs, & Romæ.*

Iacobus à Dauentria, *Brabantiæ, Hollandiæ, Gelriæ, Frisiæ, Zelandiæ tabulas descripsit, & edidit, Mechliniæ.*

Iacobus Homen Lusitanus, *Europam nauigatoriam descripsit: quæ edita fuit Venetijs 1569.*

Iacobus Surhonius Montanus, *Hannoniam, Artesiam, & Lutzenburgum prouincias descripsit, easque nunc nostro Theatro publicamus.*

Iacobus Zieglerus, *Palæstinæ, Scondiæ, Ægypti, & Arabiæ; libri forma, & in iis Commentaria; Argentorati, apud Petrum Opilionem, 1532.*

Ioannes Andreas Valuassorius, *Italiam, Venetijs.*

Ioannes Antonius Maginus, *Bononiense territorium descripsit, & edidit.*

Ioannes Auentinus, *Bauariæ tabulam; Landshuti, anno 1533.*

Ioannes Baptista Guicciardinus, *Vniuersi terrarum Orbis imaginem, maxima forma; quam Aquila biceps, alis expansis comprehendit, Antverpiæ, 1549.*

Ioannes Bucius Ænicola, *Europam; sub forma puellæ, Parisijs, apud Christianum VVechelum.*

Ioannes Calameus, *Biturigum regionem; Lugduni apud Gryphium.*

Ioannes Grigingerus, *Bohemiæ, Misniæ, Turingiæ, & collateralium regionum tabulam; Pragæ, 1568.*

Ioannes Cuspinianus, *Hungariam; quam Petrus Apianus edidit, vti auctor est VVolfgangus Lazius in sua Hungariæ tabula.*

Ioannes Dominicus Methoneus, *Europam; Venetijs, apud Matthæum Paganum.*

Ioannes Dryander, *Hassiam Cattorum regionem: eam modò hoc nostro Theatro edimus.*

Ioannes Fayanus medicus, *Lemouicorum regionem descripsit: editam Cæsaroduni Turonum, 1594.*

Ioannes Florianus Antverpianus, *Frisiæ Orientalis regionē delineauit: quā nos publici iuris olim fecimus, 1579.*

Ioannes Georgius Septala Mediol. *Ducatum Mediolanensem, & regiones vicinas, Antverpiæ apud Hieronymum Cock.*

Ioannes Haselbergius à Reichnau, *edidit Tabulam quam Expeditionis Turcicæ titulo insigniuit. Regiones nempe Europæ à Constantinopoli versus Occidentem Viennam Austriæ vsque. Antverpiæ, apud Io. Liefrinck.*

Ioannes à Horn, *Germaniæ inferioris tabulam; Antverpiæ.*

Ioannes Honterus, *Tabulas Geographicas edidit libelli forma; sub titulo Rudimentorum Cosmographicorum; Tiguri, Apud Christoph. Froschouerum.*

Ioannes Ioliuetus, *Galliam; Parisiis, apud Oliuerium Truchetum, 1560.*

Ioannes Mercator, *G. F. Comitatum Mursensem delineauit, & edidit Duysburgi. 1591.*

Ioannes Melenger Halens. *Turingiæ tabulam; VVimariæ.*

Ioannes Pinadellus, *descripsit agrum Taruisinum, & loca adiacentia.*

Ioannes Portantius, *Liuoniæ typum in hoc Theatro habet.*

Ioannes Regnardus Forestius, *descripsit Forestum, siue Secusianorum regionem. at pictoria potius quàm geographica manu.*

Ioannes Scillius Antverpianus, *descripsit & edidit Treuirensem episcopatum. Idem Lotharingiam. Item Lutzenburgensis Ducatus partem, quam Terram communem vulgò appellant: sed hactenus non edita.*

Ioannes Stūsius, *Heluetiæ tabulas, in historiæ Helueticæ volumine Tiguri excuso, apud Christophor. Froschouerū.*

Ioannes Sambucus Pannonius, *Transylvaniam; Viennæ Austriæ, 1566. Item Hungariam, ibidem, 1570. Forum Iulij, & Illyricum, hoc nostro Theatro edita.*

Ioannes Schalbeter, *Vallesiæ prouinciæ tabellulam descripsit.*

Ioannes Surhonius, *Veromanduorum regionem; Antverpiæ, apud Christophorum Plantinum, 1558. Item Picardiæ, atque Namurci; in hoc Theatro.*

Ioannes Téporarius, *Blesense territoriū, Galliæ: Cæsaroduni in Turonibus, apud Mauricium Boguerealdū, 1592.*

Iosias Murerus, *Tigurinum territorium, editum est anno 1566. testis mihi Iacobus Monauius.*

Iubilius Maurus, *cosmographicam totius Sabinæ tabulam descripsit: vt habet And. Baccius lib. 5. de Vino.*

Iudocus Hondius, *Vniuersalem, & Europæ tabulam edidit: Amstelrodami in Batauia. 1595.*

Iulius Iasolinus, *Ænariam insulam descripsit, Romæ editam, 1586.*

Iustus Moers, *VValdechensem Comitatum, Hassiæ prouinciæ partem, descripsit; Marpurgi, 1575.*

Laurentius Frisius, *Chartam vniuersalem Marinam, (vt vocant) alicubi in Germania.*

Laurentius Michaelis ab Hogenkirchen, *Frisiam Orientalem in tabulam deduxit. edita est Antverpiæ*, 1579. *Item Oldenburgensem Comitatum; quem prodit hoc Theatrum.*

Lazarus Secretarius Cardinalis Strigoniensis, *Hungariæ typum primus descripsit; qui editus est Ingolstadij per Apianum, anno* 1528.

Leander Albertus, *Corsicã, Siciliam, Sardiniã, in libro cui titulus est, de Insulis Italicis, Venetiis impresso*, 1568.

Leonardus Thurneisser, *Brandeburgensem Marcham, quæ nondum prodijt.*

Læuinus Algoet, *Regionum Septemtrionalium typum; apud Girardum Iudæum, Antverpiæ.*

Licinius Guyetus Andeg. *Andegauensium regionem publicauit; Parisiis, anno* 1573.

Liuius Sanutus, *Africã aliquot tabulis descripsit, forma voluminis; Venetiis apud Damianum Zenarum*, 1588.

Lucas Aurigarius, *Scripsit Speculum Natigatorium, Oceani Occidentalis. Volumen est, continens multas tabulas littorales; Lugduni Bataurorum, apud Christophorum Plantinum*, 1584. *Postea quoque Orientalis; apud Cornelium Claessonium, Amstelrodami. Idem Europæ tabulam, qualem Marinam nominant; in qua omnes huius oras maritimas accuratè depingit; ibidem per dictum Claessonium*, 1589. *evulgatam.*

Ludouicus Georgius, *Chinam regionem descripsit; quam hoc Theatro publici iuris fecimus.*

Ludouicus Teisera Lusitanus, *Asores insulas: item Iaponiam insulam: in hoc nostro Theatro.*

Marcus Ambrosius Nissensis, *Liuoniam, vicinasque regiones, Antverpiæ, sed nondum edita.*

Marcus Iordanus, *Holsatus Mathematicus, Daniæ regni typum; Hafniæ, apud Ioannem Vinitorem.* 1552. *Idem Holsatiæ, Slefwig, &c. Hamburgi, apud Ioachimum Leoninum*, 1559. *Et typum Corographicum Itinerum D. Pauli, Abrahami Patriarchæ, &c. VVittenbergæ, apud Ioannem Cratonem*, 1562. *Idem Iutiæ peninsulæ tabulam conscripsit, cuius autographum apud me est.*

Marcus Secsnagel Salisburg. *Ditionem Salisburgensem; Salisburgi.*

Marcus Velserus, *nobilis Augustanus, Vindeliciæ veteris delineationem nobis dedit, in Rerum Augustarum suis Commentariis.* 1594.

Martinus de Brion, *Palestinam; Parisiis, apud Hieronymum Gormontium.*

Martinus Carol. Cresfeldt, *Huius Isalæ Rheni fluminis ostij delineatiuncula prostat.*

Martinus Helvvig Neissensis, *Silesiæ tabulam, quæ Nissæ excusa est*, 1561.

Martinus Ylacomylus Friburgensis, *Europam. eam alicubi in Germania impressam habemus.*

Martinus Waldseemuller, *Vniuersalem nauigatoriam (quam Marinam vulgò appellant) in Germania editam. Puto hunc eundem esse cum Ylacomylo prædicto.*

Mathæus Ogerius, *descripsit regionem & Comitatum* de La Maine, *Galliæ prouinciam, impressam in vrbe Cenomanorum ibidem*, 1539.

Matthias Cinthius, *Hungariam; Nurenbergæ*, 1567.

Matthias Strubitz, *Magnum ducatũ Lithuaniæ & Liuoniæ descripsit. exstat in Cromeri Chronico edito Coloniæ.*

Natalis Bonifacius, *Aprutium Vlteriorem in publicum dedit; Romæ*, 1587.

Nicolaus à Cusa, *Huius Chartam Germaniæ citat Althamerus.*

Nicolaus Genus, *Huius tabula Regionum Septemtrionalium habetur in Geographia Ptolemæi, à Girolamo Ruscelli in linguam Italicam versa; excusa Venetiis apud Vincentium Valgrisium.*

Nicolaus Germanus, *Huius Galliæ Chartam citat Robertus Cœnalis. Puto hunc eundẽ esse cum Nicolao à Cusa.*

Nicolaus Nicolaius Delphinas, *Europam marinam; Antverpiæ, apud Ioannem Stelsium. Idem Caleti & Bononiæ tabulam, Parisiis. Idem quoque Galliæ Tabulam promittit. non prodijt autem: morte præuentus.*

Nicolaus Reger, *edidit Ptolemæi tabulas gemino schemate, veteri scilicet ac recentiori, vt testatur Robertus Cœnalis in suo Galliæ opere.*

Nicolaus Sophianus, *Græciæ tabulam; Romæ. Eadem postea evulgata fuit Basileæ, per Oporinum.*

Orontius Fineus Delphinas, *Galliæ descriptionem, & Orbis terrarum typum, sub forma cordis humani. Idem Tabulam Regionum, quarum in sacris Bibliis fit mentio. Omnia Parisiis apud Hieronymum Gormontium.*

Olaus Magnus Gothus, *Regionum Septemtrionalium Tabulam; Venetiis.*

Paulus Canius Genuensis, *Neapolitani regni tabulam delineauit. editam Neapoli*, 1582.

Paulus Fabricius Medicus, *Morauiam; Viennæ Austriæ*, 1570. *Idem Austriam promittit.*

Paulus Iouius, *Larij lacus tabulam, cum libello; Venetiis.*

Paulus Roverius, *Taruisinum agrum.*

Petrus Apianus, *Europam: Peregrinationem D. Pauli: & Typum vniuersalem. omnia Ingolstadij.*

Petrus ab Aggere, *Orbis terrarum Typum, Aquila comprehensum; Mechliniæ.*

Petrus Boekel, *Thietmarsorum Regiunculam; Antverpiæ apud Ioannem Liefrinck*, 1559.

Petrus Coppus, *Istriam; Venetiis.*

Petrus Ioannes Bomparius, *Prouinciam Galliæ regni sic dictam, publici iuris fecit.*

Petrus Laicstain, *Iudæam perlustrans eius loca descripsit, quam descriptionem Christianus Schrot in Tabulam redegit. Exstat Antverpiæ apud Hieronymum Cock*, 1570.

Petrus

Petrus de Medina, *Hispaniæ Tabulam: Hispali, per Ioannem Gutierum*, 1560. *at valde rudem.*

Petrus Plancius, *Orbis terrarum geographicam & hydrographicam tabulam descripsit.* 1592. *Idem particularis Galliæ, Amsterodami.*

Petrus Rogierus, *Pictonum regionem, vicinorumque limitum, vt Rupellarum, Santonum, &c. Parisiis apud Franciscum Desprez.*

Petrus Turellus, *tabulam Burgundiæ descripsit, vt lego in Bibliotheca Gallica.*

Philippus Appianus, *Bauariæ tabulam; Ingolstadij*, 1568.

Philippus Pigafetta Vicentinus, *descripsit Africam, editam Romæ. Item Congo regnum, ibidem*, 1590.

Prosper Parisius Consentinas, *Magnæ Græciæ, siue Calabriæ topographiam dedit; Romæ*, 1589. *Idem ibidem, Regni Neapolitani tabulam.*

Pyrrhus Ligorius Neapolitanus, *Regni Neapolitani; item Græciæ, & Fori Iulij tabulam, Romæ, per Michaëlem Tramezinum.*

Renatus Andegauensis, *Rex Siciliæ & Neapolis, descripsit Andegauensem Comitatum, & Prouinciam: Galliæ regiones. Testis Franciscus Crucemanius in sua Bibliotheca Gallica.*

Rumoldus Mercator, *Ger. F. Germaniam descripsit magna tabula: & edidit, Duysburgi.* 1590.

Sebastianus Cabotus Venetus, *Vniuersalem tabulam, quam impressam æneis formis vidimus, sed sine nomine loci, & impressoris.*

Sebastianus Munsterus, *Basiliense territorium. item Germaniæ typum; Basileæ, quem Tilemannus Stella emendauit & locupletauit; VVittenbergæ, apud Petrum Zeitz*, 1567.

Sebastianus à Rotenhan, *Franconiam Orientalem; Ingolstadij, anno* 1543.

Sibrandus Leonis Leouardiensis, *Tabulâ Frisiæ Occidentalis, quam in hoc nostro Theatro lubentes publicauimus.*

Sigismundus ab Herberstein, *Moscouiæ tabulam, in eius Commentarijs Basileæ excusis, apud Ioannem Oporinum.*

Sta. Por. *depinxit Ducatum Oswieczimensem, & Zatoriensem; Venetijs*, 1563.

Stephanus Florentinus monachus Oriuieti, *tabulam dominij Florentini: & aliam Senensis descripsit: Romæ*, 1584.

Stephanus Ghebellinus, *Comitatũ Venuxinum descripsit, Galliæ Narbonensis partem. in Gallia excusus est.*

Steph. Tabourotius, *Burgundiæ Ducatum, Galliæ regionem depinxit, sed nondum in lucem prodijt.*

Steph. Keltenhofer, *Campaniæ Galliæ regiunculæ tabulam, suppresso tamen suo nomine: Antverpiæ.*

Thomas Geminus, *Hispaniæ tabulam: Londini.*

Thomas Scepsius, *Ditionis & agri Bernatium delineationem valde accuratam in publicum dedit, anno* 1578. *Argentorati per Bernardinum Iobinum.*

Tilemanus Stella Sigenensis, *Palæstinæ tabulas duas descripsit, quarum vnam inscripsit, Itinerarium Israëlitarum ex Ægypto; alteram, Chorographia regni Iudææ & Israëlis; VVittenbergæ. Item Comitatum Mansveldiensem; Coloniæ, apud Franciscum Hogenbergum. Lutzenburgi item ditionem accuratissimè descripsit, nondum autem edidit. Idem promittit absolutissimam totius Germaniæ descriptionem. diem autem suum obijt postremum, priusquam eam absoluisset. quid in ea huius filius præstiturus, ignoro.*

Vincentius Corsulensis, *Hispaniam, Venetijs, apud Matthæum Paganum.*

Warmundus ab Ygel *à Volderturn descripsit & edidit tabulam comitatus Tirolensis.*

Wenceslaus Grodeccius, *Poloniæ tabulam; Basileæ, apud Oporinum.*

Wilhelmus Bernardi nauclerus *Amsterodamensis, edidit ibidem tabulam trium nauigationum Batauorum versus partes Septentrionales.*

Wolfgangus Lazius, *Hungariæ Corographiam; Viennæ. Item Austriæ; Nurenbergæ. Idem Comitatum Tyrolensem, Styriam, Istriam, & Carinthiam, singulis tabulis edidit. Item alteram Austriæ: sua manu in æra cælatam; Viennæ.*

Wolfgangus Regervvil, *Buchauiæ regionis, siue Fuldensis diœcesis Chorographiam delineauit & edidit; Fuldæ, anno* 1574.

Wolfgangus Wissenburgius Basilienſ. *Palæstinam; Argentinæ, apud Ribelium.*

Ysaacus Francus, *Turonum Galliæ regionis tabulam descripsit. quæ edita Cæsaroduni.* 1592.

INDEX

INDEX TABVLARVM HVIVS OPERIS, SIVE INSCRIPTIONVM EARVNDEM.

A.

ABISSINORVM Regio fol. 116
ACORES 15
ÆGYPTVS 115
AFRICA 4
AMERICA 5
ANCONÆ MARCA 86
ANDEGAVENS. Ditio 25
ANGLIA 12
APRVTIVM 87
APVLIA 89
ARCHIPELAGI Insulæ 92
ARGENTINENSE Territorium 69
ARTESIA 44
ASIA 3 ASIA Minor 115
AVSTRIA. 66.

B.

BARBARIA 117
BASILIENSE Territorium 71
BAVARIA 68
BAVARIÆ Palatinatus 69
BELGICA 37
BILEDVLGERID 117
BITVRIGVM Regio 24
BLESIENSE Territorium 28
BOHEMIA 63
BONONIENSE Territorium 29
BOSNIA 96
BRABANTIA 41
BRANDEBVRG. Marca 59
BRAVNSVICENSIS Ditio 61
BRITANNIA 22
BRITANNICÆ Insulæ 10
BRIXIÆ Ditio 79
BVCHAVIA 60
BVRGVNDIA Comitatus 34
BVRGVNDIA Ducatus. 35.

C.

CALABRIA 89
CALETES 29
CAMBRIA 13
CANDIA 92
CARINTHIA 97
CARNIA 96
CARNIOLA 73
CARPETANIA 20
CARTHAGINENS. portus 115
CENOMANI 22
CHACZEOLA 73
CHINA 109
CIMBRICA Cherson. 51
CLIVIA 39
COMACENVS lacus 82
CORFV Insula 90
CORSICA 86
CREMÆ ager 78
CREMONENS. ager 78
CRETA 92
CROATIA 90
CVBA 8
CVLIACANA 8
CYPRVS. 93.

D.

DACIA 100
DANIA. 51.

E.

ELBA 90
EVROPA. 2.

FESSÆ

F.

FESSÆ Regnum 118
FLANDRIA 45
FLORENTIN. Dominium 84
FLORIDA 9
FORVM IVLII 75
FRANCONIA 62
FRISIA 48
FRISIA Occident. 49
FRISIA Orient. 50
FVLDENS. Ditio. 60.

G.

GADES 20
GALLIA 21
GALLIÆ NARB. Ora. 32
GELRIA 39
GERMANIA 36
GERMANIA Inferior 37
GORITHIA 73
GRÆCIA 94
GVASTECANA 9
GVIPVSCOA. 20.

H.

HANNONIA 43
HASSIA 57
HELVETIA 72
HENNEBERGENS. Principat. 57
HIBERNIA 14
HISPALENS. conuent. 18
HISPANIA 16
HISPANIA noua 7
HISPANIOLA 8
HISTRIA 73.96.97
HOLLANDIA 47
HOLSATIA 52
HVNGARIA. 98.99.

I.

IAPONIA Insula 110
ILLYRICVM 95.96
ILVA Insula 90
INDIA Orientalis 111
ISCHIA Insula 91
ISLANDIA 106
ISTRIA, vide HISTRIA.
ITALIA. 74.

K.

KARINTHIA 97
KARSTIA. 73.

L.

LARIVS lacus, vide COMACENVS.
LEMNOS Insula 93
LEMOVICES 28
LEODIENS. Diœcesis 40
LIMANIA 24
LIVONIA 103
LOTHARINGIA 33
LVNEBVRGENS. ditio 88
LVSATIA 58
LVTZENBVRGVM. 38.

M.

MALTA 90
MANSVELDIA 56
MARCA Anconæ 86
MARE PACIFICVM 6
MAROCHI Regnum 118
MEDIOLANENSIS Ducat. 77
MISNIA 55.58
MONASTERIENS. Episc. 62
MORAVIA 65
MOSCOVIA. 107.

N.

NAMVRCVM 42
NATOLIA 115

NARBO-

NARBONENS. Ora maritima 32
NEAPOLITAN. Regnum 88
NORMANDIA 22
NORTGOIA 69
NOVVS ORBIS 5
NVRENBERGENS. Ditio. 61.

O.

OLDENBVRGVM 53
ORBIS Terrarum 1
OSNABVRGENS. Epiſc. 62
OSWIECZIMENSIS Ducatus. 103.

P.

PALATINATVS Bauariæ 69
PARISIENSIS Ager 26
PATAVINVM Territ. 81
PEDEMONTANA Regio 80
PERSIA 112
PERVSINVS Ager 85
PERVVIA 9
PICARDIA 30
PICTONVM Ditio 23
POLONIA 101
POMERANIA 103
PORTVGALLIA 17
PRESB. Ioannis Imperium 116
PROVINCIA 31
PRVSSIA. 102.

R.

RHÆTIA Alpeſtris 73
ROMÆ Territor. 82
ROMANIA 104
RVSSIA. 107.

S.

SABAVDIA 32
SALISBVRGENS. Diœceſis 67
SARDINIA 90
SAXONIA 55
SCANDIA 105
SCOTIA 11
SEBENICI Territor. 97
SENÆ Vrbis Territor. 86
SEPTEMTRION. Regiones 105
SICILIA 90
SILESIA 64
SLAVONIA 96
STALIMENE Inſula 93
SVEVIA. 71.

T.

TARTARIA 108
TARVISINVS Ager 81
TERRA SANCTA 114
THIETMARSIA 53
THVRINGIA 55.58
TIROLIS 73
TRANSILVANIA 100
TVRCIA 113
TVRONENSIS Ducatus 27
TVSCIA. 8.

V.

VALENTIÆ Regnum 19
VENVXINVS Comitatus 32
VEROMANDVOR. Tractus 29
VERONÆ Territ. 76
VINDELICIA 68
WALDECCENS. 60
WANDALICÆ Inſulæ 52
WESTPHALIA 54
WIERTENBERG. Ducatus 70
WINDORVM Regiones. 73.

Z.

ZARÆ Territor. 97
ZATORIENSIS Ducatus 103
ZELANDICÆ Inſulæ 46
ZERBI Inſula. 90.

QVONIAM VERO PLVRES REGIONES AVT INSVLÆ IN HIS TABVLIS DESCRIPTÆ SVNT, QVAM IN EARVNDEM TITVLIS CONTINENTVR; VISVM NOBIS FVIT OPERAE PRETIVM, EAS HOC ALTERO INDICE ETIAM STVDIOSIS INDICARE.

A.

ALbanesior. terra fol. 89
Albania 94
Algarbia 17
Amazonum regio 9
Andaluzia 18
Angolismensis ditio 23
Arabia 113
Argentarius mons. 83.86
Armia 102
Auxonne. 35.

B.

BAar 70
Barrois 33.38
Barri Territ. 89
Barthonia 102
Basigny 35
Beaucia 28
Becsangial 94
Benthem Comit. 39
Bessarabia 104
Boddia 105
Bogorta 9
Borneo Insula 111
Borholmia Insula 51
Bramas 109
Brasilia 5
Brisgavv 71
Bulgaria. 104.

C.

CAlabria 89
Canariæ insulæ 118
Canina 94
Corniola 75.95.96
Campania felix 88
Cassubia 103
Cataia 108
Cauchincina 109
Cerigo 92
Chequiam 109
Cilley 95.96
Comenolitari 94
Condadum 18
Congi regnum. 118
Connachia 14
Corea insula 117
Cornuallia 12
Cotbuss 59
Crabaten 95.96
Crossen 59
Cueruo Insula 15
Culmigeria 102
Cumani 98.99
Curlandia. 103.

D.

DAnneberg 59
Dariena 9
Dehenbarthia 13
Diepholtum 54
Drenta. 48.

E.

EEmserland 54
Elaran 112
Ermeland 102
Ersech. 104.

F.

FAial Insula 15
Farsi 112
Fessa. 117
Finlandia 105
Fionia insula 51
Flores Insula 15
Foquiem 109
Francia Noua 5
Frislant Insula 105
Fuquam. 109.

G.

GEnuensis ora 77.80
S. Georgij Insula 15
Glessaria 102
Gothia 105
Gothia Insula 103
Guinea 4
Gratiosa Insula 15
Groenlandia 105
Groeninger lant 49
Guadel 112
Guxutxiles 9
Guzarate. 112.

H.

HAren 103
Hasbania 40
Hebrides Insulæ 10.11
Helfenstein 70
Hesdinens. præfectura 44
Hohenbergum 70
Honao 109
Horn Comitatus 39.40.41
Hultonia. 14.

I.

IAmaica 8
Iamboli 94
Ianna 94
Iapan Insula 3.6
Iaua Insula 111
Indiæ Occidentales 5
Indostan 111
Islandia Insula 105
Iuitlandia 51
Iuliacum 39
Iulina Insula 52
Iunna. 109.

K.

KIrchamer 70
Krain. 95.96.

L.

LAnginia 14
Lapiaca 94
Lappia 105
Laulnitz 55.56
Limburgum 38.39.70
Linga 54
Lithuania 101
Liuadia 94
Lobouia 102
Lombardia 74
Lurestan. 112.

M.

MAgna Græcia 88
Maiorica & Minorica Insulæ 16
Mangi 111

Marcha Comitatus 54
S. Maria Insula 15
Marochum Regnum 117
Masouia 101
Massons 104
Mesicana Regio 5
Metellino insula 92
S. Michaelis Insula 15
Milo Insula 92
Moldauia 101.104
Moluccæ Insulæ 111
Momonia 14
Mona Insula 10.12
Monsserratus 77.80
Montensis Comitatus 54
Morea 94
Mursa Comitatus. 39.

N.

Nadrauia 102
Nanquy 109
Natangia 102
Negroponte 94
Nice Comitatus 31
Nicsia Insula 92
Nigra silua 70
Noricum 97
Noruegia 105
Noua Guinea 6
Nubia 116
Nyrseg. 99.

O.

Ocrage 112
Orchades Insulæ 10.11
Ormus Regnum 107.112
Osterlandia 58
Oueryssel. 39.

P.

Papiæ Territorium 81
Pegu 111
Pieo Insula 15
Podolia 101.104
Pogesa 102
Pouisia 13
Prignitz 59
Procida Insula. 91.

Q.

Quancij 109
Quiani 109
Quichei 109
Quincij. 109.

R.

Rapin 59
Rauesbergum 54
Reyderlant 50
Rhodus Insula 92
Riedberg 54
Rusia 101
Rustingia 53
Rugia Insula 52
Ruthenia. 101.

S.

Sagora 104
Salomonis insulæ 6
Samarchand 107. 112
Sambia 102
Samogithia 101
S. Ioannis Insula 8
Sancij 109
Sancti Laurentij Inf. 4
S. Pauli Comitatus 44
Santonum Regio 23
Santorini Insula 92
Scarpanto Insula 92
Schalauonia 102
Scio Insula 92
Semigallia 103
Seruia 104
Silistre 104
Slesvvick 51.52.54
Solonia 28
Sorlingæ Insulæ 10
Stalimene Insula 92
Sterneberg 59
Stiria 66.95.96
Stormaria 52
Sudauia 102
Suecia 105
Sumam 109
Sumatra 111
Sungovv 68
Syria. 101

T.

Tamoriza 94
Tangut 108
Teckenburgum 62
Temeskus 99
Terçera Insula 15
Tiques 104
Topliza 104
Traiectense Territ. 47
Transiselana 39
Tvventa. 39.

V.

Valachia 105
Valkeburgense Territ. 39. 40.
Vectis Insula 12
Veluvva 39
Venedotia 13
Venuxinus Comit. 31
Vkermarck 59
Voitlandia 55
Volhinia 101
Vsedomia Insula 52
Wallia 13
Wagria 52
Wandalia 103
Windischlandia 95.96
Wirlandia. 103.

X.

Xanton 109
Xantogne 23
Xiamxij. 109.

Z.

Zagatai 112
Zeylan Insula. 111

FINIS.

EPI-

EPIGRAMMATA

DANIELIS ROGERSII ALBIMONTANI

IN THEATRVM ORBIS TERRARVM

ab ABRAHAMO ORTELIO elaboratum.

PRISCA *fides ſileat ſecli monumenta prioris,*
Plaudat, & inuentis fama ſit æqua nouis.
Nec modo Pyramidum iactet faſtigia Nilus,
Nec Pharias vltrà Memphis adoret opes.
Roma triumphales taceat quos extulit Arcus,
Marmore nec vario ſtructa Trophæa canat.
Nec miram in ſpeciem Pœnis digeſta columnis
Porticus intonſo concelebranda Deo eſt.
Quis nunc decantet Circos, cælóque Coloſſos
AEquatos, Parijs cæſáque ſigna iugis?
Singula ſic æui quæ attriuit cana vetuſtas,
Vt maneat præter nomen inane nihil.
Eſt vbi Pompeij gradibus ſublime Theatrum?
Dignáque ſidereis Amphitheatra tholis?
Cuncta nouo Ortelij cedant ea priſca Theatro:
Quod ſtructum ingenio eſt, fine carebit opus.

IDEM.

VERA *igitur tandem eſt Senecæ ſententia vatis,*
Et vera eſt vatis dicta ſecuta fides.
Tempus (ait) veniet, ſeros aliquando ſub annos,
Laxabit rerum vincula cùm Oceanus:
Atque ingens pateat tellus, & detegat orbes
Puppe nouos Tiphys rector in Hæmonia:
Nec quæ dicta fuit, ſit terris vltima Thyle.
Sic ait: en vatis verba ſecuta fides.
Emerſére freto nuper noua regna ſub Auſtro;
Ruráque non fictis concelebrata bonis.
Iámque ſuas vrbes, & iactat America dotes,
Magellana ſuas cui ſoror addit opes.
Nempe nouus priſco eſt orbi ſuperadditus orbis,
Et non hæc, alia ſidera ſede micant.
Laus prima eſt Senecæ: Veſpucci eſt altera: vates
Ille; ratam fecit vatis at iſte fidem.
Tertia, quæ palmas, Orteli, vincit vtraſque,
Eſt tua; qui Phœbi celſa per aſtra comes.
Singula deſpiciens diſtinxti ritè tabellis,
Humanis optans vſibus Orbis opus.
Immortale decus nacti tres: vos colet Orbis,
Illi dum veſtra ſtabit ab arte decus.

IDEM

ERGONE *Sol toti mundo non ſufficit vnus?*
Sed geminos Soles auctior Orbis auet?
Sunt gemini Soles: lippus, qui non videt: horum
Primus, Apollo vetus: túque Abrahame, nouus.
Qui, quodcumque parat Phœbus mortalibus ægris,
Sidera ſigniferi per duodena means,
Deſcriptis terræ præſtas Regionibus omnis,
Et mundo, & priſcis munus id hiſtorijs,
Cuncta videt Phœbus: tu lampade mentis oberrans
Conſpicuis ſpectas omnia luminibus.
Ille dat & vitam natis, lucémque benignus,
Et motu & radijs inferiora regens;
Tu rebus donas animam, ſcriptíſque diſertis,
Et lucem obſcuris reddis abundè locis,
Ille Solum, Cælúmque vagus metitur & AEquor:
Metiris Cælum, cúmque Mari, ipſe Solum.
Quis ſine Sole queat vitam traducere? priſcas
Quis ſine Coſmographo noſceret hiſtorias?
Nil igitur differs (Abrahame) à Sole coruſco:
Téque nouum Solem clarior Orbis amat.
Quid miror? fore te Solem iam fata canebant,
Orthelij nomen cùm pater impoſuit.

IN ABRAHAMI ORTELII THEATRVM ORBIS.

IN *ſubjugandis quo labore ſudarint*
Regéſque Principéſque pluribus terris,
Vaſtoque non vnius æquoris campo
Remíſque velíſque edomando, ut Eoi
A Solis ortu cuncta penitus extremos
Regna obtinerent involata ad occaſùs,
Rerum potiti & gentium univerſarum;
Quis neſcit? At quid omnia arma ad unius
Graphiúmve radiúmve acris ORTELI; *mundum*
Qui victor omnem adeò ſuam in poteſtatem
Redegit? O quem, ô qualem in orbe, & ô quantum
Te te ORTELI *canemus Imperatorem!*

Paulus Meliſſus Francus.

HADRIA-

HADRIANI IVNII HORNANI
IN HOC THEATRVM.

TERRARVM *tractus, calum, anfractúſque profundi*
Certiùs vt radio ſcriberet Ortelius,
Raptatum Phœbus ſupera in conuexa retraxit,
Multiplicíque auxit cognitione virum.
Inde hic deſpiciens terras, freta, templáque cali,
Diſtinxit ſpatijs omnia regna ſuis.

IOANNIS POSTHII MED. D.

IMMENSVM *exiguo viſurus tempore mundum,*
Egregij tabulas conſulat Ortelij.
Omnia queis terræ loca ſic depingit, vt ipſi
Perluſtrata eadem & ſingula viſa putes.
Quò non humanæ penetrat vis ardua mentis?
Improbus aut quid non perficit arte labor?

IO. VIVIANVS VALENTIANVS
ABRAHAMO ORTELIO SVO.

DIVERSOS *mores ſolita eſt ſpectare vetuſtas*
In ſcenis EnnI, Cæcilijq; ſenis.
Altiùs hæc repetens Ortelius, vtq; theatro
Cuncta ſimul poſſet picta referre ſuo:
AEquoris ac terræ tractus induxit, & omnes
Quàm varia cali ſub regione plagas.
Hinc quibus ad gelidum locus eſt decliuior axem,
Corda ſtupent, pigro ſemiſepulta ſitu.
Effrenes animos alij, ſub Sole calentes
Aſſiduo, nimia mobilitate gerunt.
At bona temperies generoſos pectoris hauſtus
Sufficit. hic roſeo gratior aura die;
Hic placidæ mentes; iuſti reuerentia; ſummi
Numinis, & ſacra relligionis amor.
Pérque artes varias hominum ſollertia ſurgit,
Prodens diuinæ ſemina larga animæ.
Cùm iuuat hæc magnus quà circumfunditur orbis
Ante oculos ſtatuet parua tabella tibi:
Sin propiùs ſpectare iuuat, diſtincta reponet
Hic eadem in partes ſingula quæque ſuas.

IN EIVSDEM THEATRVM.

ERIDANI *ad ripas, Electride fusus in umbra,*
Multa dolens positâ flebat Apollo lyra.
Heliades testes, & quæ Phaëthontias arbor
Proxima, funeri causa doloris erat.
Audÿt Vranie, & cœlo dilapsa sereno,
Solatur queruli nubila corda Dei.
Ecquid, ait, tanti, Phaëthon tibi vulneris auctor?
Ille semel perÿt, deperÿsse puta.
Turpe Deo in lacrymas liquescere, flumina plores,
Non tamen extinctum restituisse queas.
Sed queat hoc hominum Phœnix ORTELIVS *unus,*
Natus adoptiuus, Phœbe, sit ille tuus.
Et bonus & prudens Princepsq; Geometer ille,
Dignus amore tuo est, dignus amore meo est.
Dixerat, & Phœbo Diua consulta probante,
Adrogat ORTELIVM *pro Phaëthonte suum.*
Nec mora, quum curru rutilis ardente pyropis
Tollit adoptiuum clara per astra virum.
Hinc latè, velut è speculâ, terra aquora lustrans,
Fluminâque; & reflui brachia curua maris;
AEquatósque polo montes, Syluásque lacúsque,
Ventorúmque domos, quadrifidásque plagas,
Regnorúmque situs varios, populósque repostos,
Et cœlum, atque salum signat, & omne solum.
Dimensúmque Orbem tabulâ compingit in arctâ,
Paruâque tam vastum pagina clathrat opus.
Naturâ indignante, Arti tam multa licere,
Et claudi Iliadem quis nuce posse neget?
Sed non omne caput Phœbi fauor, æquus adoptat,
Ipsáque Tellurem non aquila omnis obit.
Solus id ORTELIVS *lux orbis, & ἑλιος ὀρτος*
Permeat, & titulo & digna parente cluit.
Salue ingens Mundi lumen, radie auree salue;
Belgarum ô salue nobilis Archimedes;
Seu magis Archytas dici cupis, ô bone salue,
Orbis dúmque tuus stabit in Orbe, Vale.

Maximus Æmylianus de Vriendt,
Senatui Gandauensi à Secretis.

NICO-

NICOLAVS RHEDINGER
SILESIVS VRATISLAVIENSIS.

INVENTVM *nuper se iactat Iberus ob orbem:*
Ad radium, ORTELI, *sed nihil ista tuum.*
Námque una socias veterémque nouúmque tabellæ,
Et nouus ingenio est Orbis vtérque tuo.
Ergo Orbis Matrem, si te Natura, vocamus:
Orbis te, ORTELI, *quis neget esse patrem.*

IOAN. MATTHÆVS VACKERVS
I. C. CONSTANTINVS.

ORTELI, *pater Orbium nouorum:*
Nouorum? immò etiam vetustiorum,
Quos incude noua nouos parasti,
Arte mirifica: improbo labore.
Pro tantis meritis quid vniuersi
Orbes persoluent tibi? quid? ánne
Fallor? an tibi forsan vniuersi
Isti Orbes statuent nouum tropæum,
Quum tuo, titulos superbiores
AEtas postuma, nomini sacrando,
Te Plastem & Figulum politiorem,
Vel, quod verius est, nouum Architectum
Nouorum & Veterum Orbium vocabit?

EX ELOGIIS BELGICIS
AVBERTI MIRAEI
CANONICI ANTVERP.

NON est quòd in celebrando ORTELIO desudem, quem ipse terrarum Orbis ab illo illustratus prædicat. Is serò ad studia conuersus, breui litteras ac linguas per se didicit. Nec priuato contentus studio, Europæum pæne Orbem oculis lustrauit. Ad suos vbi reuertit, in vrbe patria Antverpia Orbis ocello Orbis terrarum situm, tamquam in erudito puluere, felici radio describere cœpit; paullatimque eò progressus est, vt in immensum labor excreuerit, & tamquam publico in theatro *Theatrum Orbis* spectandum dederit. Id Regi Catholico Philippo II. oblatum, vsque eò gratum fuit, vt & honorem auctori habuerit, & Regij Geographi titulo decorarit. At quia, vt Domitius aiebat, animus inquies opere pascitur, dum, quam nactus erat, Spartam exornat, & apis instar per omne scriptorum genus volitat, eruit *Thesaurum* (sic enim vero nomine indigetat) *Geographicum*; qui & ipse in immensum è Synomia Geographica veteri & noua excreuit. Antiquitatis in primis & amans & peritus in paucis, Romanorum numismata aurea, argentea, ærea plurima colligens, *Deorum Dearúmque Icones* inde delineaut. Exotica quoque, ac peregrini Orbis miracula, ab ipsis vsque Antipodibus allata, domi adseruans, ab Austriacis Principibus ERNESTO atque ALBERTO, vt à Cn. Pompeio Posidonius Philosophus Stoicus, idemtidem visebatur. Omitto ceteros Nobiles atque eruditos viros, qui hisce spectaculis mirificè capiebantur. Vir sanè industrius & felix, vt qui (quod paucis vsu venit) studiis rem mirè auxerit familiarem; cùm liberali tamen esset in amicos, deque se bene meritos ingenio. Symboli loco illud de Mundo vsurpare solitus, *Contemno, & orno, mente, manu.* Vixit ad summam ætatem cælebs & frugalis, dum fatiscente natura studiisque exhausta tabesceret. Conditus est in AEde sacra S. Michaelis Præmonstratensium Abbatiæ, vbi ab amico I. Lipsio V. Cl. officij gratia illustre positum illi Epitaphium visitur.

Spectandum dedit Ortelius mortalib. orbem,
Orbi spectandum Galleus Ortelium. Pigius

ORBIS TERRARVM.

ÆC TABVLA comprehendit & exhibet totius Orbis terrarum & circumambientis Oceani effigiem; quem vniuersum terrarum Orbem veteres) quibus nouus nempe Orbis nondum innotuerat) in tres partes diuisere: in Africam scilicet, Europam, & Asiam. Sed inuenta America, eam pro quarta parte nostra ætas adiecit: quintamque expectat sub Meridionali cardine iacentem. Gerardus Mercator, Geographorum nostri temporis coryphæus, in sua nunquam satis laudata Vniuersali Tabula, hunc Orbem terrarum in tres continentes distinguit: primam vocat eam, quam Veteres diximus in tres partitos fuisse, & vnde humanum genus originem sumpsisse ex sacris litteris constat: secundam, quam hodie Americam vel Indiam Occidentalem vocamus: tertiam dicit terram Australem, quam nonnulli Magellanicam nuncupant, paucis hactenus littoribus detectam. Hunc Orbem continere in circuitu, quo maximè patet, milliaria Germanica 5400, siue Italica 21600, antiquitas docuit, idemque recentior asserit ætas. *Atque hæ tot portiones terræ*, (vt Plin. in 11. Naturæ libr. inquit) *imò verò, vt plures tradidêre, mundi punctus (neque enim est aliud terra in vniuerso) hæc est materia gloriæ nostræ, hæc sedes: hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanum genus, hic instauramus bella etiam ciuilia, mutuisque cædibus laxiorem facimus terram. Et vt publicos gentium furores transeam, hæc in qua conterminos pellimus, furtoque vicini cespitem nostro solo affodimus, vt qui latissimè rura metatus fuerit, vltraque fines exegerit accolas, quotâ terrarum parte gaudeat? vel cùm ad mensuram auaritiæ suæ propagauerit, quam tandem portionem eius defunctus obtineat?* Hactenus ille.

Huius Terræ, Occeaniique situm, Regionum dispositionem, sinuumque anfractus, gentiumque mores, & quicquid cognitione in iis ac scitu dignum videbatur, descripserunt ex Veteribus.

PTOLEMÆVS ALEXANDRINVS;
C. PLINIVS SECVNDVS. 3.4.5.6. lib. Natural. Historiæ;
ARISTOTELES DE MVNDO, ad Alexand.
STRABO xvij. libris;
SOLINVS POLYHISTOR;
POMPONIVS MELA;
DIONYSIVS APHER, & eius Commentator
EVSTATHIVS;
APVLEIVS, in libello De mundo,
DIODORVS SICVLVS lib. 5. priorib. Bibliothecæ;
MARTIANVS CAPELLA;
PAVLVS OROSIVS, in fronte suæ Historiæ;
ÆTHICVS: & alius eiusdem nominis cognomento Sophista, nondum editus.
IVLIVS Orator hic primus vocatur ab Cassiodoro.
BEROSVS descripsit Orbis Antiquitates;
ANTONIVS AVGVSTVS (si verus est titulus) Itineraria;
SEX. AVIENVS, eius oram maritimam;
STEPHANVS, eius vrbes;
VIBIVS SEQVESTER, ordine Alphabetico, eius Flumina, Fontes, Paludes, Nemora, Montes, Gentes.

Ex recentioribus.

RAPHAEL VOLATERRANVS;
ABILFEDEA ISMAEL, lingua Arabica;
IOANNES HONTERVS; & Hieronymus Oliuerius: carmine vterque:
BARTHOLINVS libro 8. Austriados;
SEBASTIANVS MVNSTERVS;
ANTONINVS Archiepisc. Florentinus, in opere Historico Titulo 1. cap. 3.
DOMINICVS NIGER;
IOANNES AVENTINVS, Boiorum Ann. lib. 2.
IOANNES CAMERS, in Solinum;
GEORGIVS RYTHAIMERVS;
IOACHIMVS VADIANVS;
PETRVS IOANNES OLIVARIVS in Melam;
LAVRENTIVS CORVINVS NOVOF.
ANTONIVS VERONENSIS;
GVALTERVS LVDOVICVS, in Speculo Orbis;
ISIDORVS HISPALENSIS;
MICHAEL VILLANOVANVS, in Ptolemæum;
ZACHARIAS LILIVS VICENT.
HIERONYMVS GIRAVA, Hispanicè;
ALEXANDER CITOLINVS, in Typocosmia, Italica lingua;
VINCENTIVS BELVACENSIS in Speculo historial. li. 2.
GVILIELMVS POSTELLVS;
IOAHNES MANDEVILIVS & eius comes,
ODERICVS à FORO IVLII;
MICHAEL NEANDER Soratiensis;
GAVDENTIVS MERVLA, lib. 5. Memorabilium;
FRANCISCVS MONACHI, in Epistola ad Archiepisc. Panormitanum.
ANDREAS THEVETVS, FRANCISCVS BELLEFORESTIVS, & PETRVS HEYNSIVS, Gallica lingua sed hic quoque Teutonicis rhytmis.
LAVRENTIVS ANANIENSIS, Italico sermone.
ANTONIVS PINETVS, Gallica lingua descripsit, & Iconibus exhibuit quam plurimas (vt titulus habet) tam Europæ, quàm Africæ, Asiæ, & noui Orbis Regionum, Vrbium, Opidorumque Tabulas.
IVLIVS BALLINVS, celebrium totius Orbis Vrbium Icones edidit, cum earundem breui historica enarratione, Italica lingua. Idem præstitit
GEORGIVS BRVNO, Latinè, at multo ornatiùs diligentiusque
BENEDICTVS BORDONIVS totius Orbis insulas; Item
THOMAS PORCACCIVS: ambo Italica lingua.
WOLFGANGVS LAZIVS, &
IOANNES GOROP. BECANVS, eius gentium Origines & Migrationes;
PETRVS APIANVS, &
BARTH. AMANTIVS, eius inscrip. antiquas; item
MARTINVS SMETIVS, at maiori ceteris fide.
IOANNES BOHEMVS, & ALEXANDER SARDVS, omnium eius gentium populorumque mores & ritus. Idem fecit
FRANCISCVS BELLEFORESTIVS, Gallicè.

HOMINES HAC LEGE SVNT GENERATI, QVI TVERENTVR ILLVM GLOBVM, QVEM IN HOC TEMPLO MEDIVM VIDES, QVAE TERRA DICITVR. Cicero.
TYPVS ORBI
TERRA SEPT EMTR
CIRCVLS ARCTICVS
ANIAN regnum
AMERICA SIVE INDIA NOVA. Ao 1492. a Christophoro Colombo nomine regis Castellæ primum detecta
Noua Francia
Chilaga
Tolm
QVIVIRA regnum
Totonte ac
Marara
Calicuas
Iagil
Florida
Estotiland
TROPICVS CANCRI
Archipelago di
S. Lazaro
CIRCVLVS AEQVINOCTIALIS
MAR DEL ZVR
Islas de Salomon
Noua Guinea
Caribana
Peru
Amazones
Brasil
Tilnada
TROPICVS CAPRICORNI
EL MAR PACIFICO
Chica
Rio de la Plata
Archipelago de las Islas
Terra del Fuego
CIRCVLVS ANTARCTICVS
TERRA AVSTRA
HOC EST PVNCTVM, QVOD INTER TOT GENTES FERRO ET IGNI DIVIDITVR, O QVAM RIDICVLI SVNT MORTALIVM TERMINI? Seneca.
QVID EI POTEST VIDERI MAGNVNITAS OMNIS, TOTIVSQVE MVNDI

TERRARVM.

EQVVS VEHENDI CAVSA, ARANDI BOS, VENANDI ET CVSTODIENDI CANIS, HOMO AVTEM ORTVS AD MVNDVM CONTEMPLANDVM.
Cicero.

IN REBVS HVMANIS, CVI AETERNOTA SIT MAGNITVDO. CICERO:

VTINAM QVEMADMODVM VNIVERSA MVNDI FACIES IN CONSPECTVM VENIT, ITA PHILOSOPHIA TOTA NOBIS POSSET OCCVRRERE.
Seneca.

EVROPA.

VROPA vnde hoc nomen acceperit, neque quis nominis auctor exſtiterit, ab aliquo mortalium compertum eſt; niſi quòd dicimus ab Europa Tyria nomen accepiſſe regionem, inquit Herodotus libro 4. Hanc Plinius altricem victoris omnium gentium populi, terrarumq; pulcherrimam nominat, Aſiæ & Aſricæ aliquando non magnitudine, ſed virtute comparatam. Certum eſt, eam, cùm habitatiſsima ſit, gentium frequentiâ non multo alterutrâ inferiorem eſſe. Huius latus Septemtrionalius & Occidentalius, Oceano alluitur; Meridionale, mari Mediterraneo ab Africa ſeiungitur. Deinde Orientem verſus, mari Ægeo, (nunc Archipelago) Ponto Euxino (hodie, mare Maggiore) Palude Mæotide (hodie, mare delle Zabacche) Tanai fluuio, (vulgo, Don) & Iſthmo, qui eſt ab eius fontibus, rectà ad Septemtrionem ab Aſia dirimitur, Glareano teſte. Habetque hoc modo Peninſulæ effigiem, vti ipſa in Tabula videre licet. Huius caput Roma, olim totius Orbis domitrix.

Regiones eius (vt hodie eas appellamus) ſunt Hiſpania, Gallia, Germania, Italia, Slauonia, Græcia, Hungaria, Polonia cum Lithuania, Moſcouia, aut ſignificantiùs Ruſsia; & ea peninſula, in qua Noruegia, Suedia, & Gothia. Ex eius inſulis primùm occurrit Anglia, Irlandia, Groenlandia, Friſlandia, in Oceano ſitæ. In Mediterraneo mari habet Siciliam, Sardiniam, Corſicam, Candiam, Maioricam, Minoricam, Corphum, Negropontum; aliaſque ignobiliores, quarum ſingula nomina & ſitum ipſa Tabula exhibet.

Habet hæc noſtra Europa, præter Romanum Imperium toto terrarum Orbe reuerendum, vltra viginti octo; ſi quatuordecim, quæ Damianus à Goes in ſola Hiſpania numerat, adiunxeris; in vniuerſum Regna, Chriſtiana Religione imbuta: vnde huius regionis dignitatem æſtimare liceat. Regio vltra modum fertilis: naturalem temperiem, cælumque ſatis clemens habet. Frugum omnigenûm, vini, & arborum copiâ nullis poſthabenda, ſed optimis regionibus comparanda eſt: adeò amœna, cultiſsimiſque vrbibus, pagis, & vicis exornata, vt populorum gentiumque virtute alijs terræ partibus, etſi formâ minor, tamen præſtantior habeatur, atque ſemper habita fuerit, ab omnibus priſcis Scriptoribus: cùm ob Macedonum Imperium, tum ob Romanorum potentiam maximè celebrata. Eius laudes apud Strabonem videre licet, qui eam libro tertio, ſeptemque ſequentibus libris elegantiſsimè deſcribit. Vide etiam ceteros veteres Geographos. Ex recentioribus eam inter cetera deſcribere conati ſunt, Volaterranus, Sebaſtianus Munſterus, Dominicus Niger, Georgius Rithaymerus, in ſuis Geographiis. Sed peculiariter eam deſcripſerunt Pius II. Chriſtophorus & Ancelmus Cellæ.

Multa per vniuerſam ferè Europam itineraria, locorumq; diſtantiis annotatis, litteris mandarunt, Cherubinus Stella, Ioannes Herbaceus, & Georgius Meyerus. Idem Guilielmus Gratarolus fecit in calce libri, qui inſcribitur, *De regimine iter agentium.*

GRONL ANDIAE PARS
MARE SEPT
OCEANVS HYPERBOREVS
DEVCALIDONIVS OCEANVS
ISLANDIA
TVLE
FARRE insulę
SCETLANT insulę
ORCADES Insule
HEBRIDES insulę
SCOTIA
IRLANDIA
ANGLIA
OCEANVS GERMANICVS
SCRICFINNIA
SVECIA
GOTIA
SVEVICVM MARE
EVROPAE
Brasil
Demar
OCEANVS BRITANNICVS
NORMANDIE
BRETAIG
AQVITANICVS OCEANVS
CANTABRICVS OCEANVS
OCCIDENTALIS OCEANVS
GALICIA
CASTILLA
ARAGON
GRANADA
MARE
BARBARIA
AFRICAE
FESSA
Germanica
Gallica
Italica

TRIONALE.
OCEANVS
SCHYTICVS
Colgoieue
Vaigatz
Pechora
CONDORA.
Pustezora
Cingolo
Sybir
Cruslima
KITA
LIA.
Tiron
Kondori
Temibi
Chirg
PERMIA
Permeuhsky
Voichoda flu.
Chaphlma
Caramgorode
Chiam
Blagar
Bessima
ASI
TVMEN
TVRCHESTAN
MOSKO
VIA
ZEVERA
LITVA
NIA
CABARDI
CVMANI
MARE DELLE ZABACHE
CATTACHI.
AE
Mechet
Astracan
Salacinis
Sara
Saccarai
MARE DE BACHV olim CASPIVM.
GEORGIANI.
Derbent
Bachu
Manuidaua
Arasf
MEDIA.
Machmu abat
Seruan
MARE MAGIORE
BOLLI.
AMASIA
TVRCOMANI
NATOLIA.
AIDINELLI.
CARMANIA
PARS.
MESOPOTAMIA.
PERSIA.
Aleppo
Soldino
Tripoli
SORIA.
Damasco
Beruti
Carime
Gerusalem
IVDEA
ARABIA
Bagdet
Balsara
Zaffa
CANDIA.
NEVM
BARCHA
AEGYPTVS
MARE RVBRVM
Faro
Eltor
Tigris olim Euphrates flu.
Rod olim Tigris flu.
Tanais olim Ephrates flu.
Volga flu.
Dnieper flu.
Don flu.
Dniester flu.
Danubius
Tanais
Cyrus
Tyras
Borysthenes
Tanais
Volga
Cama flu.
Sinus Ganvicus
Sinus Ob
Varzuga flu.
Dwina
Pinega flu.
Mezen flu.
Kola flu.
Ob
Tobol
Irtis
Ischim
Tura
Tobol
Irtis
Ob
Kama
Volga
Don
Dniester
Dniepr

A S I A.

SIA diuiditur ab Europa Tanai fluuio, & linea ab eius fontibus tracta ad Granduicum Oceani Septemtrionalis Sinum: ab Africa verò, Isthmo, qui est inter mare Mediterraneum & Sinum Arabicum: cetera Oceanus & maria ambiunt.

Hanc veteres, vt Strabo 11. & Arrianus 5. multifariam diuisêre. Hodie verò ea in quinque partes, secundùm eius Imperia, quibus administratur, nobis non ineptè diuidi posse videtur. Cuius prima pars, quæ Europæ contigua est, & Magno Duci Moscouiæ paret, Mari Glaciali, Obij fluuio, Kytaia lacu, & linea inde ducta ad Caspium mare, Isthmioq; qui inter hoc Mare & Pontum Euxinum est, terminabitur. Secunda erit, quæ magno Chamo Tartarorum Imperatori obedit; cuius fines à Meridie, sunt mare Caspium, Iaxartes fluuius, Imaus mons; ab Ortu & Septemtrione Oceanus; ab Occidente, iam dictũ Ducis Moscouiæ Regnũ. Tertiam partem Ottomannorum prosapia occupat, continetque quidquid terrarũ est intra Pontum Euxinum, Mare Ægeum, (nunc Archipelagus dictũ) Mediterraneumque, Ægyptum, Sinum Arabicum, Persicumque, Tigrim fluuium, mare Caspium & Isthmum, quem inter hoc & Pontum Euxinum videre est. Sub quarta Regnum Persiæ, quod hodie à Sophis gubernatur, comprehendetur; habet Ottomannos (quibuscum continuum ferè bellum gerit) ab Occidente; Magni Chami Regnum à Septemtrione; & in Orientem fermè ad Indum fluuium extenditur: à Meridie verò mari, quod hodie Indicum, olim Rubrum appellabatur, alluitur. Quinta pars ceterum obtinebit, quod Indias nunc, vti & olim nuncupant; quæ non ab vno solo, vt aliæ; sed pluribus Regulis (nam quælibet illius regio proprium fere habet Principem, quorũ nonnulli etiam Magno Chamo vectigales sunt) moderatur. Sed neque hoc prætereundum, quòd loca maritima, quæ sunt à Sinu Arabico ad Promõtorium vsque vulgò Cabo de Lampo dictum, (quod vides ad 30. gradum latitudinis Borealis) ferè omnia Lusitanus possidet, aut sibi tributaria fecit.

Insulæ quæ huic Asiæ adscribuntur, inter ferè innumeras, hæ sunt præcipuæ, Cyprus & Rhodus in Mediterraneo mari. Taprobana & Zeilan in Indico Oceano, vbi quoque patrum memoria à Lusitanis detectæ duæ Iauæ, Borneo, Celebes, Palohan, Mindanao; vbi & Gilolo, cum Moluccis aromatiferis hodie clarescunt. Tum Iapania, & nuperrimè inuenta Noua Guinea; sed hæc vltima, an insula sit, an terræ Antarcticæ connexa, nondum constat.

Non tantùm apud omnes scriptores profanos, vt vocant, huius partis terrarum ob primas in Orbe monarchias, vti Assyriorum, Persarum, Babyloniorum, Medorumque imperia, admodum celebris exstat memoria; sed etiam in sacris litteris ea præ ceteris illustris est. In hac enim non solùm genus humanum à Deo Opt. Max. creatum, ab hoste Satana delusum corruptumque, & à Christo Saluatore instauratum constat; sed omnem ferè vtriusque Testamenti historiam in ea scriptam & completam legimus.

Hanc Asiam Strabo sex, ab vndecimo incipiendo, libris persequitur. Ptolemæus eam tribus, quinto, sexto, & septimo, libris descripsit; item duodecim tabulis, tribuitque illi quadraginta prouincias. Delineant eam Amm. Marcellinus lib. 23. & Diod. Siculus lib. 18. in principio. Ex Neotericis nemo eam in vniuersum singulatim descripsit. M. Paulus Venetus, Ludouicus Vartomannus, & Ioannes Mandeuillius (sed fabulis refertus hic) tantum de ea, quantum eius regionibus perlustrando dignum scitu cognouêre, litteris mandarunt. Vide etiam Iacobi Nauarchæ Iesuitæ epistolam.

Nos quoque eius descriptionem in maiori Tabula ante aliquot annos edidimus.

ASIAE NOVA
DESCRIPTIO
MAR DE INDIA olim Rubrum
Mare
MAR ROSSO olim Sinus Arabicus
MAR MEDITERRANEI
MAR DE BACHU olim Mar Caspium
MAR MAGGIOR
EVROPAE
PARS
MOSCOVIA
TARTARIA
TURCHESTAN
ASTRACAN
CASAN
OB DORA
Pusfezora
Pechora fl.
Colgoyeuo
Baschirdorum horda
Zaherniroru horda
Vsezuiaroru horda
Chiesanoru horda
Desertum Apus tachit
ZAGATAI
RENAHER
SAMARCHAND
TACALISTAN
CORASAN
SIGISTAN
CABVL
INDOS
India intra
MENDAO
GVZARATE
CAMBAIA
ORISSA
PIDIR
BINAGAR
NARSINGA
MALABAR
ZEILAN
Beligan
Malipur
Malacca
Pegu
Siam
Cambaia
Cochin
Goa
Malandri
Auchidiua
Insule Maldinar
Insule Pandur
Zocotora olim Dioscuriada
Abba dalcuria
ORMVS
ADEN
Arabia felix
AYMAN olim
ARABIA DESERTA
ARMENIA
TVRCOMANI
CIRCASSI
GEORGIANI
ARZERVM
DIARBECH
SERTA
BOTAN
CVSISTAN
FARSI vel Persia
DIARCVMENT
IESEBAS
ARACH
CHIRAN
MAN
ERAC
HAIAN
CIRCAN
Tyrus
Sidon
Damasco
Gerusalem
Cairo
Alexandria
Rodus
Magnesia
Mecca
Medina
Zeila
Magadazo
Zanagua
Cacana
Bebul
Ercoco
Lacari
Santar
Sudchem
P. Buge
Zibit
Azirut
Grondol
Pozzi
Cosfir
Sicabo
Ianbut
Tallbabi
Rabon
Gadher
Mecha
Tarafan
Arafa
Lacach
Tumsa
Pusa
Tabla
Cusomus
Calba
Massa
Orfaua
Marmata
Materqua
Sarabium
Adalia
Aden
Mecca
Mettie
Michia
Gezanio
Magadazo
Ya de Don galo
S. Appolonia
INSVLAS LAVRENTII
Das Compagnos
Don Garcia
Pouerada
CIRCVLVS AEQVINOCTIALIS
Prole dor
Adda
C. Comari
Beligan
Malacca
Malipur
Cochin
Goa
Malandri
Auchidiua
Insule Pandur
Insule de Maldinar

MARE SCYTHICVM & TABIN Plinius et M. P. Venetus nullas in eo insulas esse dicunt, sed numerum, neq; situm tradunt.
ARSARETH
ANIA
ARGON
QVINCI
BELGIAN.
TABOR
CHIORZA
Desertum Caracoranu.
MANGI
XANTON
NANQVI
TAINFV
CHEQVAN
CATAIO
CHINA
CAMVL
CAINDV
THBET
SINDINFV
CARDANDAN
CARAIAN
MACIN
TIPVRA
COMATAI
GAVCINCHINA
CAMPAA
CAMBOIA
MOLVCOS
IAPAN
Insula
COO MAGVCHE
BVNGO
OCEANVS EOVS. siue Orientalis
ORIENS
Parall. 20 Borealis
Parall. 10 Borealis
Parall. 10 Australis
Los Corales
La Barbuda
Los Jardinos
Ilhas dos Reis
Macadaon
De Cabos
Matelotes
Arrizes
Ilhas de S. Iohan
Palmeiras
I. dos Ilandilez
I. dos crosnos
Darimo
Doarti
Maoo
R. de S. Lorenzo
R. de S. Augustino
C. Hermoso
NOVA GVINEA
Cum Priuilegio.
Borneo
Calamba
Chimabalo
Taprobana
Bacomana
Palembam
IAVA MAIOR
IAVA MINOR
TERRA INCOGNITAE AVSTRALIS PARS

AFRICA.

HANC veteres multifariam diuiserunt: hodie eam, vt Ioannes Leo tradit, in quatuor distinguunt partes; Barbariam, Numidiam, Libyam, & Nigritarum terram. BARBARIAM, quam meliorem censent, mari Atlantico, & Mediterraneo; Atlante monte, & Barcha regione contermina Ægypto, circumscribunt. NVMIDIA, quæ illis *Biledulgerid* dicitur, & dactylos producit, (vnde Arabibus non alio nomine quàm Dactylifera Regio nominatur,) Atlantico mari ab Occidente terminatur; & Atlante monte à Septemtrione: Orientem versus excurrit ad Eloacat vrbem ab Ægypto centum milliaribus distantem: Libyæ deserta arenosa illi à Meridie sunt. LIBYA verò tertia pars, Arabica lingua *Sarra* appellatur; quæ vox idem quod desertum significat. à Nilo ad Orientem Solem principium habet, indeque ad mare Atlanticum versus Occidentem pergit: Numidia illi Septemtrionalis est: in Meridie Nigritis se iungit. Sequitur quarta pars, quam NIGRITARVM terram vocant, nomine aut ab incolis, qui nigro colore afficiuntur; aut à flumine Nigro, qui hanc regionem lambit, sumpto. Hæc habet à Septemtrione Libyam; à Meridie Oceanum Æthiopicum; ab Occidente Gualatæ; & ab Oriente Goagæ regnum. Aduertendum, quòd hoc modo vniuersam Africam mari Mediterraneo, Atlantico, Æthiopico, & Nilo flumine constringunt; vnde & Ægyptus & Æthiopia Asiæ adscribuntur, quas tamen propriè Africæ annumerandas ducimus. Vera namq. Æthiopia hodie Presbyteri Ioannis imperium (quod ab omnibus neotericis Africæ tribuitur) continet. Nobis itaque cum Ptolemæo, potiùs mari Mediterraneo & Oceano, quàm fluuio circumscribi oportere iudicamus, habebitq. Pæninsulæ formam, Isthmo, qui est inter mare Mediterraneum, & Sinum Arabicum, Asiæ iunctam. Huius pars Meridionalis veteribus incognita permansit, vsque ad annum M. CCCC. XCVII. quo Vasco de Gama primus promontorium Bonæ spei prætergressus, Africa circũnauigata ad Calecutium peruenit. Hæc pars à Persis Arabibusque *Sanzibar* dicitur.

Ad dictum promontorium Bonæ spei, incolæ sunt nigerrimi; quod minimè tacendum duximus, quia causam nigredinis, calorem, propinquitatemque Solis omnes esse opinentur; atque hîc non magis sol torreat, quàm ad fretum Magellanicum (si cæli respectu loci calorem metiri velimus) vbi tamen candidissimi esse perhibentur. Quòd si hanc nigredinem, Solis adustioni tribuere velimus; videndum, vnde Hispanis Italisque ille corporum candor, cùm æquè distent ab Æquinoctiali cum dictis Bonæ spei incolis; hi scilicet versus Austrum, illi verò versus Boream. Qui sub Presbytero Ioanne degunt, subfusci sunt; in Zeilan & Malabar habitantes nigerrimi existunt, sub vna eademque ab Æquatore distantia, eodemque cæli parallelo. Et contrà vnde idem clima, Colchidem nempe incolentes, nigro colore, crispoque capillo describunt Herodotus & Pindarus. Indos colore atros, tamquam Æthiopes facit Herodoti Thalia: item dies hodiernus. Scio Herodotum huius caussam facere genituram, quam horum non vt cæterorum albam, sed atram esse scribit. Cui Postellum quoque succinere scio, originemq; huius maledictioni Chami tribuit. Ad quod quid dicam non habeo. fides penes auctores suos esto. Sed hoc mirari magis quis possit, in tota America nusquam nigros inueniri, præter paucos in loco *Quareca* illis dicto. Quæ ergo huius coloris caussa efficiens? an cæli, an terræ ariditas? an fortasse soli quædã incognita proprietas? an ipsorum hominũ quædam naturæ innata ratio? an omnia? Sed hæc arcanorum naturæ indagatoribus consideranda relinquimus.

Hæc regio Græcis Libya dicitur, Latinis Africa, quòd frigoris rigiditate careat: aut (si Iosepho credimus) ab Afro quodam ex Abrahæ posteris. Aliam nominis rationem habes apud Ioannem Leonem.

Insulæ huius partis nobiliores (omnes enim nomine hîc exprimere minimè necessarium videtur, cùm eas in ipsa tabula videre liceat) sunt Madagascar, & quas Canarias, item Capitis viridis vulgò vocant, tum S. Thomæ sub Æquinoctiali sita, quæ saccharo diues est.

Apud veteres nemo hanc regionem sigillatim descripsit. Sed de ea vide Iugurthinum bellum Sallustij; Hannonis Africæ circumnauigationem apud Arrianum; & Iamboli, apud Diodorum Siculum: item Melpomenen Herodoti. Barlaami narratio de Interiori Æthiopia, seu India, extat in Bibliotheca Augustana. Ex recentioribus consule Aloysium Cadamostum; Vascum de Gama; Franciscum Aluares, qui Æthiopiam perlustrauit. Sed omnium accuratissimè eam descripsit Ioannes Leo; & Ludouicus Marmolius; item Liuius Sanutus. Promittit & Ioannes Barrius Africæ volumen. De Nilo flumine totius Orbis terrarum maximo, habes litteras Ioannis Baptistæ Rhamusi, & Hieronymi Fracastorij.

Cum Priuilegio
OCEANVS ATLANTICVS
Golfo de las yeguas
Estrecho de Gibraltar
HISPANIA
MARE
Canarie insulæ, ol: Fortunatæ.
TROPICVS CANCRI
AZANAGA
GVALATA
NIGRITA
TONBVTO
GAGO
GVBER
MELLI
TEMIDAN.
DAVMA.
MELEGETE
GILOLOF.
BENIN.
Insulæ Cap. Viridis, olim Gorgades siue Hesperides
MAR DEL NORT.
AEQVINOCTIALIS CIRCVLVS.
OCEANVS LETHIO.
BRASILIAE
Rio de la plata, id est argenteus fluuius
AFRICAM GRAECI LIBYAM APP.
AFRICAE TABVLA NOVA
EDITA ANT: VERPIAE 1570.

ASIAE PARS.
REGNI PER SILE PARS
MARE DI MESENDIN olim Sinus Persicus
Ormus
Baso ra fretum
AYMAN olim Arabia felix.
MAR ROSSO, ol. Sinus Arabicus
MEDITERRANEVM.
CANDIA
CIPRO
SORIA
Damasco
Hierusalem
ARABIA DESERTA
Bagdet ol. Babilon
Balsera
Syrtus
ALGYPTVS.
BARC.
Tagulis
Meis mons
Garion
Augella
Guademez
Calbis
Berdoha
Serta
Alguechet
Asua
Zibit
Buge
Macada
Alachi
Fungi
BELLO
Suachen
Dacrut
Tiruti
Canfila
Garaga
Aada
Marsi
Dafila
DAFILA
Dangala
Nubia
Hymi
Goram
Dobaron
Canta
Giabel
Lacari
Abarach
BARNA GASSO.
Finazen
Carna
Sarabo-esun
Coquete
Chilut
Temei
Barua
Calette
Coberia
Zumeta
Dolaccia
Zuchet
Dancar
Zibit
Xael
Mecha, hic Mahometis sepulchrū visitur
Ariadan
Lasuf
Magora
Zerzen
Cubit
Cubitza
Mazira
Tre isole
Curia muria
C. Rasalgate olim Corodanum prom.
C. Fartach olim Syagrum prom.
Babelmandel fretum et insula
Abiba dal curia
Zacototera ins. ol. Dioscuriada
C. de Guardafu olim Aromata prom.
Zeila
Barbara
Mecca
Corfur
Azon
Cumare
Zazella
Moconor
Zachet
Fatigar
Zeil
Opis
Maga
Braua
Lamon
Pato
Aquate
Barcena
Dolas
Balli
Babelmelech
Adel
Vagne
Angote
Angotina
Belleguaze
Bugiana
S. Croce
Olabi
OLABI
FATIGAR
MAGADAZO
BELLEGVANZE
Fungi
Amara m.
Chedasaflan
Rex
Hic longe lateq; imperitat magnus princeps Presbiter Ioes totius Africę potentiss.
Ermita
Abiami
Baza
Cemenia
Ambiancantina
Soua
Ambadare
Betmaria
Gazzelle
Belle te
Corcora
Bacinete
Agaba
Cassumo
Dolas
Balli
Zeila
Barbara
Mecca
Corfur
Azon
Zazella
Moconor
Zachet
Fatigar
Zeil
Opis
Maga
Braua
Lamon
Pato
Aquate
Barcena
Cumare
Gazzelle
Belle te
Angote
Angotina
Belleguaze
Bugiana
S. Croce
Olabi
Aquate
Fungi
Amara m.
Chedasaflan
Rex
Hic Niger fla. per 60 mill. sub terram condit.
Amazen.
Borno lacus
Borno
Gheogan
Gaoga
Gaugara
NVBIA
Regnum olim Christiana religione imbutum; hac tempestate vix ullam religionē agnoscunt.
Amazen.
Borno
Medra
Maitagazi
Gudan
Vangue
Lac. Niger
Niger fl.
MEDRA
Damut
VAN GVE
GOYAME.
Cotla
COTLA
Azuga
Bilibrano
AMBIAN.
Ambian
Gorana
Gara
Agag
Agag
QVARA
Noua
FVNGI.
Quara
Casabele
Tacui
CAFATES.
Cazates
Zat
Zembere
Armeta
Camur
AGAG
Agag
Bassa fl.
CEFALA.
Marzazo
Quiticui
Zimbro
Ruema
Simbaoe
Buro
Cefala
Manich
Bauagul
Belugaras
Gale
Manica mons
Cumissa
Cortada
Terra de nadal
Costa dritta
Baia hermosa y pesqueria de las vacas
C. de Buona speranza
Punta primiera di nauidad
Punta de S. Maria
R. de lago
C. dos corrientes
Deserta
Deserta
Arcas mons
Calhuras
ZANZIBAR hęc pars Africę meridionalis quę veteribus incognita fuit, a Persis Arabibusq; scriptoribus vocatur.
Amazonum regio.
MOZAMBIQVE
Vellono
Mozambique
Fortan
Mozambique
Betzum
Tirut
Quiloa
Magale
S. Lazoro
Drit fl.
Gafat
Tacui
Cofa
Zebil mons
Zoare
Coyla
Gorage
Camu
S. Rafel
QVILOA
CEMEN.
Zaflan
Cemen
Oyguo
Mombaza
Bucuapa
Melinde
Pemba
Zenzibar
Isolas que hallo Vasco de Acuña
S. Francesco
Abicalo
siete hermanos
S. Michel
Adarno, alijs y de arca
Liona
Docomo
S. Spirito
S. Tudor
Cadi
Aguada di S. Antonio
Arcas
C. di S. Antonio
Baixos de Nazaret
Y. de Mascarenas
S. Apollonia
Y de Don Galopes
Baixos de pracel
Pótanan
Ilheos de S. Vincent
Manatengo
Baligo
Cacubai
Guara
Rio de turme
C. di S. Rocho
Salido
Y. de Iuan de Lisboa
Los Romeros insule
CAPRICORNI
MAGADAGASCAR.
Manasara
Matan
Hęc insula ab incolis Madagascar ab Hispanis S. Laurentij, olim Memithias Ptol. Cerne fortè Plin. dicitur.
Isolas que hallo Vasco de Acuña
S. Michel
Y. de la galera
C. del Ambar
Bema
Aguada di S. Antonio
Cadi
S. Spirito
Vigano
Sebastian
Cuipero
Bema
Cacambo mōte
Baixos de Nazaret
Y. de Mascarenas
S. Apollonia
Y de Don Galopes
50
60
70
80
90
100
110

NOVVS ORBIS.

TOTVM hoc Hemisphærium (quod America, atque ob immensam suam amplitudinem, Nouus Orbis hodie vocatur) veteribus incognitum mansisse vsque ad annum à Christo nato M.CCCC.XCII. quo primùm à Christophoro Columbo Genuensi detectum fuit, humanæ admirationis modum excedere videtur. Considerata namque cùm antiquorum in describendo terrarum Orbe diligentia, & amplissimorum Imperiorum ad perquirendas Regiones commoditate opportunitateque, tum humani generis dira atq; insatiabili auro atque argento inhiante cupidine, nihil non tentante, quò iis potiatur quibus hæ Regiones incredibili copia abundant, auro nempe & argento tam diu potuisse nostro Orbi latere, non semel mirati fuimus. Sunt qui hanc Continentem à Platone sub nomine Atlantis descriptam opinentur: ego quoque eius mentionem fieri à Plutarcho de Facie in Orbe Lunæ, sub nomine Magnæ Continentis, puto. Nonnulli Senecam Poëtico œstro percitum, præsagiisse huius inuentionem hisce fatidicis versibus, opinantur.

Venient annis
Secula seris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus, Typhisque nouos
Detegat Orbes,
Nec sit terris vltima Thyle.

Quemadmodum & illud Sibyllæ carmen, quod Iacobus Nauarchus inuentum scribit anno M.CCCCC.V. in calce Lunæ promontorij (Rochan de Sinna vulgò dictum) ad littus Oceani, quadratæ columnæ insculptum, regnante Emanuele Lusitanorum Rege:

Voluentur saxa litteris & ordine rectis,
Cùm videas Occidens Orientis opes.
Ganges, Indus, Tagus, erit mirabile visu
Merces commutabit suas vterque sibi.

Sed hoc carmen non esse antiquum, sed nostro æuo natum; neque Sibyllinum, sed commentitium; monuit (dum hanc nostri Theatri secundam editionem parabam) me Româ suis litteris Cæsar Orlandius Iurisconsultus, ex Gasparis Varrerij editis scriptis, apud quem ego hoc ipsum postea legi. & idem postea apud Amil. Resendium, in Lusitan. Antiquitatibus. Fuisse nempe tempore Emanuelis Portugalliæ Regis, curâ Hermi Caiadi Lusitani cuiusdam, marmore insculptum, eiusque iussu terra obrutum: vbi verò marmor aliquod vitium ex humore terreno fecisse iudicauerat, simulata delectationis caussa, inuitat amicos in villam suam, vbi prope hoc vaticinium scilicet latebat. Cùm igitur accubuissent omnes, ecce eius villicus nuntiat mercenarias eius operas incidisse in lapidem litteris inscriptum. Continuò omnes accurrunt, legunt, admirantur, exosculantur, & tantùm non adorant, &c. Vide ingenium ad ludificandos homines aptum. Marinæus Siculus in suo Hispaniæ Chronico scribit nummum antiquum, Augusti Cæsaris effigie insignitum, inuenum esse in aurifodinis, missumque in rei veritatem summo Pontifici, per D. Ioannem Rufum, Archiepiscopum Consentinum. crediderim ego eumdem ibidem perditum ab eadem, quæ inuenerat, gente. Iosephus à Costâ in libro de Natura Orbis, putat hanc Americam ab Indis præter sententiam vi ventorum compulsis per mare quod hodie *Del Zur* nominant, multas huius adducens rationes, primùm habitatas fuisse. Mihi autem vero similius, moto Zenorum Venetorum (quam legendam damus ad tabulam sequentem MARIS PACIFICI nempe, item SCANDIAE) historia, hanc hominum Europæorum, vt Groenlandiæ, Islandiæ, Frislandiæque insulanorum ante multa fortè sæcula præoccupasse: vt qui multo Indis propiores, neque vt tabulæ ostendunt, tam vasto & non nauigabili antiquis Oceano ab hac, vt Indi, discreti. Quid aliud quoque Norumbega (hoc tractu in Americæ regionis nomen) denotare, quis diuinauerit, innuere, quàm coloniam hic è Norvegia, quod idem siue Septemtrionali terra, olim deductam? Oceanum autem à priscis numquam nauigatum quare crediderim, dico in Thesauro nostro in OPHIR.

Tota hæc Orbis pars hodie circumnauigata est, præter eum tractum qui Septemtrionem adspicit, cuius littora nondum perlustrata sunt. A Septemtrione in Meridiem descendit sub forma duarum peninsularum, quæ tenui Isthmo discernuntur. Ea Peninsula quæ Septemtrionalior est, Nouam Hispaniam, Mexicanam prouinciam, Terram Floridam, & Terram Nouam comprehendit. Meridionalior verò (quæ terra Firma Hispanis vocatur) Peruuiam, Brasiliamque continet. Quarum omnium Regionum cognitionem legere potest Geographiæ studiosus apud Læuinum Apollonium, Petrum Martyrem Mediolanensem; Maximilianum Transsiluanum, qui Latina lingua de iis scripserunt. Plura non negligenda etiam videre licet inter Iesuitarum epistolas. item Maffeium de rebus Indicis. Promittit & Postellus Commentaria rerum Atlanticarum: idem Fredericus Furius Cæriolanus.

Hi sequentes ex professo de ea scripserunt, sed vernacula lingua omnes, quæ vt plurimùm Hispanica est; sed Italica interpretati magna ex parte etiam exstant.

PETRVS CIECVS LEGIONENSIS,
GONSALVS FERNANDVS OVIEDVS,
FERNANDVS CORTESIVS,
PETRVS ALVARADVS,
DIEGVS GODOYVS,
ALVERES NVNNIVS,
NVNNIVS GVSMANNVS,
FRANCISCVS VLLAVS,
FRANCISCVS VASQVES,
ANTONIVS MENDOZA,
FRATER MARCVS NIZZENSIS,
FERNANDVS ALARCHONIVS,
FRANCISCVS XERESIVS,
IOANNES VERAZZANVS,
AMERICVS VESPVTIVS,
FRANCISCVS LOPES DE GOMARA,
HIERONYMVS BENSONIVS, Italicè.
IACOBVS CARTIER, &
ANDREAS THEVETVS, Gallicè scripsit,
IOANNES STADENSIS, Germanicè.

AMERICAE SIVE NOVI ORBIS, NOVA DESCRIPTIO.
ANIAN.
Versus Septentrionem versus hæ regiones incognitæ adhuc sunt.
QVIVIRA.
TOLM.
TOTO.
TEAC.
MARATA.
CVLIACAN.
ASTATLAN.
HISPANIA NOVA
TERLICHICHI
ARCHIPELAGO DI SAN LAZARO.
OCCIDENS.
MAR DEL SVR, quod
Circulus Æquinoctialis.
et PACIFICVM
NOVA GVINEA. Andreas Corsalus Florent. videtur eam sub nomine Terræ Piccumacoli designare.
Insulæ Salomonis.
TERRA AVSTRALIS, SIVE MAGELLANICA HACTENVS INCOGNITA.
MERIDIE

ESTOTILANT
TERRA CORTEREALIS
SAGVENAI
CANADA
NOVA
CHILAGA
FRANCIA
NORVMBEGA
MOCOSA
CALICVAS
CAPASCHI
TAGIL
COSSA
LA FLORIDA
WINGANDEKOA
CVBA
HISPANIOLA
IVCATAN
Las Açores
Insulæ de C. Verde
ORIENS
Caribana
Tisnada
Paguana
Amazones
Picora
PERV
BRESILIA
PARANA
CHARCAS
CHILI
PATAGONES
REGIO GIGANTVM
Rio de la Plata
Golfo de S. Sebastiano
Archipelago del C. desseado
TERRA DEL FVEGO
Cum Priuilegio decennali Ab. Ortelius delineab. et excudeb. 1587.

MARE PACIFICVM
siue
DEL ZVR.

HOC MARE etsi veteribus incognitum, innominatum tamen non fuit: à Plinio enim Eoum, ab Orosio Orientale appellatur. Ptolemęus falsò SINVM MAGNVM vocar, cùm MARE MAGNVM potiùs vocasset. est enim inter omnia Orbis terrarum maria maximum atque vastissimum. Apud M. Paullum Venetum describitur sub nomine maris Cin: & apud Haithonum Armenum (quem veriùs Antonium Curchinum alibi nuncupauimus) Mare Cathai. Nominatum itaque etsi sit à Prisci medięque ætatis scriptoribus plenè tamen cognitum aut perlustratum non fuit, priusquam illud à Ferdinando Magellano, natione Lusitano, nauigatum fuerit. Viderat illud quidem, & tamquam à limine salutauerat anno 1513. Vascus Nunnius ex ora Peruuiæ regionis. Magellanus autem anno post natum Christum millesimo quingentesimo & vigesimo, superato freto à se inuento & nomine suo imposito, (quo & hactenus nominatur, Streccho de Magellanes enim omne vulgus nauticum vocat hoc mare, quod an vnquam naues viderat incertum, Herculeo planè ausu aperuit. Hic enim Moluccas insulas cogitans, ad quas ab Occidente Orientem versus nauigare Portugalenses nuper solebant; ab Oriente via compẽdiosiori versus Occidentem adire cùm statuisset, per hoc mare eas adiuit: in quarum vna Machian nomine, leui prælio cõmisso occisus, diem suum obiit. Nauigationis autem eius cursus hic fuit. Ex Hispali quinque nauibus soluens, inter quas vna sua, non sine bono omine Victoria nominata, venit ad Fortunatas (nunc Canarias) insulas: inde ad Gorgones siue Hesperidum; (aut, vt nunc appellant, de Cabo Verde) Fretumque: quo inuento atque transmisso, in hoc mare defertur: vbi dum quadraginta dies vehementi & plerumque secundo vento per altum nauigasset, nec vsquà nisi pontum, & vndique pontum, conspexisset, tropicumque Capricorni superasset, venêre in conspectum duæ insulæ, exiguæ & steriles, atque inhabitatæ. ibidem tamen quia bonam piscationem inuenêre, biduo consumpto eas reliquerunt, Infortunatasque appellauerunt. hodie Tuberonum, & S. Petri nominibus innotescunt. Ad prisinum nauigationis institutum pergit, trimestrique supra dies viginti spacio ad viginti quatuor millium leucarum itineris per hoc vastum pelagus cùm vectus fuisset, ad Æquinoctialem lineam peruenit, atque illinc ad desideratas Moluccas. Et quia, vt dictum est, plerumque vento secundo minuisque tempestuoso vsus fuerat, Pacificum hoc mare nominauit. Nunc vulgus nauticum mare Meridionale, siue Del Zur nominant. Qui historias Noui Orbis descripsere, aiunt hoc mare circa dictas insulas Infortunatas profundissimum esse, & Margaritiferum circa Peruuiæ oram: in eoque esse septena millia quadringentas & quadraginta insulas, ita vt non immeritò quidam hoc nostro sæculo eius partem versus Occasum, Archipelagum appellauere: quia hoc instar Ægæi maris (quod Cycladibus, Sporadibus, multis aliisque insulis passim sparsis repletum, & Archipelago vulgò Italico dicitur) insulis sit refertissimum. In hoc eodem maris fundo narrant Franciscus Vlloa, & Antonius Pigafetta nasci herbam quatuordecim aut quindecim brachiorum altitudinis: eminereque eandem extra eius superficiem ad altitudinem quatuor aut quinque brachiorum: adeò vt interdum non per maria, sed per viridantia prata vehi videantur. Locus quoque Aristotelis in Admirandis huic non malè conuenit, vbi scribit de Phœnicibus, qui Gadyram inhabitabant, dum extra Herculis columnas nauigassent, ad regiones quasdam applicuisse vlua algaque plenas, quæ æstibus maris rigabantur. Idem ferè Iornandes in principio Hist. Getarum, vbi scribit: Oceanum nulli licuit transfretare, quia resistente vlua impermeabilem, & nulli cognitum adserit. Sed & filuis repletum totum Orientis Oceanum, scriptum reliquere Plinius, item Antigonus ex Megasthene. Et glandiferas quercus gignere mare quod Lusitaniam alluit, auctor Polybius, apud Athenæum 7. item laurum in mari Rubro, idem lib. 4. ex Pythagora. Adde his quæ habet Theophrastus 4. Hist. Plantar. cap. 7. & 9. etiam quæ Ælianus 13. Animal. cap. 3. & Arrianus de Indicis. item Strabo 16. & Plinius 2. cap. 103. idem 6. cap. 22. & 13. cap. 25. Plutarchus in Quæstionibus Natural. & de facie in Orbe Lunæ. Fidem his faciunt quodammodo Platonis in Timæo fabulæ siue historiæ de Atlantide insula, cuius pelagus innauigabile dicit, propter limum inibi, ab absorpta in eo eadem insula relictum. De naue verò Victoria hæc pauca accipe: Nõ vanè dictum, *Conueniunt rebus nomina sæpe suis*, ostendit ista: quæ sub hoc nomine, prima nauigatione, de vniuerso Oceano sola inter tot sæcula victoriam reportauerit. Ex Hispania enim soluens per fretum Magellanicum Moluccas adiens, Bonæ spei promontorio superato, vnde venerat rediens; prima omniũ nauium & ætatum, totum circumnauigauit Orbem terrarum. Eadem secundò ex Hispania ad S. Dominici ciuitatem, denuò domum rediit: ex qua tertio in eandem insulam, at dum ex ea redire conatur, in itinere euanuit; neque de ea quid actum fuerit, vnquam resciuim. In cælum sublatam, & inter astra positam, tamquam alteram Argum credidisset non immeritò antiquitas. Neque inscitè eam laudasset summi Poëtæ fatidicus hic versus, *Alter erit iam Tiphys, & altera quæ vehat Argo.* Delinat mirari Plinius, de Paruo lini semine nasci, quod Orbem (suum) terrarum vltro citroque portet. nos nostrâ ætate, eo totum tertatum Orbem (nostrum, suo multo maiorem) circumnauigari vidimus. Nostrum, addo quod peniciùs vt intelligas lector, adi nostram primam Theatri, & primam Parergi tabulas, & describemen agnosces.

HVIC Noui Orbis historiæ hoc loco si adiecero de huius inuentione quędam haud vulgo nota, non incommodè vel absurdum me facturum duco. Omnes nostri sæculi scriptores hanc Christophoro Columbo, neque immeritò, tribuunt. Hic enim primus eum detexit quodammodo, Christianoque Orbi cognitũ reddidit, vsuque & vtilitate cõmunicauit, anno post Christum natum millesimo quadringẽtesimo nonagesimo secũdo. Reperio nihilominus eius partem Borealẽ, quà maximè versus nostram Europam, huiusque insulas Groenlandiam, Islandiam & Frislandiam se extendit, Estotilamque nominant, lustratam olim à quibusdam insulæ Frislandiæ piscatoribus, tempestate ad huius littora appulsis: & deinde circa annum millesimũ trecentesimum nonagesimumque à quodam Antonio Zeno nobili Veneto denuò recognitam: idque auspiciis Zichmi dictæ Frislandiæ regis viri illo sæculo, hocque maris tractu, magni animi, robusque bellicis & victoria celebris. De huius hac expeditione exstant Francisci Marcolini Eclogæ siue Excerptæ Italicè scriptę, ex litteris Nicolai & Antonij Zenorum, nobilium Venetorum, qui in his partibus vixere. Ex quibus hæc sequenta de huius regionis descriptione subiicio. Estotilandiam dicit omnium humano generi necessariarum rerum fertilem. In medio eius esse montem altissimum, vnde quatuor emergunt flumina, totam regionem irrigantia. Homines esse ingeniosos, atque omnis generis artium mœchanicarum peritissimos. Litteras & linguam habere propriam. In regis tamen huius bibliotheca conseruari libros aliquot Latinè scriptos, ab iis autem minimè intellectos, ibidem fortè ante aliquot annos à vicinis Europæis cum iis commercium habentibus, relictos. Habent omne genus metallorum in primis auri, quo maximè abundant. Negotiantur cum Groenlandiæ incolis: vnde pelles, picem, & sulphur adueunt. Dicunt incolæ, versus Austrum regiones esse auro diuites, & populo frequentes. Apud eas multa & vasta nemora: ex quibus illis materia fabricandarum nauium, vrbiumque; quarum & arcium ibi magnus numerus. Magnetis lapidis in nauigando vsum iis incognitum. Drogium quoque nominant quandam versus meridiem regionem, quam Anthropophagi habitant, & quibus carnes humanæ in deliciis sunt. quibus si destituantur, piscationibus, quarum his magnus vsus, viuunt. Post hanc, regiones amplas, & alterum quendam Orbem terrarum nouum; sed gentem barbaram, nude incedentem: contra frigus autem se animalium pellibus tegentem. Nullum his metalli genus: venationibus victum quærũt. Vtuntur hastis prælongis, in fronte cuspide acuminatis, arcubusque. Bellum inter se gerunt. Habent primates & leges quasdam quibus obediunt. Hinc porrò versus Africam ventum cælum magis temperatum vbi vrbes, & templa idolorum, quibus viuos homines immolant, quorum carnes postea deuorant. Hos apud auri & argenti vsus. Atque hæc de hoc terrarum tractu, ex dictis Electis in quibus hoc quoque obseruatu dignum, tunc temporis nostris Europæis naucleris magnetis lapidis ductu nauigata hæc maria. Veteriorem enim huius in nauigationibus vsum in historia cxstare non existimauerim. Atque hæc lubentiùs huic tabulæ adtexui, quòd videam neminem eorum qui Noui Orbis historiam litterarum monumentis tradidere, vllibi, ne vno verbo quidem, meminisse.

Vt melius hęc intelligas, adi huius Theatri tabulas Scandię & Ameticæ.

SED & de magnete, siue pixide nautica hæc quoque accipe. Huius inuentorem esse ciuem quendam vrbis Amalfitanæ, nomine Ioannes Goia, Flauium Campanum nominat Alex. Sardus, de Inuentoribus rerum. scribunt Itali; & confirmat Antonij Panormitani hic versiculus, *Prima dedit nautis vsum magnetis Amalphi*, hocque, anno post natum Christum millesimo trecentesimo. Est autem hæc Amalphis, Melfi vulgò, in Lucania vrbs maritima. Goropius noster huius inuentionem tribuit Cimbris siue Teutonibus nostris; ex eo persuasus, quòd 32. ventorum nomina huic pixidi inscripta, Teutonicè ab omnibus quotquot sunt naucleris qui ea vtuntur, siue Galli sint, siue Hispani, siue alterius nationis, teutonica lingua pronuntiantur. quod verum fateor, si Italos excipias. hos enim video hos ventos non nostra, sed sua lingua vernacula & scribere & proferre. Nihilominus cùm sciam omnes Europæos Oceani accolas, qui sunt Hispani, Galli, Britanni, atque Germani nostrate lingua eos nominare, in eam trahor sententiam, vt lubens credam, vti inuentũ ab Amalfitanis siue Italis, sic quoque eius vsum, idque in suo, hoc est Mediterraneo mari: ab his autem, nostratibus Belgis, in primis Brugensibus innotuisse: quorum vrbem id temporis (ante quam nempe omnia commercia in nostram essent translata Antwerpiam) celebre emporium fuisse, & ab Italis, potissimùm Venetis frequentatum, testantur hi dicti Zeni: item Petrus Quirinus, cum Christophoro Fiorauantio & Nicolao Michaëlio, qui hoc nostro Oceano fœdum illud fecere naufragium, quod typis descriptum legimus: testis quoque Aloisius Cadamostus, qui in suis Epistolis (circa ann. 1454. scriptis) tradit has Brugas esse emporium nullis Septentrionalis regionis emporiis posthabendum. Brugenses itaque huius pixidis vsum ab Italis recepisse, & ventorum nomenclaturam, ex Italico in suum vernaculum transmutasse, ab iisque cæteros dictos Oceani oram habitantes mutuò accepisse, non video quis refragari posset. De magnetis natura admirabilique operatione, multaque scitu digna, lege apud Liuium Sanutum in Africæ suæ descriptione Italica lingua Venetiis edita.

INSVLAS Salomonias quas in hac tabula circa Guinam nouam descriptas vides, Iego non ita pridem ab Aluaro Mendanio repertas, dum sua classe ex Limano portu Peruuiano soluens, per hunc immensum Oceanum nauigasset: apud Iosephum à Costa, lib. 1. cap. 17. de Natura Noui Orbis.

In China regione, Iapania aliisque insulis vicinis, messis multa Christianorum: quorum indies novæ colonię ducuntur, patribus societatis Iesu fidis operarijs.
Tartaria mites.
ASIAE PARS ORIENT
CHINAE REGNI PARS.
Xanton
Cequij
Foquiem
Isla de Plata.
Argyra hęc forte antiquorum.
Iapan ins. nuper ad Fidem Christianam conversa.
Y. de Ladrones
Las dos Hermanos
Malabrigo
Los Bolcanes
La Farfana
Quivira.
AMERICAE SEPTEMTRIONALIOR PARS.
Circulus Cancri.
Islas de Lucois.
Philippinas.
Restiga de ladrones
Los Lardinos
Y. dos Corales
Y. de los ras
Baxos de S. Bartholemeo
Y. de S. Y.
Mal luc ques
Nova Guinea, quibusdam Terra de Piccinacoli.
Insulæ Salomonis.
Nombre de Iesus.
Isola Atreguada.
Las Marias.
S. Catalina.
S. Anna.
Los Tuberones
Circulus Capricorni.
SPE ET METV.
GENIO ET INGENIO NOBILI DN. NICOLAO ROCCOXIO, PATRICIO ANTVERPIENSI, EIVSDEMQVE VRBIS SENATORI,
Abrahamus Ortelius Regiæ Mtis geographus sub. merito dedicabat.
1589.
TERRA AVSTRA
SIVE MAGELLANIC
DVM DETECTA

MARIS PACIFICI,
(quod vulgò Mar del Zur)
cum regionibus circumiacentibus, insulisque in eodem passim sparsis, novissima descriptio.
MARIS ATLANTICI,
SIVE MAR DEL NORT
PARS.
Noua Hispania.
Florida.
Bermuda.
Cuba
Spagnola
Iamaica
S. Ioan
La Trinidad.
Caribana.
Quito.
Circulus Aequinoctialis.
AMERICAE
MERIDIONA-
LIOR PARS.
Peru.
Charcas.
Chili.
Patagones.
Archipelagus insularum.
Fretum Magellanicum.
Mar del Nort.
Tierra del Fuego.
Prima ego velivolis ambivi cursibus Orbem,
Magellane novo te duce ducta freto.
Ambivi, meritoq; vocor VICTORIA: sunt mi
Vela, alæ; precium, gloria; pugna, mare.

NOVA HISPANIA.

VIT hæc Prouincia ſub Hiſpanorum imperium vi redacta, circa annum Domini 1518. duce Ferdinando Corteſio; qui eam maxima ſuorum, maiore autem incolarum pro libertate pugnantium ſtrage, expugnauit. Regio eſt argento & auro diues: flumina enim in ea quamplurima aureas arenas ferunt. Circa Oceani littora; quæſtuoſa admodum oſtreorum, quæ margaritas pariunt, piſcatio. Lacus ſalſi in ea multi ſunt, quorum aqua Solis ardore in ſal optimum concreſcit. Fertilitas magna Caſiæ fiſtulæ hîc eſt: item fructus generis, quod ipſi Cacao vernaculè appellant, eſtq; amygdalæ inſtar: quod apud ipſos magno in pretio habetur; ex eo namque potum, valde ab eis expetitum, conficiunt. Mare quod regionem alluit, & fluuij quibus irrigatur, piſcibus abundant. Crocodilos etiam flumina nutriunt, quorum carnibus veſcuntur incolæ. hoc animal his locis plerumque viginti pedum longitudinem excedit. Tractus eſt valde montoſus, & rupibus hinc inde celſiſsimis aſperrimus. Diuerſitas eſt magna linguarum his regionibus, adeò vt alter alterum citra interpretem minimè intelligat. Colonias ab Hiſpanis huc traductas habet lector in hac Tabula, primùm Compoſtellam, vbi ſedes Epiſcopalis, & Conſilium Regium. Colima item, quam Purificationis nominant. Guadalajara celeberrima, & caput Regni (nouæ Galliciæ ſcilicet.) Mechoacan, ſedes quoque Epiſcopalis. Cacatula, Ciuitas Angelorũ, metropolis & epiſcopatus. Mexico, ciuitas regalis, aut potiùs omnium Noui Orbis vrbium regina; in ripa lacus, ſiue paludis potiùs, ſita: imò ipſa vrbis area paludinoſa eſt, adeò vt ad eam non niſi per põtes aditus aut exitus pateat. Lacus huius eſt ſalſus, qui longitudine ad ſex leucas, latitudine quinque ſe diffundit. piſcibus caret, præterquam minutulis; quos vermes quis magis aptè poſſet appellare: ex quorum putredine, quæ ardoribus æſtiuis ibidem cauſatur, aër interdum inficitur, ita vt maleſana reddatur habitatio; nihilominus incolis mercatoribuſque adeò frequens eſt, vt quoduis aliud noſtri orbis emporium. ampla enim vrbs, vt quæ trium ferè leucarum itineris in ambitu habeat. lacus alter, qui huic confinis eſt, eſt dulcis, admodumq; piſcoſus. in quo etiam multa opida ſunt. ſunt etiam quamplurima in vtriuſque lacus ripa. Hæc vrbs in archiepiſcopatum erecta fuit Anno 1547. teſte Hieronymo Giraua, à Paulo III. P. M.

Cùm hæc vrbs ab Hiſpanis caperetur, erat annus quadrageſimus poſt centeſimum, ex quo eius prima iacta fuerant fundamina: eratque Montezuma id temporis eius Rex, nonus numero. mirum eam tam exiguo annorum interuallo in tantam amplitudinem magnificentiamq; excreuiſſe. Huius vrbis & territorij circumiacentis naturam, ſitum, & ritus, ſi quis penitiùs cognoſcere deſiderat, Ferdinandi Corteſij Narrationes adeat. exſtant in volumine Nouus Orbis inſcripto; & in voluminibus nauigationum, Italica lingua Venetijs excuſis: ſed in primis Ioannem Gonſalem, qui huius ampliſsimam habet deſcriptionem, in ſuo de China regione libelſulo.

Guachuchules gentes, nudę incedunt, sub dio habitant, venationibus tantum intenti
Tepecuanes gens fera, et sine legibus.
Coringa, provincia
Xurute provincia
Cuanos gens fera
Chiapoli provincia
Tarosci hic habitant
Terra incognita, et montibus asperrima
Las monjas
Insula deserta
Insulę desertę
Mechoacan paludes
Antropophagi sunt, qui his montibus habitant.
Tecoalium provincia, gentes indomitę
Guaxacatecus provincia montasa
Compostella
Xalisco portus
In palude Mechoacan,
1. Capotitlan.
2. Amaçcula.
3. Mezcacula.
4. Tepucuacan.
Teconiorum provincia
Tecaxquines, populi
Argenti et aeris fodinae.
CHAPALICVM MARE
Lacus aquę calidę
Lacus salsus
Macquantarum piscatio
Portus S. Antonij
Portus Natiuitatis
Portus S. Jacobi
Sinus
OCCIDENS.
1. Tecomatlan.
2. Tanquchi.
3. Xenacatlan.
4. Aguacapan.
5. Stiuacantepec.
6. Tecymachan.
7. Comala.
8. Tecostitlan.
9. Coquimatlan.
a. Coxamatlan.
b. Epatlan.
c. Almacingo.
d. Marocon.
e. Gualoxo.
f. Cuytlan.
Magnus.
MER
Lectori, Partium longitudinis huius tabulæ initium non sumitur Ptolemaico more ab insulis Canarijs, versus Orientem, sed à Toletano Hispaniensis meridiano, Occidentem versus.
110
109
108
107
106

HISPANIAE NOVAE SIVÆ MAGNAE, RECENS ET VERA DESCRIPTIO. 1579.
Cum Imp. et Reg. Mtis. priuilegio decennali.
EMTRIO.
Deserta regio, et gens siluestris, animalium carnes putrefactas et sole semicoctas in deliciis habens. Bella inter se, ob messem et fructuum collectiones, sepius gerunt.
Chichimicas gens, passim vagans sub dio vitam degens.
Monasterium fratrum minorum S. Michael
Queretaro
Magalia Hispanorum
ORIENS.
Mexico
Mexuacan, siue Tarascorum prouincia
MECHOACAN.
SACATVLA.
Coatalpanecas
Ayotecos M.
Notularum circa Mexico explanatio.
a. Escalpucolco.
b. Tucuba.
c. Istapalapa.
d. Xunaloaco.
e. Teutitlan.
f. Gueytitlan.
g. Mexicalcingo.
h. Culiacan.
i. Catlavaca.
k. Nuisquique.
l. Cinarantepec.
m. Xiquipico.
n. Ocellotepec.
o. Vcicilapa.
p. Mimiapa.
q. Tecayuca.
r. Chalcontengo.
s. Tapalcapan.
t. Tisquiquiac.
u. Xilocingo.
x. Chiconantla.
y. Techeistlan.
z. Caltoca.

CVLIACANA PROVINCIA.

CVLIACANA hæc regio pars est regni Nouæ Galiciæ. Inuenta fuit Caroli V. Imp. auspiciis, anno trigesimo post millesimum & quingentesimum. Vna tantùm Hispanica colonia hoc tractu est, quæ S. Michaëlis nomen gerit. Opidula plura sunt ab incolis constructa, quæ omnia ante Hispanorum in hanc prouinciam aduentum sui iuris erant; nulli Regi aut Principi obedientia. Regio vtcumque rerum necessariarum fertilis est. Ex montibus argentum in magna copia effoditur. Incolæ bellis & latrociniis dediti. piscationibus vt plurimum dant operam qui maritima tenent: qui autem interiora habitant, venationibus vitæ præsidia quærunt. Nudi incedunt, verendis tantùm panniculo ex gossipio conflato coopertis. Varia inter eos linguarum idiomata sunt. Sub dio ferè dormiunt. Gens pauperrima est.

CVBA, ET SPAGNIOLA.

INSVLA Cuba, sic ab incolis dicta, etiam Fernandina & Ioanna ab Hispanis vocata fuit: item Alpha & O, si Petro Martyri creditur. Eius longitudo ab Occidente in Orientem extenditur ad trecenta milliaria, aut potiùs leucas Hispanicas; quindecim & alicubi viginti habet in latitudine. Territorium est montibus asperum, sed auri & optimi æris diues: Rubiam, quam pharmacopolæ tinctorum cognominant, quòd tingendis lanis & coriis apta sit, copiosè producit. Nemoribus densis, & fluminibus paludibusq. dulcium aquarum vbique amœnum: etsi etiam stagna habeat salsedine à natura infecta. Nemora porcos & boues maxima abundatia nutriunt: flumina auri arenas interdum exhibent. Sex habet colonias Hispanorum: quarum primaria est, quæ S. Iacobi nominatur; vbi Episcopi sedes. Hauana autem totius insulæ emporium est, & nauale. Duas res admiratione dignas in hac insula describit Gonzalus Ouetanus: vnam, connallem quandam inter duos montes ad duo aut tria milliaria Hispanica deductam; (campum lapideum veteres, vti in Narbonensi Gallia, hunc vocassent;) quæ lapideos globos producit tanto numero, vt quis multas inde naues onerare possit. atque à natura adeò ad sphæricam formam rotundos factos, vt nihil circino possit ab artifice fieri rotundius. Alteram, montem esse non procul à mari, vnde bitumen siue picis genus emanat, tantamque eius copiam effundit, vt ad mare vsque euoluatur, eique innatet, longissimeque inde secundùm vndarum fluxum, aut ventorũ flatum diffluat. Hoc bitumen nauibus oppicãdis valde idoneum aiunt.

SPAGNIOLA huic versus Orientem vicina est. Hæc à primis habitatoribus Quisquæia, postea Haiti, deinde Cipanga dicta fuit. Hispani verò eam Spagniolam, & S. Dominici à primaria eius vrbe appellant. Circuitus huius est 350. leucarum. insula est facchari ditissima, habetq. multas aurifodinas. Mirum est quod referunt de quodam animali, insecti generis, in hac insula valde frequenti; Cucuio incolæ nominant, magnitudine articulum digiti ferè æquat: quatuorque habet alas; duas valde exiles, alteras duas maiores atque duras, quibus exiliores cooperiat. hoc de nocte, vti apud nos cicindelæ aut lampyrides, lucet; vis eius luminis non tantùm in oculis est, ignium modo stellantibus, sed quoque in lateribus, itaque vt volantes hiatu pennarum magis quàm quiescentes refulgeant. Huius animalis naturæ benignitate quoduis cubiculum obscurissima etiam nocte adeò illuminari tradunt, vt legere quis in eo & scribere sine alterius luminis alicuius ope rectissimè queat. item si quis horum vnum manibus ferat, tamquam ardentem facem vel laternam baiulans, ceteris eum sequentibus viam noctu præmonstrat. Lucem eorundem animalculorum numero augeri, ita vt plures paucis idem maiori præstent claritate, referunt. Qui harum insularum prolixiorem descriptionem desiderat, adeat Hieronymi Benzoni Orbis noui descriptionem; Petri Martyris Decades de nuper repertis insulis; & ceteros noui Orbis scriptores.

Sciat lector, Auctorem Anonymum, qui hanc Culiacanam regionem, et has insulas perlustrauit, et descripsit: regionum longitudines non ut Ptolemeus, aliqq; solent; à Fortunacis insulis, versus Orientem sumsisse: sed à Toleto Hispaniæ vmbilico, Occidentem, ex eclypsibus ab ipsomet obseruatis deprehendisse.
OCCIDENS.
SEPTEM
SINVS

SINVS FLORIDAE.
Terræ Floridæ pars.
Bahama.
Haraco.
Bimini.
Negua
Ciquateo.
Caryhdis magna
Roques.
Scopuli
Insule dicte testudines.
Insula arenarum
Tropicus Cancri
OCCIDENS.
Hauana.
Cuba insula.
S. Xpi.
Porcus principis.
Ysabella
Albay bonio.
S. Iacobi.
Baracca.
Cuspis Cotoix
Yucatan.
Insulæ Mulierum
Insula Cucumel.
Cayman Magnus.
Caymanes.
Seuilla.
Iamaica.
Oristan.
La Yagua
Aity,
SINVS YVCATAN
Vipera.
Cueruo.
Serrana.
Seranilla.
HISPANIOLAE, CVBA
RVM CIRCVMIACIE

CVLIACANAE, AMERICAE REGIONIS, DESCRIPTIO.
Cum Imp. et Regio privilegio decennali. 1579.
Palmetum
Tropicus Cancri
Nouae Galitiae pars.
ORIENS
SINVS MAGNVS.
Bermuda
Anegada
Sombrero
Virgines
Anguilla
S. Benedicti
Barbada
S. Christophori
Saba
Estazia
Niues
Rotunda
Guadalupe
Dominica
Martinino
S. Iois insula
S. Germani
S. Ioannis
Porcus riccus
C. Roxo
Sancta Crux
Abium insula
SINVS CAREBVM
ORIENS
ALIARVMQVE INSVLA-
TIVM, DELINEATIO

PERVVIA.

PARS Americæ Meridionalis ab Hiſpanis diuiditur in quinque regiones, quæ ſunt Caſtella aurea, (vt vocant,) Popaianum, Peruuia, Chila, & Braſilia. Peruuiam olim latiùs ſe extendiſſe ante Hiſpanorum in eam aduentum, quum ſub Ingarum imperio eſſet, ſcribunt Giraua & alij quidam. Nunc eam inter Quito, qua Boream adſpicit; & Plata, ſiue Villa Argentea, à parte Meridionali, conſtringunt. Nomen accepiſſe ſcribunt à flumine & portu Peru dicto. Hanc hodie diuidunt in tres partes, ſecundùm regionis ſitum; in Sierras, Andes, & planitiem. Planam vocant maritimam partem: Sierras montanam: & Andes quæ eſt vltra montes, verſus Orientem.

Primaria huius regionis Peruuiæ vrbs eſt Lima, ſiue Regum, vbi regia ſedes, & Cancellaria totius regni. Eſtque hîc archiepiſcopalis cathedra. Habetque ſub ſe has vrbes epiſcopales, Quito, Cuſco, Guamanga, Arequipa, Pax, Plata, Trugillo, Guanuco, Chachapoia, Portus vetus, Guaiaquil, Popaian, Carchi, S. Michaëlis, & S. Franciſci.

Auri ditiſsimam inter omnes totius Orbis regiones eſſe, arguunt inter multa, hæc pauca. Scribit Franciſcus Xereſius, in Cuſco ædes fuiſſe, cuius area, parietes, & tectum, vndique aureis laminis erant inductæ. Tradit Giraua, incolas Anzermæ prouinciæ, ab imo calcaneo ad ceruicem, auro ad prœlia armari: loricas, thoraces, tibialia, omnia ex auro fabricari. Idem auctor eſt, circa Quito auri ſodinas eſſe, vnde plus auri quàm terræ effodiatur. Qui hiſtoriam Atabalipæ regis, litteris tradidere, in eo conſentiunt, eum Hiſpanis pro ſua redemptione obtuliſſe tãtum auri, quantum locus, quo ipſe captiuus detinebatur, capere poſſet. Erat hic viginti duos pedes longus, ſeptemdecim largus: hunc implere promittebat in eam altitudinem, qua ipſe erecto brachio vltimo digito pertingere poſſet, aut ſi mallent (audi quoque regionis inexhauſti argentivim) eandem bis argento, ad ſummum vſque tectum replere. Hiſpanos, quum primùm hanc regionem occupaſſent, equorum ſoleas ex auro & argento formaſſe, litterarum quoque monumentis conſtat.

Ab Ingis (quæ vox, Regem aut Supremum ſignificat) olim hæc regio gubernabatur, quorum hanc ſeriem apud Diegum ſiue Iacobum Fernandem inuenio. Primus fuit MANGO CAPA. Hunc Peruuiani ab homine ſatum negant, ſed ex petra quadam, quæ circa Cuſcum oſtenditur, procreatum credunt. Hic ex vxore Mama Guaco filium ſuſtulit, nomine SICHEROCA. Patre hic bellicoſior, vicinos multos populos ſubiugauit, & imperij limites promouit. Ex Mama Cura vxore hæredem reliquit LOCVCO PANGVE, Ingam tertium. Hic parta à patre tueri, quàm nouis imperium augere, maluit. Admodum decrepitus, duxerat vxorem Mamam Anauerque, quæ illi filium & ſucceſſorem produxit, quem MAYTA CAPA nominant. Hic Cuſcum prouinciam ſuo regno adiecit. Ex coniuge Mama Yacchidela, filium nomine CAPAC YVPANGVE genuit, ſed nihil memoria dignum fecit. Filium reliquit ex matre Mama Cagna, quem INGA RVCA vocant. Sed neque hic aliquid dignum relatu in vita egit, præterquam quòd matrimonio ſibi copulauerat Mamam Micay: ex qua illi multi ſunt filij nati, inter quos vnus, nomine Yaguar guacinga Iupangue; de quo hanc narrant hiſtoriolam: Puer trimeſtris ætate, ſurreptus fuit à quodam Cacique, vt eum occiderent. inter conſultandum autem an eum interimerent, nec ne, accidit vt huic inſanti lacrymando guttæ ex oculis ſanguineæ effluerent: quod iſti prodigij loco interpretantes, de eo interficiendo ſuperſedere. Interea temporis à quodam alio repertus, & patri reſtitutus, adoleuit in virum ſtrenuum & admodum militarem, ita vt ſibi quàm plurimos populos circumuicinos ſubiecerit. Coniunxitque ſibi matrimonio Mamam Chiquiam, ex qua filium primogenitum vidit VIRA COCHAM, & hic illi in imperio ſucceſsit, auxitque id non paruo incremento. Poſt hunc regnauit PACHACOTI eius filius, natus ex coniuge Mama Yunto Cayan. Hic omnes ſuos prædeceſſores in re bellica anteiuit, ita vt victoriâ ſuperauerit plurimas gentes. Hic arcis Cuſconicæ prima iecit fundamenta. Moriens reliquit poſt ſe hæredem TOPA INGA YVPANGVE, filium ex vxore Mama Anabarque, qui non tantum arcem à patre inchoatã abſoluerit; ſed patris gloriæ imitator aliquot regna, vti ſunt Chila & Quito, vicinis ademerit, imperioque ſuo adiunxerit. Vias illas regias, toti orbi admirandas, primus ſtrauit, ab Cuſco nempe, Charcas & Chilam vſque; quibus paſsim diſpoſitis Chaſquis (poſtas vocant noſtrates) magnum fecit huius itineris compendium: horum enim beneficio, centum & viginti leucarum interuallum, trium dierum ſpatio emetiebatur, idque (res noſtris auribus ſtupenda) expedito pedite. (nullum namque his regionibus iumentum, ante Hiſpanorum aduentum, viſum incolis vmquam erat.) Moriens reliquit filios vltra centum & quinquaginta. GVAYNA CAPA autem, quem ex Mama Oclo coniuge genuerat, hæredem conſtituit. Hic etſi patrem habuerit magnanimum, & rebus pace belloque eximium, egregiis tamen hunc rebus geſtis, multis paraſangis poſt ſe reliquit. Multo enim vlteriùs regni Peruuiani fines promouit. Rempublicam in meliorem formam redegit, legesque multas emendauit, nonnullas de integro ſanxit. Duxerat vxorem Coyam Pilico Vaco; ex qua cùm nullam ſuſciperet prolem, alias multas ſuperinduxit; ex quibus, numero filiorum, patrem non tantùm æquauerit, ſed & ſuperauerit. Inter quos primus natu erat GVASCAR, cuius mater vocabatur Raua Oclo. Idem alium habuit nomine ATABALIPA. Inter hos duos fratres cùm nonnihil diſsidij ortum de regni adminiſtratione eſſet, & Atabalipa in Caſſamalca, Guaſcar verò in Cuſco commorabatur: Atabalipa, educto in fratrem exercitu, ſuperior factus, eum capit, captiuumque Cuſcum perduxit, vbi & poſtea ab eodem interemtus, & ille poſtea ab Hiſpanis exuſtus fuit. Hunc finem ſortiti duo fratres. Rerum habenas accepit MANGO Inga tertius frater, (habuit enim dictus Guayna Capa

MARE DEL NORT.
AVREA REGIO.
AMAZONVM REGIO.
Rio de las Amazones.
MARE DEL SVR.
Aequinoctialis circulus.
Tropicus Capricorni.
Longitudo huius regionis habet initium a meridiano Toletano, in Hispania.
Hæ insulæ primum detectæ fuere a° 1574.
PERVVIAE AVRIFERÆ REGIONIS TYPVS.
Didaco Mendecio auctore.

SEPTEMTRIO.
Cum Priuilegio.
LA FLORIDA.
Auctore Hieron. Chiaues.
OCCIDENS.
ORIENS.
Canal de Bahama
Rio de las Palmas
Rio Escondido
Costa Bara
Circulus
Cancri
Tortugas
Martyres
Bimini
Abaco
Lucayomas
Bahama
Chalaqua
Cafaqui
Cacelachegue
Aymay
Chuchia
Chagne
Chillano
Xualatino
Ayx
Quigara
Tasscalisa
Achusi
Cosse
Vibahaly
Xuaqule
Guaxuti
Canaiy
Nisoona
Lucane
Rio del Sitano
Rio de Canaueral
Rio de Flores
Rio de Nieves
Rio de S. Maria
Rio de S. Iosph.
Rio Seco
Rio del Oro
Rio de Perdidos
C. de Corrientes
C. Deseado
Mananias
Cabaos
Gruesso
Cañaveral
Rio de Cortes
Rio de Lonte
Rio de Canoas
Rio de Cortes
Rio de Santa Cruz
Rio de Santa Cruz
Rio de Santa Cruz

pa plures vxores, filiosque.) Hic moriens filium hæredem instituit XAIREM TOPAM Ingam, qui duxit in vxorem Coyam Cuxi Varcay Guascaris filiam. Hic, priusquam diademate imperiali coronaretur, nomen mutauit, vocauitque se MANGO CAPA PACHVTI YVPANGVE. Sed hic se subdidit Regi Philippo, factusque eius vassallus. Hocque factum 1557. Ian. 6. ipso die trium Regum. Promisit de his Ingis, eorumque rebus gestis, Petrus Cieza peculiare volumen: an dederit, ignoro. Atque hactenus de regibus. Nunc de gentis natura genioque addam quædam, ex tribus fide dignis oculatisque testibus. Hieronymus Benzonius Mediolanensis multis annis his regionibus versatus, in libello suo noui Orbis Pio IV. P. M. dedicato, scribit huius Peruinæ incolas acriore atque solertiore à natura ingenio esse dotatos, quàm quilibet alij Indi ab Hispanis deuicti. Et idem alio in loco de iisdem: audi hæc verba, In animum inducere non possum vt credam quod nonnulli de iis referunt, nempe furto deditos esse, ac minima furta legibus eorum suspendij pœna coërceri. Quis credat autem eos furari, quando neque auari sint, neque diuites, nihilque vilius ducant quàm argentum & aurum? quibusque si habere libitum esset, liceret quantum vellent è fodinis, velut aquam è fonte, nullo impediente petere. nisi fortè furari didicerunt ab Hispanis qui eas terras coloniis occuparunt, &c. Bartholomæus Casauus Hispanus Dominici ordinis & Chiapæ (huius Noui Orbis regiæ vrbis) Episcopus, in eo volumine quod inscripsit Indiarum Destructionem, direxitque ad regem nostrum Philippum; vocat gentem pacificam, humilem, mansuetam, neminemque offendentem. & alio in loco, simplicem, apertam, sine malitia, obedientissimam fidelissimamque erga principes suos naturales non tantùm, sed & quibus subsunt Christianis. & si qui alij in Orbe terrarum, ingeniis quietos, minimè rixosos, tumultuantes, aut vindictæ auidos. F. Iodocus de Rijcke Mechiliniensis D. Francisci ordinis, qui primus sui ordinis monasterium exstruxit in Quito, huius regionis vrbe, in litteris, quas dedit ex eadem, ad Guardianum sui ordinis Antuerpiæ, hæc legimus de iisdem, Omnes hi naturales fidem fitiunt, & quamquam barbari sint & sine litteris, attamen natura monstrauit ipsis regimen & consuetudines peroptimas. Inter ipsos pauper non inueniebatur, quamquam omnes pauperes sunt in victu & vestitu. Et paulo post, Apud hos tanta iustitia inueniebatur & rectitudo viuendi, quòd excedunt in rectitudine, regimine, & modo viuendi, illis qui libris & litteris abundant. Idem in alia epistola ad fratres sui ordinis in Flandria, Gens est ingeniosa, audax, & bellicosa, magnam spem de se præbens facilis ad religionem Christianam conuersionis, nisi ab eadem Hispanorum auaritia deterreantur. Has litteras typis editas non puto: ipsorum autem autographorum pro sua humanitate & erga studia nostra fauore, copiam nobis fecit V. CL. Dn. Hadrianus Marselarius Patricius Antverpiensis: illi ex linea materna cognatus. Meminere huius dicti F. Iodoci etiam in suis historis Indicis, Hieronymus Benzonius supradictus, item Petrus Cieza Hispanus.

FLORIDA.

PARS Americæ Septemtrionalis hæc est. Nomen Floridæ, i longa, accepit, à Paschatis festo, quem Hispani Pascha Florida vocant, quòd eo die ad eam primi appulerint, adinuenerintque, anno nempe salutis humani generis duodecimo supra sesquimillesimum, ductore (vt apud Girauam lego) Ioanne Poncio Legionense. Theuetus (sui similis) scribit ita nũcupatam, quod tota viridis esset & florida. Ab incolis autem Iaquasa vocabatur. Coloniam inducere in hanc regionem non semel tentarunt Galli: sed hactenus non potuere, inuitis Hispanis, qui eos inde toties eiecerũt. Gens quæ eam incolit, barbara est, sordida, & inhumana. Vescitur araneis, formicis, lacertis, serpentibus, ceterisque id genus venenatis & insectis. Ipsa regio satis est fructifera, etiam auri diues. De hac regione hæc sequentia ad me Iacobus Colius Ortelianus, nepos meus, ex teste, vt scribit, oculato. Incolæ sunt fusci coloris: regiæ autem vxores arte quadam nigrescunt. Regis est vnicuique vxorem dare, seu vendere potiùs. Si in adulterio vxor deprehendatur, arbori per diem dorso adligata, exsertis brachiis, & disiunctis cruribus, virgis interdum cæsa, pœnas dat. Mulier, tertia postquam peperit hora, infantem ad amnem lauandum portat. Nulla illis securis, vel ligo, nisi lapideus. Vice aratri sunt illis asseres, quibus terram aperiunt, seminantque frumentũ vulgò Turcicum, quod bis tẽrue in anno maturam frugem præbet. Habent item phaseolos, &c. Seminant Maio, Iunio, & Iulio; & quodlibet post sex hebdomadas maturum semen refert. Lege de hac regione librum editum à Iacobo Monacho Morgueto.

GVASTECANA.

EST hæc Americæ Septemtrionalis regio, & Nouæ Hispaniæ pars. Incolæ huius sunt pauperes. Circa maris littus, & fluminum ripas, ex piscationibus vt plurimum viuunt; interiùs autem ex semine, mays dicto. Gens est aliàs satis humana. Hispani in eam duas colonias duxere. Alteram quæ Panuco dicitur, à flumine prætereunte: alteram S. Iacobi à Vallibus. Haud procul à Panuco, iuxta Tamatao opidum, mons visitur, in quo duo fontes, quorum alter picem nigerrimam effundit; alter rubeam, sed valde feruentem.

BRITANNICAE INSVLAE.

A insula quæ hodie duo Regna, Anglicum nempe & Scoticum, continet, cum Hibernia illi ab Occidente opposita, & insulis circumiacentibus, vt sunt Orcades, Mona, Vectis, & cæteræ, à Veteribus communi olim vocabulo Britannicæ appellatæ fuerũt; nomine vti videtur sumpto ab earum maxima, quam singulariter Britanniam dixere. Idque ab eius genuino & antiquissimo autochthonum vocabulo Prydain, vt Humfredus noster auctor est. Hanc etiam Albionem, ab Albione Neptuni filio ibidẽ regnante, aut, vt aliis placet, ab albis rupibus, quæ circa littus sunt, vocarunt. Hanc amplitudine alterius pænè Orbis nomen mereri scribit Solinus. Reginam insularum nominat Matthæus Parisius. Hæc hodie vulgò duobus, Angliæ nempe & Scotiæ, nominibus cognita est: duoque regna in se comprehendit; quæ Tueda & Solueo fluminibus, ac monte Cheuiota discriminantur. Olim in Lhœgriam, Cambriam, & Albaniam diuidebatur. Postea verò cùm esset sub imperio Romanorum, hi eam in tres prouincias distinxerunt, Ruso teste; apud quem sunt Maxima Cæsariensis, Flauia, Prima & Secunda. Ammianus verò Valentiæ etiam meminit. Quinque inhabitari populis scribit Galfridus Monumethensis, Britannis scilicet, Romanis, Pictis, Scotis, & Saxonibus. Sed quia has insulas & earum partes seorsum sequentibus tabulis damus, in quibus de ijs denuo dicendum nobis erit, plura de ijs hoc loco scribere superlsedebimus. Vnius tamen viri peregrini Atheniensis de hac Britannia historiam adiicere iuuat; qui est Laonicus Chalcondylas, qui ante annos plus minùs centum in Athenarum vrbe degens, hæc de ea tradidit; quæ si vera an falsa sint, lectorum iudicio relinquimus. In ijs quæ verè & veritati consentanea scribit, mirabimur viri tam longè hinc disiti diligentiam. Vbi verò à veritate aberrauerit (quemadmodum proculdubio absurda, & à natura regionis alienissima quædam refert) docemur non semper esse vera quæ à quolibet de quibusuis narrantur, aut litteris traduntur. Hunc igitur per eius interpretem Conradum Clauserum audiamus:

BRITANNIA & insulæ tres sunt è Regione Flandriæ, longè lateque Oceanum occupantes. Vna sita est eò loci, vbi maris inundatio siue æstuarium conspicitur. Reliquæ tres sunt vbi aquæ in gurgitem conuersæ reuertuntur. Rectiùs quis dixerit, istas insulas vnam esse; quoniam vna exsistens, & ad eandem sese extendens, iisdem legibus, & moribus iisdem gubernatur; & vni subiecta magistratui, qui, quæ sibi vtilia sunt, prospicit. Insulæ huius ambitus continet quinque maximè millia stadiorum. Eam tenet gens populosa & fortis. Habet vrbes magnas, & opibus florentes, nec non vicos quamplurimos. Rex eam gentem imperio temperat. Londras Regni metropolis & sedes habetur. Sunt in ista regione Principatus non pauci, qui obtemperant Regi, non secus ac in Gallia fieri suprà memorauimus. Nec quisquam Rex facilè his principatum eripuerit; nec etiam præter suas consuetudines statutaque Regi obsequi tenentur. Ea insula plurimas calamitates experta est, gerens inimicitias cum multis Principibus, cum Rege quoque inimicitias suscipiens, & intestinis seditionibus interdum laborans. Profert regio ista vinum nullibi, nec etiam reliquorum fructuum admodum fertilis est. Frumenti autem & hordei & mellis, lanæque plurima est affluentia, adeò vt his longè reliquis regionibus vberior sit. plurimas itaque vestes contexunt. Lingua vtuntur propemodum peculiari, qua nec Germanos, nec Gallos, nel alios finitimos populos referunt. Quotidiano vitæ vsu, moribus quoque & victu nihil à Gallis discrepant. parua ipsis vxorum liberorumque cura est. Itaque per vniuersam insulam hic mos seruatur, quando quis amici domum vocatus ingrediatur, vt primùm cum amici vxore concumbat, vt deinde benignè hospitio excipiatur. In peregrinationibus quoque mutuò vtuntur vxoribus amici. Eadem consuetudine obseruatur * Phrantalorum regione ibi maritima, vsque ad Germaniam. Nec probrosum ducunt, vxores & filias in hunc modum imprægnari. Metropolis eius insulæ viris opibusque potentia reliquas vrbes antecedit, diuitiis quoque & reliqua felicitate omnes vrbes Occidentem spectantes facilè superat: fortitudine & virtute bellica ea gens melior finitimis, & aliis plurimis Occidentis populis censetur. Quantum ad armorum habitum attinet, scuta Italica, & gladios Græcos gestant. Missilibus vtuntur oblongis, adeò vt plerumque ea stantes in terram defigant. Flumen istam vrbem alluit magnum & rapidum, quod in Gallicum mare effunditur ab vrbe stadiis decẽ & ducentis; ibique restagnat adeò, vt facilè nauibus hinc ad vrbem accedere liceat. Et sanè aqua refluit ægrè in fluuium adscendens propter vrbis obiectum, fluens per gurgitẽ, qui est in regione maritima Gegeutiæ. Vbi autem aqua in insula se receperit in gurgitem, naues in sicco destitui constat, exspectantes donec inundatio aquarum solita redeat. Inundatio aquæ excrescit, vbi plurimùm, ad cubitos regios quindecim; vbi verò minimùm, ad vndecim cubitorum mensuram augescit. Nocte igitur & die recedentes, postea remeant aquæ. Luna cùm fuerit in medio cælo horizontis nostri, & eius qui subter terrã est, in cõtrarium motum aquæ discedunt. Hæc hactenus quasi per transennam à longè prospexit, vt ita dicam, Laonicus. De his Britannicis insulis præter veteres, vti sunt Tacitus & Cæsar, vide Henricum Huntingdaniensem, Polydorum, Ioannem Maiorem; Iouium; Gregorium Lilium; Robertum Cænalem Perioche 2. de re Gallica 3. Ant. Sabellicum Enn. 10. lib. 5. Gulielmum Paradinum; Galfredum Monomuthensem; Ponticum Virunium; & Bedam: sed in primis Britanniam Camdeni; quam postquam legeris, vidisse putaueris.

Flandrorũ fortè.

OCEANVS VERGIVIVS
Sorlinges
OCEANVS BRITANNICVS
MARE HIBERNICVM
OCEANVS
PICARDIE
Desmownde
Blacke roche
Corn
Deuon
Wallis
Hereford
Chester
Lancaster
Oxon
Hunting
Lincoln
Norfolke
Suffolke
Cambrige
Essex
Middlesex
Hertford
Bedford
Buckingham
Northampton
Warwick
Leicester
Rutland
Nottingham
Derby
Stafford
Salop
Worcester
Gloucester
Wiltshire
Hampton
Berck
Sussex
Kent
Southrey
Surrey
Sussex
Cantebrige
Eborac
Holdernes
Agland
Ananley
Leyne
Ster
Mare
Miliaria

ANGLIAE, SCOTIAE, ET HIBERNIAE, SIVE BRITANNICAR: INSVLARVM DESCRIPTIO.
OCEANVS
Hebrides insulę.
DEVCALIDO:
NIVS
Orcades insulę
NI:
CVS
GERMA:
Britannia omnium insularum Occidentis & Septentrionis maxima & potentiss. est: cuius potiorem hodie partem Angliam vocamus, ab Anglis videlicet Saxonum gente, quę sub Valentiniano eam ingressa, tenuit. Hęc veteribus Albion dicebatur, ad differentiam, quum reliquę oēs eò tractu Britannicę dicebantur. Ab Occasu vicinam habet Hiberniam, hodie Irlandiam appellatam; & regibus Anglię subditam.
Cum privilegio

SCOTIA.

SCOTIA, Septemtrionalior Britannicæ insulæ pars, quæ antiquo vocabulo Albania, & ab incolis auitàm linguam retinentibus (quos agrestes vocant, & interiorem regionem habitant) Albayn etiamnum appellatur, olim à Romanis Britanniam Minorem, & secundam dictam fuisse, ex Sexto Rufo Lhuydus colligit. Hæc regio Grampio monte aspero & informi (cuius Tacitus meminit) bifariam diuiditur. Is enim à Germanici maris littore ad ostia Deæ fluminis, latera Aberdoniæ abluentis, per mediam Scotiam in Hibernicum mare tendens, ad lacum Lomundum sistitur. Hic mons olim Pictorum Scotorumque regni ferè limes erat.

Scotia multo quàm Anglia montosior est, & sterilior: sed passim habet portus, & aditus marinis aquis pertios. Sic enim maris Oceani brachia hanc scindunt, vt nulla domus in ea sit, vt Ioannes Maior testis est, quæ ab aqua maris salsa vltra viginti leucas distet. In vallibus sunt lacus, paludes, fluuij, fontesque plenissimi piscibus. In ipsis montibus habet æquatam agri planitiem, pecoris pabulum vbertim suppeditantem, siluasque feris plurimùm abundantes. Quorum illa locorum commoditatibus etiam sustentata, minùs vnquam deuinci potuit; cùm ad siluas & paludes præstò vbique gẽtium sit profugium, & ad famem tolerandam ferinæ carnis atque piscium pastus.

Plurima habet hæc Scotia miranda, quorum partem ex Hectore Boëtho colleginus. In Gallouidia lacus est Myrtoun dictus, cuius vna pars aliarum aquarum more gelu hyeme concrescit; altera nullis frigoribus congelari potest. Sunt in Caricta regione iugentis magnitudinis boues, quorum caro tenera suauisque esui est; ceterùm pingue numquam concrescit, sed olei liquidi instar semper fluens. Oceanus huius littora alluens, diues est ostreis, halecibus, congris, conchis, aliisque id genus piscibus maximè sexatilibus. In Coyl prouincia haud plus decem millibus passuum ab Aër oppido, saxum est duodecim vix pedes altum, extensum 33. cubitorum spissitudine, haud immeritò ab incolis Surdum appellatum. Nam quantumuis ingentem strepitum, sonitumque, vel etiam bombarda edas ab vno latere, ex aduerso haud exaudiri queat, nisi quàm remotissimè abiis, tum enim sonus facilè percipitur. In Lennos, quæ Ptolemæo Lelgouia dicitur, lacus est longè maximus, *Loumond* vernaculè dictus; supra 24. miliaria in longitudinem extensus, octo in latitudinem. Triginta insulas complectitur, quarum pleræque vicis frequentibus habitatæ templa sacellaque Diuis dicata habent. Tria in hoc memoratu digna reperiuntur. Nam pisces illic esui humano suaues pinnis carent. Lacus interdum nullo flante vento ita immensè concitatur, vt vel audacissimos nautas, quo minùs soluant, deterreat. Vnde vento cessante naues medio cursu correptæ, cum maximo discrimine iactantur; & nisi portus quispiam fortè propinquus adsit, plerumque euertuntur. Denique est insula quædam grogibus armentisque pascendis vber, sed quæ natans fluctuansque quò venti impellant, huc illuc feratur. Constans fama est, lapidem in Argadia nasci, qui si paulo diutiùs stramentis stupisve supponatur, incendium faciat. Ad Slanis (castelli nomen est in Buthquhania) antrum est admirandæ naturæ. Aqua enim in id instillans tractu temporis in candidissimum conuertitur lapidem; ac nisi certo annorum curriculo eximerentur, olim iam oppletum illis fuisset. Nullus in hac regione mus maior conspicitur; nec si importetur, vitam illic ducere potest. In Fifa regione effoditur ingenti numero lapis niger, faciendo igni supra modum accommodus. Ad ostium Fortheæ fluminis in medio mari altissimus scopulus est, ex cuius summitate fons aquæ dulcis largissimè admirando naturæ miraculo scaturit. Ab Edinburgo plus minùs duobus passuum millibus, fons, cui olei guttæ innatant, scaturit, ea vi, vt si nihil inde collegeris, nihilo plus confluat, quantumuis autem abstuleris, nihilo minus remaneat. Valet hoc oleum contra varias cutis scabrities. Hactenus de his. Habet Scotia in regione Drisdalia aurifodinam, in qua etiam id quod vulgò Lazurum dicitur, inuenitur. Habet & ferri, & plumbi quoq. mineras.

Incolæ qui cis Grampium montem Meridionalem partem habitant, sunt bene morati, & humaniores; lingua vtuntur Anglica. Qui alteram partem Septemtrionem versus accollunt, genus hominum aspetum ac longè durissimum est. Silluestres dicuntur: hi sago & interiori tunica Hibernico more, tincto croco amiciuntur, nudisque genu tibiis incedunt. Arma sunt, arcus & sagittæ, cum ense admodum lato. Pugionem ex vno latere tantùm acutum sub zona semper ferunt. Hi lingua Hibernica omnes vtuntur. Sicque duplex est in Scotia lingua, & mores gemini. Hos altæ terræ viros, reliquos (siluestres nempe) imæ terræ viros vocamus, inquit Maior Scotus.

Scotiæ vrbium prima est Edinburgum, Regia sedes, vbi castellum est Puellatum cognominatum, multoties auctorum testimoniis celebratum. S. Andreæ, in quo vniuersitas, & Abredonia altera Vniuersitas. Est insuper Glasguensis vrbs, Archiepiscopalis sedes. Et Perth oppidum, quod S. Ioannis villa vulgò dicitur, solum inter Scotiæ villas muro cinctum. Caledoniæ siluæ (cuius Ptolemæus aliisque meminerunt) vix reliquiæ hodie supersunt; nominis duntaxat vestigia apud Sterlingium oppidum exstant. Hæc de Scotia quæ Regni titulo decoratur: nunc de insulis circumiacentibus, & ad hoc regnum pertinentibus.

Hebrides magnitudine & numero primas tenent. Boëthus 43. esse ait; sed hic Monam cum iis ponit, quæ non Scotico regno subiecta est; sed Regi Angliæ obedit; neque hanc à veteribus inter Hebrides nominari putauerim. Hebridum prima est Arana, (quæ & Botha) Helau, & Rothesa. Non procul ab his Aliza, auibus Solandis abundans; maiorum anatum genus id est. Maxima omnium & nominatissima Ila est, frumenti ferax, & metalli diues. Mox cumbra, Mulaque, Iuxta has Iona est, Regum sepulturis insignis. Deinde Leuissa. Omnium autem postrema est Hirtha, polarem habens eleuationem 63. gradus. Hæc earum nomina sunt apud Boëthum. Ioannes Maior Scotus nominat earum Argylam, Araneam, Awynam, Butham, siue Rothsayam, Lesiuoram. In his insulis sunt anseres, illis Clakis dicti (Bernacas eas vocat Sil. Gyraldus) quos Boëthus ex mari & lignis putrefactis prouenire affirmat; & non ex arboribus nasci, vt vulgus scriptorum prodit. Etenim, inquit, si lignum in id mare proiicias, temporis tractu primùm in eo vermes excauato ligno nascuntur, qui sensim enatis capite pedibusque atque alis, plumas postremò edunt, demum anseribus magnitudine æquales, cùm ad iustam peruenerint quantitatem, cælum petunt, auium reliquarum more, remigio alarum per aëra delati. Post Hebrides proximæ sunt Orchades, quarum præstantissima Pomonia, Episcopali ac templo augustissimo, tum duobus munitissimis castellis insignis. Zelandiam vnam earum quoque nominat Ioannes Maior, quinquaginta mille passibus in longum exporrectam. Nulla in eis arbor est, nullum triticum, exundantibus, alioqui cæteris frumentorum generibus. Serpens aut animal venenosum nullum gignit. Butyrum sale conditum in Scotia venenut. Incolæ cùm abundantia hordei potentissimum conficiant potum, & omnium mortalium sint bibacissimi, nullum tamen in eis vnquam ebrium, aut mente alienatum, nullum amentem aut stolidum visum esse, auctor est Boëthus. Idem de Scetlandicis tradit; sed hoc de his minùs mirum, quibus nempe potus aqua est. Hotum Scetlandorum opes vniuersæ in piscibus arefactis, ac tergoribus arimantium. In Hebridibus Hibernica lingua vtuntur; in Orcadibus verò Gothica. M. Iordanus in sua Daniæ tabula ait Orcades Danorum Regibus subesse, cùm tamen has Regni Scotiæ sub Ducatus titulo sciamus, Sed vide quæ de his scribimus ad Daniæ tabulam. De Scotia & insulis vicinis, lege plura apud hos quos superiùs citauimus, Hectorem Boëthum, & Ioannem Maiorem, & Ioannem Lessæum, Scotos.

Miliaria Scotica.
10 20 30 40 50 60
HIBERNIAE PARS
In lacu Lomundo,
1. Horryn
2. Morayn
3. Brekwel
4. Weg
5. Roody
6. Brake.
Hebrides insulę, q
Beda Meuan
Ila.
Mula
Iona
Knapdayll.
Lorna.
Loqua
Bread: albayn.
Arga: dia.
Arren
Dunbreton Fyrth
Gallo:
Cari.
Lennos
Stather n.
Eusdalia
Comber: land.
Solwey fyrth
Cheuiota mons
ANGLIAE PARS.
Northumberland.
MARIS
The fyrth æstuarium.
MERIDIES

SCO-
TIÆ TA-
BVLA.
Oceanus Deucalidonius.
SEPTENTRIO.
ORCADES INSVLAE
The iles of Orknay.
Leuis.
Hæbudes
Skye.
Strat-
na
hern
Beane
Rossen.
Suder land
Cat-
hnes
Mayuelande
Hoy.
Vararis æstus.
Murray fyrth.
GERMANICI PARS
ORIENS.
Cum Priuilegio.

ANGLIA.

ALBIONIS insulæ pars Meridionalior, quam vulgus Latinum & exteri ferè omnes Angliam vocãt, ab indigenis non vno nomine appellatur; idque etiam diuersimodè. in duas enim regiones eam diuidunt. Pars eius quæ Orientẽ, & mare Germanicum spectat, ab indigenis Anglis Saxonum populis, qui eam occuparunt, sua lingua Angliam vel England (quasi Anglorum terram) indigetant. Occidentalior verò pars, quæ ab hac, Sabrina & Dea fluminibus discernitur, & Britannica auitaque lingua vtitur, Wallia, vel Walles, à prædictis Anglis nominatur. Hi verò Britanni se ipsos antiquo vocabulo Cambros, & regionem Cambriam; Anglos verò Saissons, quasi Saxones, & regionem veteri nomine Lhœgriam dicunt; nec quid sit Anglia, aut Anglus, norunt. tanta est in horum insulanorum lingua diuersitas.

Tota hæc Anglia, aut, vt meliùs dicam, Lhœgria & Cambria, proprio gaudet Rege, cui multi eius regionis Duces, Comites, Principesque obediunt. Regio est quocumque anni tempore temperatissima. Cælum crassum, in quo facilè nubes, imbres, ventique coguntur, atque eo minus frigoris æstusque, propter ipsius cæli densitatem. Compertum namque est, etsi Brabantia, Flandria, cisnarinisque regionibus sit Septemtrionalior, numquam tamen ibi, vti his locis, tanto gelu sæuire hiemes. Colles passim multi, nullis arboribus consiti, nullisque aquarum fontibus irrigui, qui herbam tenuissimam atque breuissimam producunt, quæ tamen abundè ouibus pabulum suppeditat: per eos ouium greges candidissimi vagantur, quæ siue cæli, seu bonitate terræ, mollia & longè omnium aliarum tenuissima ferunt vellera. Et quia hæc regio neque lupos, neque vlla animalia rapacia nutrit, videre licet ouium greges interdiu noctuque passim errare per montes & valles, perque agros compascuos ad pascendum communiter relictos, aut per fundos, quos post collectos fructus, consuetudine quadam peruetusta, vicinus quisque communes habet ad alendum pecus. Hoc vellus verè aureum est, in quo potissimùm insulanorum diuitiæ consistunt; nam magna auri atque argenti copia à negotiatoribus, eiusmodi in primis coëmendæ mercis gratia, in insulam quotannis vndique apportatur, ibique perpetuò manet; quia aliò terratum referri, omnibus lege vetitum est. Omni etiam pecudum genere abundat, præter asinos, mulos, camelos, & elephantos. Canum genus nullibi gentium maius ferociusque.

Habet solum fœcundum frugiferumque, vtpote quod absque frumentis & leguminibus, cuiusq. generis materiam producit, præter abietem, &, vt Cæsar ait, fagum; nunc tamen est passim fagus quoque. Semper virens laurus nusquam his Septemtrionalibus regionibus feliciùs prouenit. Tanta hîc Rosmarini vbique copia, vt hortos indesepiant. At vinum non habent, cùm vitis apud hos rarò maturescit, & in hortis magis vmbræ quàm fructus causa colitur. Nusquam gentium maior cornicum multitudo; genus auium ibi maleficum: non enim modò maturas fruges deuorat, sed cùm nascuntur, rostro semen euellit, sic vt agricolis necesse sit per id tempus pueros locare per aruos cum arcubus (quando voce humana non deterrentur) qui eas abigant.

Oceanus qui insulam alluit, omnis generis piscium copia redundat; inter quos Lucius est, quem Pike vernacula lingua appellant, qui apud illos magno in pretio habetur, eoque eum interdum ex palustri aqua in viuaria transferũt; vbi nidore illo opido purgatus, anguillis minutisque piscículis pastus, mirandũ in modũ pinguescit. Hic (quod mirari quis debeat) in piscario foro viuus cùm vendi debeat, si opus sit, ei cultro vẽter aperitur, vt illud pingue quod habet ostẽdatur; at si minùs vẽdatur, eo tamen vulnere affectus haud moritur, quippe plaga filo insuitur, ac statim pòst in viuario tincarum glutinoso cõtactu sanatur. Sed Ostrea nec alibi delicatiora, nec plura.

Fert item aurum, argentum, cuprum, ferrum, sed eius exigua copia; plumbum nigrum, & plumbum album, id est stannum, in suo genere optimum, in magna abundantia hîc effoditur, & ad exteras gentes affertur.

Gens procera statura, venusta & candida facie est, cæsijs vt plurimum oculis, & vt sono linguæ Italis persimiles, ita corporum habitu ac moribus ab illis pænè nihil discrepant. Vestimento non multum absimili Gallico vtuntur. Feminæ niueo candore, insigniqué forma, quam longè decentissimo vestitu honestant. Victus maxima pars in carne consistit. Cereuisia, quam ex hordeo cõficiunt, in vsu est, potus certè cùm vtilis, tum iucundus; vt qui valde in Belgicis etiam regionibus expetitur, & inuehitur. In prandiis ac cœnis hilarè, nitidè, lepidè atque amplitet viuunt. Bello sunt intrepidi, optimi sagittarij, ac in militia moræ haud multum patientes; & idcirco, vbi ad arma ventum est, statim de omnibus fortunis alterius partis dimicatur, quia omnia victorem sequuntur. Sed neque arces ædificant: quin olim conditas, vetustateque ruentes, minùs sarciendas curant. Vrbes habent atque oppida egregia, frequentesque pagos, & villas magnificas. Primaria vrbs, emporium, & Regia sedes Londinum est, ad flumen Tamesim sita; põte lapideo viginti pilis, fornicibus iunctis, spectatissima. Supra hũc pontem vtrimque domus sunt ita positæ, vt perpetuus fermè vicus, nõ pons videatur. Hæc de cæli & terræ, gẽtisque natura & moribus, quæ ferè ex Polydori Angliẹ Chronico cõcinnauimus: is enim accuratè hãc insulã descripsit. Apud Anglos hæc infrà dicta spectabilia esse, docet his versiculus: *Mons, & fons, & pons, ecclesia, femina, lana.*

HIBERNIA insula huic etiam regno paret, & aliæ minores, vti sunt Vectis, Menauia, Mona, Druydum olim sedes, quam Angli Angliseam vocant: & quas hodie Sorlingas appellant. Grenezaia & Gerzaia insulæ, etsi situ propiùs ad Galliam accedere videntur, Anglici iuris tamen eas esse constat. Hanc Angliam, eiusque antiquitatem, tam singulari diligentia descripsit Humfredus Lhuidus, vt ceteri scriptores hallucinasse in ea describenda videantur. hunc secutus est Alexander Neuyllius in libello suo, Noruicus inscripto. De veterum Britannorum moribus & legibus scripsit Commentarium Daniel Rogersius, cognatus meus. Idem de Romanorum in Britannia imperio præ manibus habet.

SEPTE
OCEANVS DEV
CALIDONIVS
CANTIRE
ARREN
SCOTIAE
PARS
NEDISDALIA
ANANDIA
GALLOWAY
MAN
MARE
HIBERNI
PARS
HIBER
NICVM
Christo:
phorus
Saxton
descri:
bebat.
1579.
Dublyn
Cambay
Carlingford
Wexford
ANGLESEY
MONTGOMER
CARDIGAN
CAERMARTHIN
BRECKNOR
GLAMORGAN
DEVONIA
CORNVBIA
Excester
Sorlinges Insule
The gulfe
OCE
OCCIDENS
MER

ANGLIA,
REGNVM
si quod aliud in
toto Oceano ditis:
simum et flo:
rentissimum.
OCEA
NVS
GERMA
NICVS
ORIENS.
Scala miliarium.
Le pas de Calais
GAL
LIAE
SARS
VECTIS
Insula
BRITANNICVS.
NORTHVMBRIA
DVNELMENSIS
EBORACVM
LINCOLNIA
NORFOLCIA
SVFFOLCIA
HVNTINGDONIA
CANTABRIGIA
LECESTRIA
WARWIC
HAMPTONIA
OXONIVM
BVCKING
HARTFORDIA
ESSEXIA
MIDDLESEXIA
BERCERIA
WILTONIA
SOVTHAMPTONIA
SVRRIA
CANTIVM
SOVTHSEXIA
GLOCESTRIA
STAFFORDIA
DERBIA
Newcast
Norwich
Cambridge
Huntington
Colchester
Canterburye
Cheichester
Winchester
Newport
Calais
Bologne

CAMBRIA,

SIVE

VVALLIA.

HIVS Cambriæ hanc enarrationem, ex Humfredi amici nostri fragmento, quod non ita nuper Birckmannis euulgandum dedimus, Geographiæ studiosis concinnauimus. Hæc tertia (inquit) pars Britanniæ est, quæ à Lhoëgria (aut si mauis Anglia) Sabrina & Dea fluminibus separatur; omni alia ex parte Oceano Vergiuio siue Hibernico cingitur. Nomen habet à Cambro, tertio Bruti filio. Hanc incolæ Cymbri, Angli verò Walliam siue Walles vocant. Hæc sola pars huius Britannicæ Insulæ suis antiquissimis incolis gaudet, vt qui gnesij Britanni sunt; auitaque Britannica lingua vtuntur, & Anglici sermonis (qui ex Saxonico aliisque conflatus est) prorsus ignari. Hanc Cambriam hodie in tres regiones diuidunt; in Venedotiam nempe, Pouisiam, & Dehenbarthiam. Sub Venedotia etiam Mona insula, à veteribus celebrata, & pro antiqua Druidum sede cognita, comprehenditur. Incolæ Anglos victu & vestitu imitantur; & cùm sint laboris impatientes, atque nimium de nobilitate generis gloriantes, Regis & Nobilium famulitio potiùs, quàm manuariis artibus, seipsos dedunt. Vnde fit vt paucos per totam Angliam inuenias Nobiles, quorum famulitij, qua in re Angli omnes gentes superant, magna pars non sit de Cambria oriunda; nam homines lacticiniis maximè educati, agilibus & bene cõpactis corporibus ad omnia munia agenda aptissimi sunt. Præterea animis cùm sint elatioribus, & in summa paupertate nobilitatem generis agnoscentes, cultui corporum (vt Hispani) magis quàm diuitiis aut gulæ dediti, aulicosque mores citissimè discentes, ab ipsa nobilitate Anglica suis Anglis præferuntur. Nuper tamen vrbes habitare, artes mechanicas discere, mercaturam exercere, terram optimè colere, reliquaque omnia munia publica obire non secus ac Angli solent: hac tamen in re eos vincentes, quòd nullus sit adeò pauper, quin liberos suos aliquo tempore scholæ ad litteras discendas tradat: & qui studio proficiunt, in Academias mittentes, Iuri ciuili pro maiori parte operam dare compellunt. Vnde euenit, vt maior pars eorum, qui in hoc Regno Ius ciuile aut Pontificium profitentur, Cambri natione sint. Paucos etiam ex rudiori populo inuenias qui legere & scribere proprium sermonem, citharamque suo more pulsare nesciant. Nunc etiam & Sacra Scriptura, & preces Ecclesiasticæ in hac lingua (quam auitam retinent; alia prorsus ab Anglicana) impressæ habentur. Et quemadmodum olim gens (vt Tacitus refert) iniuriarum impatientissima, continuis pugnis & homicidiis inter se digladiabatur; ita nunc ob legum metum, quibus optimè obediunt, supra omnes gentes, litibus & controuersiis inter se, vsque ad omnium bonorum consumptionem, contendunt. Hucusque hæc pauca ex Humfredo, ad quem auidiorem lectorem relegamus. Descripsit hanc regionem peculiari libello Sylvester Gyraldus Cambrensis. Vide quoque eiusdem Itinerarium Wallicum. Plura de huius regionis natura, incolarumque genio, cap. 5. lib. 2. Guilielmi Neubrigensis. Possunt his adiungi quæ apud Polydorum, & Robertum Cænalem in Perioche 11. libri secundi de re Gallica sunt.

Cedit hæc Cambria, aut (vt Anglis appellatur) Wallia (vt hoc parergi loco adiiciam) ex veteri instituto, Regis Angliæ filio primogenito; ei scilicet, qui Regi in imperio successurus est; diciturque à primo natiuitatis die, Princeps Walliæ; idque eadem significatione, qua in Hispania & Lusitania Principem dicunt, & in Gallia Delphinum.

Scribit Galfridus Monumuthensis, in his Walliarum partibus, prope Sabrinam fluuium, Stagnum esse, quod accolæ Linligunam vocant. id, inquit, cùm in ipsum mare fluctuat, in modũ voraginis recipitur, sorbendoque fluctus nullatenus repletur, vt riparum marginem operiat. at dum mare decrescit, instar montis eructat absorptas aquas, quibus demum ripas tegit & adspergit. Interim si gens totius patriæ illius aduersa facie propè stetaret, recepta intra vestes vndarum adspergine, vel vix vel nunquam elabi valeret, quin à Stagno voraretur. Tergo autem verso, non est irroratio timenda, etiam si in ripis adstaret. De Mona insula habes Humfredi epistolam ad calcem huius libri. De eadem Io. Lelandus quoque in Genethliaco Eduardi Cambriæ Principis, ita:

Hæc ab Anglis vi occupata, Anglesey dici cœpit, id est, Anglorum insula. Polydorus Virgilius, vir « cùm magna lectione, tum iudicio in rebus plurimis singulari, aliter sentit. contendit miris modis ex « Meuania Monam facere. Si nomen, quod vel adhuc retinet; si vrbs, quæ è regione sita est, vnde & no- « men Aruone pro Armone habet; si traiectus breuissimus quidem ille, cuius & Romani scriptores me- « minerunt; si Penmona promontorium, quæ dictio caput Monæ significat; si arborum ingentes trunci, « ac radices sabulo obtectæ, quæ latè per Monæ littora eruuntur; si abietes miræ longitudinis, in vligino- « sis campis passim sub terra inuentæ, non satis probant eam olim Monam fuisse, quæ nunc Angleley vo- « catur: nihil amplius in præsentia dicam, nisi quòd decimo quarto apud Tacitum libro hæc legerim: Ex- « cisique luci sæuis superstitionibus sacri, &c. Idem Lelandus alibi de eadem Insula his versibus: «

Insula Romanis Mona non incognita bellis,
Quondam terra ferax nemorum, nunc indiga siluæ,
Sed Venetis tantum cereali munere præstans,
Mater vt à vulgo Cambrorum iure vocetur, &c.

CAMBRIAE TYPVS
Auctore
HVMFREDO LHVYDO
Denbigiense Cambrobritano.
HIBERNIAE PARS
Dublin.
Mona insula. L.
Anglesey. A.
Mon. B.
VERGIVIVM SIVE HIBERNICVM MARE
MOR WERIDH, Britannis,
THE YRISHE OCEANE, Anglis.
L. A. B. litterę, vocabulis adiectę, notant illud esse Latinum, Anglicum, aut Britannicum, quod est incolarum.
Scala Miliarium Anglicorum.
OCCIDENS.
Lhyn.
Cere: tica
Deme: tia.
DE HEN
Rossia
Cantremaur.
Gwhyr.
Arfonia

Aliquod Regionum huius tractus synonyma, prout Latine, Britannice & A
Ceretica, L
Ceredigion B
Cardigan, A.
Demetia, L
Dyfet,
Westwales,
Cambria, L
Cambry B.
Wales A
Venedotia, L.
Gwynedbia, B.
Northwales,
Pouisi L
Po B
Lyrpol.
Waringthon
Cilguri. B.
Wirral. A.
Igenia. L.
Tegengil. B.
Ros
Cangi populi
Rhy fonliac
y Berfe du lad.
Cargurle
Maylor
Chirck.
Gwayn.
DOTIA.
Ber wyn.
Tanat flu.
Shrau den.
Sabrina flu.
Trelhin B.
Vrioconium. L.
Vroxcestre. A.
olim celebris.
Caurs
Ceri
Arwysdh.
Cedewen.
VI SIA.
Melienydh
Kingthon. A.
Lentardin
Wigmore
Ynton.
Troge.
Elfel.
Brecheinoc.
Euas.
Rei nuc.
ARTIA.
Aberhodni B.
Breknoke. A.
Gwent.
Siluria.
Raglan
Striguilia. L.
Castelh Guent. B.
Caerleon. B.
Castel newydh
Neuport
Tredegyr
Cardyf. A.
Cardiff. B.
Wenlock
Clydbery.
Tynbury
Clistou
Bromyard.
Acton
Credley
Vpton
Mauern
Ledburi
Rosse
Dymoke
Haxley
Dean
Neunam
Claudia, & Glowernia L.
Caer Glofi, et Caer Loyw. B.
Glocestre, A.
Darna sylua.
Dean forest.
Cum Pri
Sabrinae Aestus Ptol.
Caer oder
Brighest
ORIENS.

HIBERNIA.

RLANDIAM quæ Latinis Græcisque scriptoribus Hibernia, aliis Iuerna, nonnullis Ierna dicta, Incolæ Eryn vocant. Inde exteti ex Anglorum ore, qui secundam vocalem eodem sono quo ceteræ nationes tertiam pronunciant, Iryslandt, & postea per contractionem Irlande fecisse, verisimile est: Eryn enim, & landt, Anglosaxonibus, omnibúsque Germanis nihil aliud, quàm Regio aut terra, Eryn, significat. Ex quo Latinorum Irlandiam constatam esse, quis dubitat? (Incolitur, teste Orosio, à Scotis) Hanc insulam peculiari volumine delcripsit aute quadringentos plus minùs annos Sylueslter Gyraldus Cambrensis. Sed quia hic libri typis non exstat, coûque in paucorum manibus sit, ex eo tantum, quantum hæc nostra pagina ferre poterit, studiosis hic communicabimus, non minimam apud eos iuiurutos gratiam nobis persuadentes. Hæc ergo apud eum habentur:

Hibernia, post Britanniam insularum maxima, collateralem habet Britanniam maiorem ab Oriente; solum Oceanum ab Occidente, ab Aquilonari verò parte tuum dierum velifico cursu Borealium insularum maxima Islandia iacet. Britannia duplo ferè in quantitate Hiberniam excedit. Cùm enim vtriusque longitudo ab Austro in Boream extensa iacet, illa p.ccc.millia passuum in longum, circiter verò duo millia in latum habet; ista verò à Brendanicis montibus vsque Columbinam, quæ Thorach dicitur, insulam, octo dierum magnis & Hiberniciis, 40. fcilicet milliarium excursibus, in longu prorenditur. Numerus Cantaredorum omnium Hiberniæ est 176. Dicitur autem Cantaredus compositus & vulgari vocabulo, tam Britannica, quàm Hibernica lingua tanta terræ portio, quanta centum villas continere solet.

Hibernia quidem terra inæqualis est, & montuosa, mollis & aquosa, silueſtris & paludosa. In summis & aëreorum arduotúmque montium verticibus stagna reperies & paludes; planities tamen habet per loca pulcherrimas, fed relpectu situarum modicas. Gleba præpingui, vberique frugum prouentu felix terra est. Pecore mottes, nemora feris abundant, pascuis tamen quàm frugibus, gramine quàm grano fœcundior est insula. Tritici namque gtana contracta sunt hic & minuta, & vix alicuius vanni beneficio purganda. Quod vel gignit, æstas nutrit, vix in messe pluuialis aquositas colligi permittit. Æolicis namque flatibus, & pluuialibus inundationibus præ aliis terris hæc exuberat. Melle & lacte diues est insula. Solinus & Isodorus eam apibus carere assetunt; sed salua ipsorum venia, circumspectius è diuerso scripsisset, vineis eam carere, & apum expertem non esse. Vineis enim semper caruit & caret insula. Apes quidem, sicut aliæ regiones, hæc mellificas baber. In maiori tamen, vt arbitror, copia scatutirent, si non venenosas & amaras, quibus silueſcit insula, fugerent examina taxos.

Fluminibus egregiis scilicet & rigatur insula, quorum nomina hæc sunt: *Auenlissus*, Dubel perfluens; *Boandus*, per Mediam; *Banna*, per Vltoniam; per Connachiam, *Lunnus*, & *Mouiolus*, per Kenelcunillam, Slichcjam, & Samairam; *Modarnus* verò & *Furnus*, per Keneleoniam. Sunt & alia plurima, quorum quædam ex terræ penetralibus intiguisque fontium venis enuersa, alia verò subirò è stagnis erupta, illustres inlulam per partes longis excursibus disterminant, & distinguunt. De sub pede montis Bladinæ tres nobiles fluuij nascuntur, qui tres sorores dicuntur, quia trium sororum nomina sunt sortiti, *Berna* scilicet, per Lechliniam; *Eogrus*, per Ossiriam; *Suyrus*, per Archfinam & Trebacciam; & apud VVaterford in mare descendunt. Slana verò, per VVeiseforde; Boandus, per Mediam; Auenmorus Lismoriensis, & Sinnenus Lunirieensis. Inter omnia verò flumina Hiberniæ non immeritò principatum Sinnenus obtinet, tam quantitatis fuæ maie stare, longisque terratum excursibus, quàm fœcundissima piscositate. Oritur namque ex lacu quodam maximo & pulcherrimo, qui Connachiam Momoniàmque disterminat: duoque brachia ad oppositas mundi partes expandit, vno namque versus Austrum ciuitatem Killelonensem lateraliter permeans, Limiciclumque complectens, centò mque hinc milliaribus & amplius duas ab inuicem Momonias distinguens, Brendanicum in mare se effundens: altero verò nec minore, Mediam & vlteriores Vltomeræ partes à Connachia diuidens, multis varisque meatibus in Oceanum tandem mergitur Borealem. Quatram igitur & Occidentalem insulæ partem à tribus aliis, tamquam mediterraneum flumen, à mari vsque ad mare separat & secernit. In quinque enim portiones ferè æquales antiquitus hæc Regio diuisa fuit, has lcilicet, Momoniam duplicem, Borealem, & Australem; Lagemeram, Vltomeram, & Connachiam.

Lacus quoque plurimos hæc terra profert. Marinis piscibus per omnia latera satis abundant maritima. Flumina & lacus suis sibi innatis fœcunda sunt piscibus, & præcipuè generibus tribus, Salmonibus, & turttis, anguillíque lutosis. Murænisque oculolis Synnenus abundat. Sed desunt generosi aliarum regionum & dulcis aquæ pisces: lucij videlicet, pertiæ, gobiones, & omnes ferè qui non ex marinis fluctibus originem trahunt. Habent autem econtrà stagna terræ istius trium piscium genera, quæ nusquam alibi repetuntur. Sunt enim turttis longiores & rotuudiores, albis carnibus consertis & lapidis, vnetris persimiles, nisi quòd capite degenerant grossiore. Sunt & alij marinis halecibus, tam forma & quantitate, quàm colore & sapore, simillimi. Sunt & terrij, turttis, nisi quòd maculis caterat, pet omnia similes. Hæc autem tria geneta piscium in æstate tantùm, & numquam in hieme compatant. In Media prupe Foneram sunt tres lacus ab inuicem non remoti, quorum quiliber piscium istorum suum genus continet; ad quem nimquam alij pisces accedunt, licet tamen fluminis intetlabentis beneficio vias commeabiles habeant; quinimo si piscis vnius ad lacum alterius deferatur, aut emoritur, aut ad priorem redit.

Hæc Falcones, accipitres, & nisos, præ aliis regionibus copiosè prodocuit. Aquilarum quoque non minor hîc copia, quàm alibi miluorum. In tanta verò numerositate se gruens ingerunt, vt vno in grege centum frequenter inuenias. Sunt & aues hic mulræ quæ bernaræ vocantur, quas mirum in modum contra naturam natura producit, anatibus quidem palustribus similes, sed minores. Ex lignis namque abiernis, per æquora deuolutis, primo quasi gummi nascuntur, deinde ramquam ab alga ligno coërcente conchylibus restis ad libetiotem formationem inclusæ, per rostra dependent. Et sic quousque processu temporis firmam plumarum vestituram indutæ, vel in aquas decidunt, vel in aëris libertatem volatu se transferunt. Vidi multoties oculis meis plusquam minuta huiusmodi auium corpuscula in littore maris ab vno ligno dependentia, testis inclusa, & iam formata. Non ex harum coltu, vt assolet, oua gignuntur; non auis in earum procreatione vmquam ouis incubat. Vode & in quibusdam Hiberniæ partibus aubus istis, tamquam non carneis, quia de carne non natis; ieiuniorum tempore vesci solent. Aues quoque biformis naturæ, quas autifrisios vocant, sunt hic mulræ, aquila quidem minores, accipitre maiores, quibus alterum pedem vnguibus armatum, apertum & rapacem; alteum verò claulum, pacificum, solique natatui idoneum, naturæ ludentis opera confulit admiranda. Sunt & auiculæ quas martinetas vocant, merula minores, in modum cotutnicum curtæ, sed albo ventre nigrò que dorso degenerant. Mirum de his auiculis, quia si mottuæ in sicco loco seruentur, putrescere nelciunt; & inter vestes aliásve res locatæ, eas indemnes à rinea conseruant. Et longè stupore dignius est; mortuæ quoque in sicco suspensæ, ieditiuna plumarum tenouatione singulis annis immutantur. In Boreali Hiberniæ parte cigni abundant. Ciconiæ verò per totam insulam tarissimæ sunt, & illæ nigræ. Desunt perdices, phasiani, picæ, & philomelæ.

Ferarum quoque cunctas ferè species continet. Habet enim ceruos præ nimia pinguedine minùs fugere præualentes; quantòque minores sunt corporum quantitate, tanto præcellentius efferuntur cornuum dignitate. Aprorum nusquam tertarum tantam copiam vidimus. Sunt & lepores multi. Sed omnium animalium, ferarum, & autium corpora, hîc quàm alibi suo in genere minora reperies. Est & taxus, & mustela. Sed caret capris, damis, & ericiis. Talpæ nullæ, vel tarissimæ: sed mures infinitissimi. Lupum & vulpem habet: sed omnibus venenosis caret. Habet tamé araneas, & lacertas, sed prorsus innocuas. Tertæmotus hic numquam. Vix semel in anno tonitruum audies.

Nunc ad ea quæ digna stupore Natura in his terrarum finibus reposuit. Est lacus in Momonia Boreali, duas continens insulas: vnam maiorem, & alteram minorem: maior ecclesiam, minor capellam habet. In maiorem numquam femina, vel feminet sexus animal aliquod intrare potuit, quin statim moreretur. Probatum est hoc multories per canes, cattos, aliáque sexus illius animalia. In minori verò nemo vmquam mortuus fuit, vel morte naturali mori potuit. Est lacus in Vlronia continens insulam bipartitam, cuius altera pars probatæ religionis Ecclesiam habens, spectabilis valde & amœna. Pars altera hispidanimis & hotribilis, solis dæmoniis dicitur assignata. Pars ista nouem in se foueas habet, in quarum aliqua si quis fortè pernoctauerit, à maligusis spiritibus statim arripitur, & nocte tota tam grauibus pœnis cruciatur, vt mane facto, vix vel minimæ spiritus superstitis reliquiæ miſero in corpore reperiantur. Hic autem locus Purgatorium Patrieij ab incolis vocatur. Est fons in Momonia, cuius aquis si quis abluitur, statim canus efficitur. Vidi hominem cuius pars barbæ limphis istis lota, canis ineandueratat, altera parte tota in sua natura fusca remanente. Est contrà fons in Vltonia vlteriore, quo si quis abluitur, non canescit. Est in Connachia fons dulcis aquæ in vertice montis excelsi, qui die naturali bis vndis deficiens, & toties exubetans, marinas imitatur instabilitates. Est fons in vlteriore & Boreali Vltoniæ parte, qui ob numiam sui frigiditatem ligna imposita per septennij spatium in lapidem obdurat. Est in Connachia hæc quoque fons solis hominibus acceptabilis; tumeuris verò, aliisque animalibus pestilens. Est fons in Momonia, qui si tactus ab honinne fuerit, statim tota prouincia pluuia inundabit.

Gens huius insulæ Ianeis tentitur vtuntur nigris, (quia terræ istius oues nigræ sunt) & barbato riut compositis. Capuriis modicis assueti sunt, cubito tenus protensis. Sellis equitando non vtuntur, non oteis, non calcaribus; virga tamen, in superiori parte camerata, tam equos excitant, quàm ad eursus intitant. Frenis quidem vtuntur tam chami quàm freni vice fungentibus, quibus & equi semper berbis assueti, ad pabula nequaquam impediuntur. Nudi & inermes ad bella procedunt. Tribus tamen vtuntur armorum generibus, lanceis longis, iaculis, & securibus. Gens agrestis, inhospitalis: summas reputant deliciias labore carere, & summas diuitias libertate gaudere. In Musicis solùm instrumentis commendabilem inuenio gentis istius diligentiam. Hæc summarim hinc inde ex Gyraldi historia excerpsimus, obseruato eius elocutionis stilo. Quæ apud Henricum Hantingdoniensem, Polydorum, Guilielmũ Neubrigensem, Ioannem Maiorem, &c. de hac insula traduntur, studiosus Lector his adiungat. Delcripsit hanc insulam Daniel Rogersius carmine elegiaco, ad D. Thomam Rbedigerum. & accuratissimè soluta oratione Guilielmus Camdenus, in sua Britannia. Sed & Richardus Stanihurstius edidit nuper huius insulæ rerum gestatum peculiare volumen. At de S. Patrieij purgatorio hæc ex Cæsarij historia memorabilium t 1. abiungere libet, Cùm S. Patricius gentem illam conuerteret, & de pœnis futuris dubitarent, precibus obtinuit à Deo locum illum. Est autem fossa humili, muro vallata, & sunt ibi Regulares: non est peccator adeò magnus, cui alia satisfactio iniungatur, quàm vt vna nocte in eodem sit purgatorio. Volentem intrare, præmissa confessione communicant; & iniungunt, thuriticant, & instruunt. Videbis iniquum, hac nocte insultus dæmonum, & pœnas horribiles, sed non poterunt te lædere, si nomen Iesu semper habueris in ore: Quod si dæmonibus blandientibus, siue terrentibus consensens, & Iesum inuocare neglexeris, peribis. Quem in vespera ponentes super fossam, locum claudunt, & manè reuertentes, si non comparuerit, vltrà non expectatur: Multi ibi penerunt, multi etiam reuersi sunt, quorum visiones à prædictis fratribus conscriptæ sunt, & volentibus intrare ostendunturr.

OCCI
Ex Gyraldo Camb.
MONONIA.
Mounster.
CONNACIA.
Connacht.
LAN
Leyn
Hibernicum Ma
ORI
MERIDIES.
Scala milliarium Anglicorum
10
20
30
40
50

Eryn.
HIBERNIAE, BRITANNICAE INSVLÆ, NOVA DESCRIPTIO.
Irlandt.
Cum Priuilegio
Connachticum Mare, Gyraldo Cambrensi.
Blacke roche
O: Dobowey.
Slego
Dunbrose
O: Conner Slego.
Wreyke
Therne M.
O: Domagh.
Mac. Dermound
Mac Swÿne
HVLTONIA.
Quulsterter.
Lacus Dere
Purgatorium S. Patritij, huius Diui precibus hoc loco à Deo constitutum. Syl. Gyraldus.
Farmanag
Tre Conel.
Dongall.
Castel Fynne
O: Denel.
Lacus Swylly.
O: Doghyrdy.
Leuer
Old Castel.
Castell Derrey
Lacus Foÿle
O: Castane.
Newe castel.
Lampreystone.
Baron of Dungaro.
Lacus Eaug
Twomey.
Mac Ylÿn
Glan yboy.
Alexander Carogh.
Skyrres of port Rush
Yueage
Mournele.
Ca leard.
Sauaige
Newtown
Bangor
Rackliÿn
Stone otter
Duauord.
Gillekaren
Killean
Faudel
SCOTIAE PARS.
SEPTENTRIO.
Ilen Wÿsha
Lacus Arunÿ
Dunweg
Nauer say
Ila insula
Gwelwall.
Margaritas Polÿd.
Hanc insulę partem Anglis incolendam dedit Elisabetha Anglię regina; Coloniaque ducta est Dño Smetho equite aurato 1572.

ASORES INSVLAE.

INSVLAS in Oceano Atlantico siue Occidentali, quas Hispani *Açores* vocant; ab accipitrum auium genere quod isti *Açor*, multitudinis formula *Açores* nominant, nomen fortitas, sunt qui credunt. Est qui eas ab *Essorer*, Gallico vocabulo, quod siccare vel arescere significat, sic dictas, scribit, ineptitque. Accipitrarias Latinè eas quis vocare potest. Et qui Græcè mallet, ἱεροκκων. Nostrates *de Vlaemsche eylanden* vocant, quasi Flandricas insulas, quòd ab ijs, Brugensibus mercatoribus nempe, primùm detectas creditur. Nihil in iis id temporis præter arbores (inter quas plurima cedrus) siluasque & varia alituum genera, inuentum perhibent, eosque ibidem colonos misisse, & cultas reddidisse. Postea sub Lusitanorum imperio se dedidisse, cui hactenus parent. Inuentas circa annũ quinquagesimum quintum supra millesimum quadringentesimũ, refert Ludouicus Marmolius. fol. 48. Veteres has minimè nouisse, certum est: nominauerintne, incertũ. Nam an eas sub nomine Casiteridum descripserint, subdubito. Naues Hispanicæ mercibus Indicis onustæ, in redeundo solent vtplurimum ad has accedere insulas, priusquam Vlysibonam, aut Gades appellant. Mirandum autem quiddam de harum insularũ solo, aut cælo, ne dicam genio, hoc accepi: Soluentes vtpote ex nostro hemisphærio versus Americã, aut nouum, vt vocant, Orbem, quàm primùm Açores à tergo reliquerint, continuò liberari à cimicibus pulicibusque, atque omni pediculorum homines infestantium genere, quod statim, præternauigatis his insulis, moritur, exstinguiturque. Numero sunt nouem, his vernaculis nominibus: S. Michaëlis, Terçera, S. Georgij, Pico, Fayal, Graciosa, Las Floras, Del Cueruo, & S. Mariæ, quas singulatim enarrabimus.

TERÇERA.



HÆC Terçera vocatur, quòd tertia sit ordine, ex Hispania venientibus. Ab hac vna generatim has omnes vulgus quoque Terçeras nominat. Insula est frumenti & fructuum fertilis, neque vini omnino sterilis. Magnus incolis prouentus ex rubia quam tinctorum cognominant, qua panni colore rubro inficiuntur. Eius hîc magna vbertas, in primis circa loca quæ vulgo *Los Altares* & *Falladores* appellant. Primaria vrbs est Angra, cum promontorio seu propugnaculo munitissimo, dicto Brazil. Hanc insulam Hispani à nostro Seruatore Iesu, *Isola del buen Iesu*, quoque cognominant.

PICO.



NOMEN accepit hæc insula, à monte, quem habet, in formam rotundæ pyramidis acuminato fastigio in altum desinente. Quidquid namque à natura talem sortitur formam, à Lusitanis *Pico* vocatur. Mons hic altitudinis est trium millium passuum. Intus cauernosus est, multisque antris obscuris excauatus. Solet nonnumquam eiaculari flammas, Aetnæ instar. Ad pedem huius montis, Orientem versus, fons conspicitur aquæ dulcis, qui interdum ignea fluenta, lapidesque ignitos effundit: tantaque violentia atque impetu, vt eos veluti torrens, per decliuia & subiecta loca ad mare vsque protrudat, ibidemque ex horum lapidum mole promontorium effecerit, quod *Misterij* vulgo nuncupant. Distat hoc à dicto fonte XII. M. P. Hodieque ad mille quingentos passus solito vlteriùs in mare extenditur, ex continuata nempe lapidum hinc deuolutorum congerie. Nugantur qui scribunt hanc insulam à Pico martio aue nomen sumere.

FAYALA.

FAGO arbore denominatur hæc insula. Lusitani enim fagum *Faya* & *Fagutal* (siue locũ fagis consitum) *Fayal* vocant. Superesse etiamnum in hac insula ex posteritate Flandrorum, qui eas primi inhabitauêre, familias quasdam, vti sunt qui vocantur *Bruyn*, *Vtrecht*, &c. ex viro quodam Lusitano fide digno percepi. Lindschotanus quoque testis oculatus scribit in suo Itinerario nostrate lingua edito, in hac eadem torrentẽ fluere, quã Hispani *Ribera dos Flamengos* (id est Flandrorũ riuulus) nominant, additque omnes huius insulæ incolas è Belgio oriundos, atque Belgis hactenus bene fauere.

De ceteris, nempe quæ De las Flores, à florum nempe copia: Del Cueruo, à coruis: Graciosa, ab amœnitate, appellationem sumere: aut S. Mariæ, S. Georgij, & S. Michaëlis, à Diuis vtpote sic nominatis, (Hispanis enim hoc familiare est, indere locis nomen eius Diui, cui ille dies quo primùm ad eum appellunt, sacer sit) non habeo quod addam; præterquam, Theuetum errare in eo, quòd historiam eius montis quam nos in Pico verè & plenè descripsimus, ille falsò & læuè S. Michaëlis insulæ tribuat. De his insulis lege quædam apud Hieronymum Conestagium, de Vnione regni Portugalliæ cum regno Castellæ. Item capite 97. Itinerarij Io. Hugonis Lindschotani.

Priuilegio Imp. et Reg. Maiest. necnon Ordinum Belgicor. ad decennium.
SEPTE
AÇORES
Insula del Cueruo.
Puerto del Cueruo.
Punta del gado.
Villa de la punta del gado.
Puerta de la Amorera.
La Calauera.
Puerta y villa de las lagoas.
Punta de las lagoas.
Insula de las Flores.
Insula Fayal.
Perachia de la Trinidad.
Insula del Pico.
OCCIDENS.
Has insulas perlustrauit summàque diligentia accuratissimè descripsit et delineauit Ludouicus Teisera Lusitanus, Regiæ Maiestatis cosmographus.
ANNO A CHRISTO NATO,
CIↃ. IↃ. LXXXIIII.
MERI

Longitudo huius descriptionis sumta est à meridiano I Ptolemaei, Occidentem versus.
Insula Terçera.
Insula S. Michaelis.
Insula S. Maria.
Abrelojo.
ORIENS.
Las Hormigas.
Scala Leucarum

HISPANIA.

ISPANIA Straboni corio bubulo humi protenso comparatur. Ea pelago vndique cingitur, nisi qua parte Pyrenæi montis obiectu à Gallijs diuiditur. Habet Hispania ab Ortu montem Pyrenæum, qui à Veneris Templo siue Promontorio exortus, prope Illiberos (Colibre hodie) in Oceanum procurrit Btirannicum, atq. hac parte maximè angusta est; adeò vt ego, dum per Cantabriam iter facerem, inquit Vaseus, in monte Diui Adriani, nisi fefellit adspectus, vtrumq. mare me vidisse meminerim, Oceanum videlicet, cui eramus proximi; atq. eminus, quãtum oculorum prospectus ferre poterat, Mediterranei maris albicantes fluctus. A Septemtrione autem clauditur Oceano Cantabrico; ab Occasu mari Occiduo; à Meridie Freto Herculeo, & mari Belearico.

Diuiditur verò Hispania in tres Prouincias; Bæticam, Lusitaniam, & Tarraconensem. Bætica à Septemtrione clauditur Ana fluuio; ab Occasu habet eam Atlantici Oceani partem, quæ est inter ostium Anæ & Fretum Herculeum; à Meridie mare Balearicum, quod est inter Fretum Herculeum, & Charidanii promontorium, quod vulgò appellari dicunt Cabo de Gata. Ab Oriente terminatur linea ducta ab hoc Promontorio per Castulonem ad Anam fluuium. Dicta est Bætica à Bæti fluuio memorabili, qui prouinciam totam intersecat: qui ortus in saltu Tygensi, decurrit in Oceanum Atlanticum: atque hodie vocatur vocabulo Arabico Quadalquibir, quod sonat Fluuium magnum. Hæc Prouincia posteriùs à Vandalis habitatoribus Vandalicia dicta, hodie quoque corrupto vocabulo Andalusia dicitur. Lusitania habet à Septemtrione Durium fluuium, ab ostio ipsius, vsque ad pontem, qui est contra Septimancas: ab Occasu eam Atlantici Oceani partem, quæ est inter ostia Anæ & Durij fluuij: à Meridie Bæticam: ab Oriente terminatur à Tarraconensi, linea ducta ab Oretania veteri, vsque ad pontem, qui habet è regione Septimancas. Lusitania habet à Luso Liberi Patris filio, & Lysa eiusdem Liberi socio, cum Luso Bacchante: vnde nunc à Luso, Lusitania; nunc à Lysa, Lysitania dicitur. Reliqua Hispaniæ pars pertinet ad Tarraconensem prouinciam, quæ à Tarracone ciuitate nomen accepit, eius prouinciæ Metropoli; ciuitate ad excipiendas Principum peregrinationes, vt inquit Strabo, egregiè nata, & in qua Imperatores iurisdictionem agitabant. Complectitur hæc Regio Murciæ regnum, & Valentiæ, & Arragonum cum Cathalonia, Castellam veterem, Nauarræ regnum, Portugalliam Interamnem, Galletiæ regnum, Asturias, totam Cantabriam. Hæc Vaseus in suo Chronico Hispaniæ, apud quem plura. Vide & Marineum Siculum, Marium Aretium, Damianum à Goes, Franciscum Taraffam, Episcopum Gerundensem, Annium Viterbiensem: & Hispanica lingua Florianum del Campo, &, qui eum sequitur, Ambrosium Moralem: item quos dictus Vaseus in eodem Chronico cap. 4. Hispaniæ scriptores recitat. Stephanus Garibayus Nauarræ regnum descripsit Hispaniæ Chronico lib. 20. Latinè quoque edidit nuper de Rebus Hispanicis volumen Io. Mariana. Ex veteribus quoque consulendi sunt Cæsar, Strabo, & ceteri, quos Damianus à Goes in libello, Hispania inscripto, indicat: item Panegyricus Latini Pacati, & Claudianus de Laude Serenæ. His Laonici librum 5. qui velit adiungere poterit. Exstat & libellus Viatorius Alonsi de Meneses Hispanicè scriptus, continens totius ferè Hispaniæ itineraria, in quibus etiam distantias locorum annotauit.

Tria memoranda vulgari nobilitantur prouerbio apud Hispanos, vt Nauagierus scribit: Pons cui aqua superfluit, cùm sub pontibus ceteris soleat manare, aquæ ductum Segouiæ innuentes. Ciuitas igne circumdata, Madritum significantes, cuius muri ex silicibus constant. Pons in quo continuè decem millia pecorum pascuntur, quo Guadiana fluuius denotatur, qui se ad septem milliaria subter terram immergens, denuo erumpit. Et si hoc postremum ex vulgi opinione magis, quàm ex rei veritate constare, mihi fide dignus & oculatus testis est Dominus Georgius ab Austria, præpositus Harlebecensis; vir in omni historia versatissimus, rerumque naturalium obseruator admiratorque singularis.

Insulæ quæ ad Hispaniam pertinent, & quorum apud veteres scriptores memoria extat, sunt ad Celticum promontorium Cassiterides, quæ hodie nusquam in Oceano apparere videntur: Insulæ Deorum, quæ & Cicæ dicuntur, hodie Yslas de Bayona. Londobris, quæ Erythia ab alijs, nunc Barlinguas. Gades, Herculi olim sacra, vulgò nunc Calez dicunt. Et hæ in Oceano omnes. In Mediterraneo mari verò sunt Ophiusa, nunc Formentera. Sunt & Gymnesiæ duæ, quæ & Baleares. hodie distincto nomine alteram Maioricam, alteram Minoricam appellant. Huius Minoricæ ora maritima vbique montibus ingentibus septa est; sed quà est ad portum aditus, radices montium in planiciem extrahuntur, donec tam angusto interuallo ad alteram littoris partem accesserint, vt non nisi leni vento intromittantur naues. Portus Mahon appellatur, pulcherrimus & opportunus; excurrit enim in quatuor ferè milliarium longitudinem, varijs & frequentibus insinuationibus; quæ facilè naues à maris sæuitia protegunt. Hinc perpetui montes prominent, è quibus immensa ligni copia peti potest. Ad extremam eius partem in montium altitudine vrbs est exstructa. Maior insula contra Minoris insulæ naturam habet oram maritimam planam, montes verò in Mediterraneis regionibus altissimos, & magna parte steriles. Vrbs in ea eiusdem cum insula nominis, ampla & pulchris ædificijs ornata. Tarraconensium vtuntur legibus, & lingua ac moribus valde cum eis conueniunt. Hanc Balearium descriptionem ex N. Villagagnoni libello de Argieræ expeditione mutuauimus. Qui plura de ijs incolarumque moribus scire desiderat, Bernardum Gomæsium de vita Iacobi T. Arragonum regis librum 6. & 7. adeat. Philippum Hispaniæ Regem, maximum totius Orbis & omnium ætatum imperium possidere, docuimus in nostro Theatro Germanica lingua excuso.

CANTABRICVS OCEANVS
OCEANVS OCCIDENTALIS
OCEANVS ATHLANTICVS
ASTVRIAS
GALLICIA
PORTVGALLIA
CASTILIA VETVS
CASTILIA NOVA
ANDALVSIA
GRANATA
Scala leucarum
Estrecho de Gibraltar
BARBARIÆ SI-
Tanger
Ceuta
Tituan
Targa
Peñon de Velez
Cerquer
Ellim
Bedis
Modoma
Scythicum prom.
Cruz arga
Cape Verde
Cape Finisterre
Cape Roca
Cape Espichel
Cape Sagres
Cape Trafalgar
Cape Tarifa
Cape Gata
Cape Palos
Cape Nao
Cape Creus
Cape Ortegal
Cape Finisterre
Cape Vilano
Cape Machichaco
Cape Ajo
Cape Mayor
Cape Cervera
Cape Tortosa
Cape Salou
Cape Martin
Cape Ferrat
Cape Corse
Cape Bonifacio
Cape Spartivento
Cape Passero
Cape Lilybaeum
Cape Bon
Cape Zebib
Cape Tenes
Cape Ferrat
Cape Matapan
Cape Malea
Cape Sunium
Cape Maleas
Cape Cephalonia
Cape Leucas
Cape Tainaron
Cape Ceraunia

REGNI
HISPANIAE POST
OMNIVM EDITIO:
NES LOCVPLESSI
MA DESCRIPTIO.
GALLICVM
MARE
BALEARICVM
MARE
MALLORCA
MENORCA
Cum priuilegio.
VE AFRICAE PARS.
MEDITERRANEVM
ORIENS OOST

PORTVGALLIA
REGNVM.

PORTVGALLIAM *impropriè Lusitaniam appellant, cùm alioqui nec tota Portugallia Lusitaniæ finibus circumscripta sit, nec totam Lusitaniam complectatur: illud tamen negari non potest, potiorẽ Lusitaniæ partẽ Portugalliæ Regi parere. Diuiditur verò Portugallia in Transtaganam, Cistaganam, & Interamnem. Transtagana Bæticæ partem carpit, eam scilicet, quæ ab Ana fluuio ad regni limites porrigitur. Interamnem appello Portugalliam, quæ est inter Durium & Minium fluuios, regio non minùs amœna quàm fertilis. Hæc Interamnis tota extra Lusitaniam est, nisi, repudiata descriptione posita, Straboni magis accedamus, qui ait, maximã Lusitanorum partem Callaicos appellatos. Huius regionis longitudo est duodecim leucæ; latitudo, qua maxima est, duodecim; alibi tãtùm sex, aut etiam quatuor. Atque in hoc tam exiguo terræ interuallo, præter Ecclesiam Bracarensem Metropolitanã, & Portugalensem Cathedralem, ac alias quinque Collegiatas, reperias plusquam centũ triginta Monasteria, quorum pleraque reditus habent amplissimos: præterea plus minùs mille quadringenta sexaginta Parochiales, cum suis Baptisterijs, vt scribit quidam. Certè in ea parte, quæ Bracarensem agnoscit Ecclesiam, octingentæ recensentur. Ex qua re fertilitatem & religionem antiquam gentis facilè agnoscas. De amœnitate verò quid opus est dicere, cùm in ea numerata sint vltra viginti quinque millia fontium perennium? Pontes quadrato lapide elegantissimè constructi, propè ducenti. portus marini sex. quod propterea minimè tacendum duxi, quia bonitas & dignitas huius prouinciæ ferè ignoratur. Huic prouinciæ adhæret ea quam Transmontanam appellant, regio optimi tritici, generosíque vini ferax, in qua est Brigantia, caput amplissimi Ducatus. Hæc ex Vaseo. Numerat & nominat in hoc Portugalliæ regno sexaginta & septem vrbes vel opida Pet. de Medina.*

Sub Portugallia hoc tempore Algarbiæ regnum (quæ eius pars maritima est versus Meridiem) pertinet. Eius enim Rex se Regẽ Portugalliæ, Algarbiæ, Guineæ, Aethiopiæ, Arabiæ, Persiæ & Indiæ scribit. Hoc regnũ primùm circa annum M. C. *initium habuit. Ad ea enim vsque tẽpora sub Hispaniæ nomine (vti & antiquitus) censebatur. Sic autem de eo Marineus scribit: Henricus quidam Lotharingiæ Comes, vir in bello fortissimus, è Gallia veniens, magnas aduersus Mauros res gessit. Pro quibus Alfonsus* VI. *Castellæ Rex permotus, filiam suam notham nomine Tiresiam ei matrimonio collocauit: & Gallecia partem, quæ in regno Portugalliæ continetur, nomine dotis assignauit. ex eo postea matrimonio natus est Alfonsus, qui primus Portugalliæ Rex est appellatus: primus qui Vlixbonam à Mauris recepit. Quorũ quinque simul Regibus vno prœlio superatis, quinque scutorum insigne facti monumentũ posteris reliquit. Oliuerius à Marcha in Annalibus, lingua Gallica editis, paulo accuratiùs huius regni arma depingit. Ait enim primò fuisse clypeum argenteum sine al[illegible]a imagine; [illegible]stea à deuictis quinque Regibus, quinq. cæruleos clypeos impositos; deinde his singulis clypeis quinq. argenteos orbiculos additos, in memoriam quinq. vulnerum Domini n[illegible]i* IESV CHRISTI, *quæ illi inter prœliandum diuinitus in cælo apparuerẽ; aut, [illegible]lij tradunt, quòd quinque vulneribus mortiferis sauciatus, Deo Opt. Max. opitu[illegible]nte, non occubuerit.*

Vide etiam Hieronymum Osorium, M[illegible]um Siculum, & Sebastianum Munsterum. De huius [illegible]i origine, lege primum c[illegible]t Decadum Asiaticarum Joannis Barri. Athenæus libr[illegible] cap. I. *quædam memorat [illegible] fertilitate huius regionis, & aëris optima temperie. Huius regni vrbem primari[illegible]m V[illegible]ssiponam descripsit Damianus à Goes peculiari libell[illegible] De huius Lusitaniæ antiquitatib. exstat libellus And. Resendij.*

Lusitanorum imperium hodie quàm latissimè patet; nam ab Herculis columnis vsque ad Chinã & Leauios. per [illegible]s prouincias maritimas insulásq. adiacentes extenditur.

OCEANVS
MERIDIES
ANDALVZIAE
GVIDONI ASCA:
NIO SFORTIAE S.R.
E. CARD. CAMER. Achilles status.
Sal.
Lusitaniam Vernandi Aluari industria descriptam tibi ob
gentes nostræ patrocinium dicamus, Guido Sfortia: Hinc ho
mines incredibili virtute ac felicitate profecti, oes Orbis terrarũ
partes obierũt, Afrícq magnã partem in Proiniciã redegerunt: in
numerabiles insulas, quarũ aut nomen tantum, aut ne nomen qui
dem vllum extabat, primi patefecerũt, idq; occupauerunt:
Asiam terram beatiß. sibi stipendiariam fecerunt: re
motiß. nationes Jhesu Christi cultum, religionemq; ad
docuerunt: Vale, Rome XIIII.
Calendas Junias,
Anno. M.
CCCCC.
LIX.
Lisbona
Lagoa de Melides
Grandola
Alcacer do sal
Setubal
Alcacer
Alcoutim
Tavira
Faro
Olhão
Tavira
Lagos
Lepe
S. Miguel
Gibraliaõ
Olua
Palos
Moger
Afigeira
S. Lucar
R. Guadalquibir
Chaipionha
Rota
Conil
Barbate
Zata
S. M. del puerto
Triana
C. Seuilla
Baetis fl.
Tagus fl.
Segura
Azuerreira
Azuecana
Principium
Climatis
38
39
40

PORTVGALLIAE
que olim Lusitania, nouissima
& exactissima descriptio, Aucto
re Vernando Aluaro Secco.
OCCIDENTALIS.
SEPTENTRIO
REGNI LEGIONIS PERS.
REGNI CASTELLAE PERS.
ORIENS
C. Coimbra
C. Porto
C. Braga
C. Baiona
C. Guarda
Cum priuilegio

HISPALENSIS CONVENTVS,

SIVE

ANDALVZIÆ PARS.

ISPALENSIS Ecclesiæ Diœcesis in ea Hispaniæ prouincia continetur, quæ cunctas diuitiæ cultu & quodam fertili ac peculiari nitore præcedit. Bæticam veteres à Bæti fluuio, recentiores Wandaliclam, à Wandalis eam posteriori seculo occupantibus, vocarunt. Cuius quidem conuentus omnium Regionum, atque conuentuum Hispaniæ, cùm frequentia & ciuilitate populorum, tum diuitiis, & beata rerum omnium copia felicissimus iure censetur, fidem etiam accipientibus Græcorum carminibus, qui Elysias amœnitates & delicias huic tractui adfingunt, qui Oceano occiduo obiectus est. longè lateque patet hoc territorium in ducenta ferme egregia oppida, vicis quàm plurimis non annumeratis, vt vnus hic conuentus pluribus oppidis iuridicus nunc sit, quàm omnes quatuor simul in ea prouincia fuere: quos auctore Plinio CLXXV. tantùm iura dedisse constat. Nam quota pars hæc fuerit, si centum pagorum millia accenseantur quæ à diuo Ferdinando Rege in Hispalensi agro quem Axarafium Arabes vocarunt, cum ipsa vrbe in fidem recepta sunt? Sed eâ expulsis Barbaris magna ex parte desolata sunt: limites autem vt ab antiqua conuentuum descriptione multum recessere, ita ad Vambæ Regis formulam cunctis Hispaniæ ecclesiis præscriptam propiùs accedunt. habet enim hæc Diœcesis ab Ortu Cordubense territorium, ab Occasu Algarbiorum fines; quà Septemtrionem spectat, eam Lusitaniæ ditionem attingit, quæ diui Iacobi magistratus appellatur. cetera verò Meridiem versus Gaditano conuentu, & Oceano clauditur. oppida in ea præcipua quamplurima sunt, in primis ipsa vrbs regia Hispalis amplissimo atque amœnissimo situ, & pulcherrimo murorum ambitu ad Bætis oram posita. Bætis ex saltu Tugiensi ortus, & egregias adoptatæ prouinciæ vrbes præterlapsus, iam inde ab illustrissima colonia olim Romuleâ cognominatâ, nauigabili & piscoso alueo ad Gaditanum Oceanum per sexaginta passuum millia decurrit, ripis vtrimque oliuetis, vineis, & mira hortorum amœnitate florentibus, & iucundissimo citriorum odore fragrantibus.

Est autem Hispalis ædificiis tum sacris tum profanis omnium Hispaniæ vrbium orhatissima, cultu, & elegantia ciuium & quodam priuato & quasi natiuo splendore nulli totius orbis secunda. pietas in ea, & bonarum artium studia, & nobilitatis exercitamenta apprimè florent. diuitiæ etiam, & opes, quantas nulli vnquam Regno aut Imperio quamuis excellenti, nisi vni forsan Romano, contigisse legimus, in eam congestæ sunt. Ipsa enim omnium Europæ vrbium opulentissima, quas ab altero pænè terrarum orbe quem prima aperuit, immensas, nec vllis priùs seculis auditas diuitias accipit, in vniuersum Christianum orbem largè diffundit. ac ipsos etiam Barbaros, qui penitiora Asiæ atque Africæ Regna colunt, abundè locupletat. centum, & amplius auri milliones per aliquot annos in Basilica Indici commercij in commentarios bona fide relatos constat. vt hinc æstimare liceat tantundem certè à vectoribus occultatum, ne Rex ad tempus mutuetur, timentibus. quid si infinitam, & pænè incredibilem opum vim expendamus quæ ad hæc tempora à principio Atlanticæ nauigationis eò conuecta est; bituis classibus quotannis non alio mercium genere, quàm auro & argento onustis, ac eo plerumque saburratis ad nos redeuntibus? Sed hæc peregrina & aduenticia quisquam dixerit. porrò propriis diuitiis adeò pollens est, vt Regi suo, cuius nomini ac maiestati deuotissima est, sesquimillionem aureorum in singulos annos obsequij & vectigalium ergò liberalissimè reddat: quantum multi Principes ex integris Regnis corradere vix possunt. versantur ibi hospitum & aduenarum mercimonij causa innumerabiles turbæ, ac præter hos censa sunt in ea à proximis annis viginti quatuor ciuium millia priuatas domos aut domicilia habentium, in viginti octo tribus diuisa; quarum prima D. Mariæ titulo, & sano insignis est, quo nullum habet Christianus orbis excellentius, si operis amplitudinem & maiestatem sacra quadam hilaritate, & pulchritudine venerabilem, & turrim summæ celsitudinis, è qua ad statas horas signum datur, editissimo & operosissimo fastigio admirabilem spectes, vnde in vniuersam vrbem & latissimè circumiacentes campos iucundissimus prospectus est. Quid regiæ arcis ornamenta verè Regia describam? qua nullam elegantioris structuræ, aut gratioris voluptatis Hispani Reges habent. quid præterea sumptuosa Ducum, Comitumque & illustrium procerum palatia; quid amœnissimis fontibus & viretis ornatas ciuium ædes memorem? prætereo antiquos aquarum riuos longè per arcus in varias vrbis regiones deriuatos, & recentiores S. P. Q. H. ingenti sumptu & industria ad Herculanas quas vulgò vocant columnas deductos, & publicæ voluptati dicatos, palustri & vliginosa vastissimæ amplitudinis area, consitis arboribus, in pulcherrimum viridarium reformata, & latissimis spatiis in circi speciem ad decursiones & voluptarias inambulationes relictis. Iam verò suburbanos hortos omnibus deliciis & amœnitatibus refertissimos, totque per agros & ad Bætis ripas magnificentissimè exstructa prætoria quis dignis laudibus prosequatur? è quibus commeantes naues & ex vtroque orbe redeuntes quotidie spectare licet. Ipsa enim Hispalis Oceani Regina, quasi amborum sequestra in medio posita, vtrumque felicissimis nauigationibus, & opulentissimis commerciis coniungit. longum fuerit vrbani senatus & Regij prætorij maiestatem, & Triumfalem arcem commemorare. Est autem Triaria egregium suburbium, ter mille ferè ciuibus ad vlteriorem Bætis oram habitatum, sublicio ponte, & multis nauigiis strato, citeriori ripæ atq. vrbi sese coniungens. qui verò aruorum lætitiam & felicitatem omni genere frugum redundantem consideret, id certè luxuriantis naturæ & profusissimè genio indulgentis opus esse dicat, nec vsquam aliàs, vt humanis voluptatibus & commodis gratificetur, æquè delicias opesque suas ostentantis atque exhaurientis.

Secundùm hanc Cæsariana, quam nunc Xeritium limitaneum vocamus, & Astigi colonia Romanorum, Iulia firmitas cognominata, ciuili auctoritate magnitudineque cæteris præstat. Carmo & Vtraria duo Hispalensium vberrima horrea & cellaria suam laudem merentur. Sequitur Marchena ex saxorum monumentis nescio qua fide Martia colonia appellata, & Arcobriga clarissimæ Pontiorum Ducum familiæ gentilitia oppida. ad hæc Vrsao, quæ & Genua Vrbanorum, nunc Ossunam vocant, Gironum illustrissimus & opulentissimus ducatus insignis, etiam Academia celebris. Sunt etiam insignes & olinitate, messe & vindemia Constantina, Cazalla, Maronium & antiquitate celebris, nec vlli frugum laude secunda Nebrisa, Aelij Antonij Latinæ linguæ apud nos instauratoris, & parentis felicissima patria, ad Bætis æstuaria posita,

1 2 3 4 5 6 7 8
Scala milliarium Hispanicorum, siue leucarum
1579
Pacensis dioecesis pars.
Siluensis dioecesis pars.
Portugallese Regni Pars.
Occidens.
Oceani Atlantici Pars.
Septem
Enzina Sola
Cumbre de S. Bartholomeo.
Aroche.
Cumbre de en medio.
Cumbres mayores.
La naua
Cortegana
Almonaster.
Xabugo.
Araçena
La higuera
S. Barbara.
El çerro.
Cabeças cuuias.
Paymogo.
Rio Odiel
El Villar
Çalamea
Elmadiono
Calañas
Las cuizes
Castil de las guardas.
Almendro
Buron
Valuerde.
Azarcolla
El granado.
Castillejos.
Tejada
S. Lucar odiana
Alozna.
Escacena.
Spiterna
Castillejo del Capo
Mançanilla.
Chucena
La palma
Villa rasa.
Villalua.
Alcala.
Veas.
Niella.
Tagueros.
Gibrleon.
S. Juan del puerto.
Hinojos.
Bollullos.
Pilos.
Rociana.
Bonares.
Chillas.
Luçena
Almonte.
Moguer
Palos.
Guelua.
Aljaraque.
Cartaya.
Redondela.
Lepe.
Rincon
Ayamonte.
S. Miguel arca de bily
Castro marin
Rio Guadiana, olim Anas.
Rio Tinto fluuius, qui quoque Rio de Azeche vel Azeche dicitur antiquorum Iberus putatur a Rociano del Campo
Rio Guadalquiuir, olim Baetis.
Aestuarium La Maresma
Lebrixa
Trebuxena
S. Lucar de barrameda
Xeres de la frontera
Chipiona.
Rota
El puerto de S. Maria
Los puercos
Cadiz
La Isla
Las arenas gordas.
Ad Baetis fluminis ostium, quod olim bifidum erat, Tartessus insula fuit, cum opido cognomine.
Sep.
Or.

10.
ratus S.Iacobi pars.
Priuilegio Imp. et Regiæ Maiest.
Realejo
Olalla
Alanis
S.Nicolas al puerto
Caçalla
Almaden
Sierra Morena mons.
Espodioso
Constantina
La puebla de los infantes
Cordubensis dioecesis pars.
Castil blanco
Cantillana
Villa nueua
Alcolea
Lora
Almera
Corduba
Villa Verde
Burguil los
Tosina
Peña flor
Palma
Guadal caçer
Brenes
Rio Gudalquiuir
La Rinconada
Guadaxos
La Campana
Venta del palmar
Bogedon
La Venta lasta deras
SEVILLA
Carmona
La Moncloua
Eleuationis poli grad. 37. min. 30.
Alcala de Guadaira
Mayrena
Fuentes
Eçija
Rio Xenil
Copero
Quintos
Gandul
Marchena
PA
ORIENS.
Quartos
Dos hermanos
Elarahal
Paradas
Lagunas
Z I AE RS.
Los Palaçios
Vtrera
Los Molares
La puebla de Caçalla
Osuna
Estepa
Aleanterilla
Coronil
Moron
Malacitanæ dioecesis pars.
Pruna
Armagen
La torre del' alhaquima
Campillo
Espera
Teua
Bornos
Arcos
Villa Martin
Zahara
Hardales
Las sierras de Ronda.
Gaditani dioecesis pars
Medina Sidonia
Las Salinas
MERIDIES.
HISPALENSIS CONVENTVS DELINEATIO,
Auctore Hieronymo Chiaues

ſita, & in ipſo Oceani ſinu quem Bætis iam maris auctu ampliſsimus influit, Luciferi promontorium, Solucar vel Santlucar vocamus, opulentum Gothmannorum ducum Emporium, & Atlantici orbis nauigationibus opportunum. cæterà huius Diœceſeos insignia oppida breuitatis cauſa omitto.

Terra in vniuerſo hoc tractu ad miraculum vſque frumenti, vini & olei, & omnis generis frugum feraciſsima eſt, quibus longinquas & tranſmarinas prouincias replet; & quam meritò Plinius ante Italiæ laudes poſuiſſet, niſi homo Italus patriam anteferre voluiſſet; ſecundùm eum Hiſpania, quacumque alluitur mari, commendata: quod nos de ea Bæticæ parte potiſsimùm intelligimus, quæ ad Hiſpalenſem conuentum ſpectat, eſt enim Oceano & Zephyri lenibus flabris expoſita. Cælum in ea indulgens & feligi quadam hilaritate & temperie ridens: homines ad pietatem & bonas artes nati, ingenio florentes, & acuti, & qui ingenua quadam animorum indole ac virtute præſtantes, quæ Bæticis quaſi peculiaris & gentilis eſt, nec vrbanitatis officiis, nec rei militaris gloria ab aliis nationibus vſnci ſe patiuntur.

Hiſpalenſis Archiepiſcopus poſt Toletanum primas fert in Hiſpania: habuit olim à ſuffragiis vndecim Epiſcopos, vt ex Conciliorum ſubſcriptionibus conſtat: Cordubenſem, qui nunc à Toletana ſede ius ſacrum petit. Iliberitanum, qui poſt inſtaurationem Hiſpaniæ in Granatenſem metropolim ceſsit. Ilipenſem, vel Eleplenſem, ab Ilipa vel Elepla, quæ nunc Peñaflor, quod oppidum ſedis honore carer, & Hiſpalenſi Eccleſiæ parer. Tucitanum, vbi nunc Martos, Auguſta Gemella Colonia appellata, quæ hodie Epiſcopum non habet, & Giennenſi adiudicatur. Malacitanum, qui nunc etiam Hiſpalenſi ſuffragatur. Aegabrienſem, vbi nunc Cabra. antiſtitem non habet, & pertinet ad eccleſiam Cordubenſem. Aſindenſem, vel Aſidonenſem, ab Aſidonia, quæ nunc Medina Sidonia, Gaditano Epiſcopo ſubdita, tranſlata etiam Gadeiſea ſede, aliis Aſidonia, non longè ab eo ſitu, vbi nunc Xeritium eſt, aſsignatur, Sidoniæ hortis hodieque ad Lethes fluminis ripam nomen vetus retinentibus, & Aſidonia Cæſariana cognominata fuit, cuius cognominis non obſcura veſtigia, quamuis à Barbaris corruptum, nomen Xeritij ſeruat, niſi in eo tractu eiuſdem nominis fuiſſe dicamus. habuit etiam Oſſonobenſem, ab Oſſonoba prope Pharum oppidum in Algarbiis, Mauri Exubam fecerunt, quæ pòſt in Siluenſem eccleſiam conceſsit, quæ cùm Hiſpalenſi eſſet obnoxia, patrum memoria Aeborenſi metropolim erectæ contributa eſt à Paulo tertio P.M. Abderitanum, qui in Almeriæ ſedem migrauit, & nunc Granatenſi ſuffragatur. Aſtigitanum, qui Hiſpalenſi eccleſiæ coaluit. Italicenſem, ab Italica nobiliſsima Romanorum non tam ciuium quàm Imperatorum colonia, quæ ad ſextum lapidem ab Hiſpali trans Bætim ſita, Antiſtite Gerontio Martyre Diuo tutelari, venerabilis olim fuit. dedit hæc Traianum, Hadrianum & Theodoſium optimos maximos & Auguſtos rerum dominos. vulgò Hiſpalis vetus appellatur, vaſtiſsimis etiam ruinis vixdum ſuperſtitibus, miſerabili humanarum rerum exemplo, eo magis dolendo, quòd pulcherrimi & ampliſsimi amphitheatri moles, quæ diſiecta ſupereſt, veteris magnitudinis & nobilitatis memoriam facit funeſtiorem.

Habet hodie Hiſpalenſis Antiſtes epiſcopos Suffraganeos Malacitanum, Gaditanum & Fortunatarum inſularum. Huius eccleſiæ maieſtatem dignitatemque & opulentiam breui compendio dicere non poſſumus. hoc fuerit ſatis, quantum ex collegiaſticis rationibus colligimus, ipſi Antiſtiti centum & ampliùs aureorum millia annui reditus cedunt. Primarij templi ſarta tecta triginta & ampliùs millia: Senatus verò eccleſiæ centum & viginti milia fert, quæ in canonicos 40. & vndecim prærogatiuæ dignitatis ſacerdotia, itidem in viginti portionarios, quos vocant, totidemque ſemiportionarios ſodales diſtribuuntur, ea lege, vt canonici & dignitates ex diurno canone ad bina millia aureorum quotannis accipiant, portionarijs quadrante minus, ſemis portionarijs triens ex dimenſo reddatur. Horum poſt præſulem ſumma auctoritas penes decanum eſt, cuius dignitas quinque millibus aureorum cenſetur. Sunt præterea in ea eccleſia Sacrifici viginti, quos à numero vicenarios vocamus, qui nocturnis diurnisque pſalmodiis aſsidui ducenos & ampliùs aureos merentur: & ducenti alij ſacerdotes, qui ex priuatis ſacellis ſatis commoda ferunt ſtipendia. beneficia ad hæc per omnem Diœceſim opima ſexcenta ferè, quorum multa ſingulis, & binis etiam aureorum millibus cenſentur: minorum verò ſacerdotiorum, quas capellanias vocant, duo millia fermè numerantur. Sunt etiam in hac Diœceſi innumera monachorum & ſacrarum virginum monaſteria, in quibus multum religio viget, & in illis etiam litterarum ſacrarum ſtudium cum magno reipublicæ noſtræ commodo, multa ex his ſena aureorum millia annui reditus ferunt. certè vnum Carthuſianum, quod ad Bætim in ipſo Hiſpalis proſpectu magnificentiſsimè exſtructum eſt, ſupra viginti quinque millia refert. Longum ſit etiam hoſpitales pauperum domos recenſere, cùm in vna Hiſpali tantùm vltra centum viginti numerentur egregiè dotatæ, vt multæ octo millibus aureorum, nonnullæ quindecim millibus annuis locupletatæ ſint. Hæc de hac regione D. Franciſcus Paciecus Licentiatus. De Hiſpali, eiusque territorio, multa quoque Nauagerius in ſuo Itinerario.

VALENTIAE REGNVM.

HEDITANOS *populos in Hispania Tarraconensi habet Ptolemæus. Edetaniam regionem vocat Plinius. Sidetani videntur apud Strabonem, & Sedetani apud Liuium, (Sedetanos, & Sedetaniam regionem nouit quoque Plinius, sed alios ab his, vt patet lib. 3. cap. 3.) In hoc Editaniæ tractu Valentia est vrbs, etsi cum Ptolemæus Contestanis, populis vicinis, adscribat. Ab hac vrbe totus hic tractus tamquam ab vrbe primaria nomen habet, comprehenditque veterum Hedetaniam, Contestaniam, & partem Ilercaonum. Regni titulum hæc regio accepit circa annum salutis septingentesimum & octuagesimum octauum, vt mihi auctores sunt Petrus Methinensis, & Petrus Antonius Beutherus.*

Regionis situs est ad Mare mediterraneum, irrigatúrque Turia flumine, vt à Sallustio, Prisciano, & Vibio vocatur: Durias à Pomponio: & Turium à Plinio. Hodie eum, recepto à Mauris Arabico vocabulo, Guatalabiar appellant; quod aquam puram & limpidam sonat Latinis. fluuius est non admodum profundus; sed vltra modum, ob semper virentes ripas, rosis varióque genere florum coloratas, amœnus. nemoribus hîc à fonte suo vsque ad ostia vtrimque à natura pulcerrimo aspectu vestitur: vbique vitex, platanus, pinus, aliæq; nunquam fronde carentes arbores: ita vt verè de eo hoc Claudianus, Floribus & roseis formosus Duria ripis. *Est & Sucro fluuius, quem Xucar nouo nomine vocant. Duo, præter ceteros, sunt mõtes in hoc regno: alterum Mariolam nominant, alterum Pennam golosam, (rupem cupedinariam Latinè diceres) ad quos magnus herbariorum medicorúmque aliunde confluxus: stirpium namque herbarúmque rariorum in ijs magna copia. Habet & argẽti fodinam, qua Valentia Tortosam itur, in loco Buriol dicto. Lapides reperiuntur aureis venis lineolísve interstincti, in loco qui Aioder nominatur. Ad promontorium Finistrat sunt ferri minera, item iuxta Iabea locum. Circa Segorbiam lapidicinæ vestigia: vnde marmora Romam olim deuehi soleant. In Picacent alabastrũ effoditur, & passim alumen, rubia, calx, & gypsum, in magna copia. Sed maximus regionis prouentus ex fictilibus, quas ipsi porcellanas nominant: an veteribus murrhina sint, incertum. Hæc tam adfabrè & tanta elegantia pluribus in hoc regno locis efficiunt, vt cum præstantissimis Italiæ (quorum tanta est apud omnes existimatio) de præstantia contendere non reformident. Qui plura de huius regionis præstantia omniúmque rerum, vtpote sacchari, vini, olei, fertilitate, scire desiderat, Bernardinum Gomesium adeat 9. 12. & 13. lib. Vitæ Iacob. 1. Arragonum regis.*

Inter regni huius vrbes Valentia primaria est, & Episcopalis sedes: cuius Episcopum habere annuè tredecim millia ducatorum aureorum, testes sunt Marinæus Siculus, & Damianus Goesius. Inter omnes Valentias in Europa sitas, hanc Magnam appellari à Gallis scribit Bernardus Gomesus. Duodecim enim millibus domorum constat, præter suburbana & hortensia, quæ numero fere vrbana exæquant. Scribit Petrus Medina in hac vrbe esse supra decem millia puteorum aquæ viuæ. Eius autem exactam descriptionem, vide apud Io. Marianam lib. 12. cap. 19. Hispaniæ. Elegans adeò est vrbs, vt trito prouerbio vtantur Hispani, quo dicunt, Barcelonam diuitem, Cæsaraugustam saturam, Valentiam formosam. Coloniam Romanam hanc vocat Plinius. tribus millibus passuum remota à mari, vt idem prodit. Hanc prisco æuo Romam appellatam à Romo Hispanorum rege, Annius ex Manethone, & Beutherus ex Annalibus tradunt: fides sit penes illos. In antiqua inscriptione nominatur COLONIA IVLIA VALENTIA. *Romæ nomen retinuisse, addit idẽ Beutherus, donec eam Romani sibi subiugauère. Hi eam amplificatã & nobilitatã, Valentiam nuncupauerunt, vocabulo idem significante. Concilium hic habitum fuit, anno à Christo nato quadringentesimo sexagesimo sexto. Vrbs antiquitate venerabilis est, & vbi ad nostram vsque ætatem multa perdurant antiqua marmora, Romanis inscriptionibus insculpta, quarum quædam videri possunt apud dictum Beutherum, & Ambr. Moralem.*

Ager huius vrbis maxima ex parte à gente è Mauris oriunda, & paternum siue auitum sermonem ac ferè vitæ morem adhuc retinente, colitur. quod à clarissimo viro Frederico Furio Cariolano Valentino accepi.

Cum priuilegio ad decennium 1584.
MVRCIAE PARS.
CASTEL=
Murcia
Orihuella
Fauanella
Casas de costa
Salines
Monarcot
Yella
Almansa
Insula Valentiæ in Castellæ regione
Caudet
Villena
Venta de beneyto
Font de la figuera
Benicorbi
Bicorp
Ayora
Lamola
Xalanse
Xara
Teressa
Boxet
Nucari flauius olim Sucro
Segura fin. Sorabis olim.
Punta del pinato.
Rodoua
Cox
Grania
Callosa
Albatera
Cafra
Almoradi
Hoyales
Cliuellent
Aspe
Lodaya
Rosales
Elche
Aspe vieja
Monfort
Elda
Petrix
Sierra del Cal
Castalla
Biaz
Onil
Molins de Tior
Vellada
Enguerra
Vallbayt
Gella
Nauarras
Tous
Cotes
Alcantara
Anna
Stubery
Sallens
Rena
Ayelo
Olleria
Benisado
Albajda
Alcoy
Contayna
Belgida
Palamar
Benigamin
Benalloba
Alcoleia
Ares
Bugot
Agues
Cabeço de oro
Silla
Cosudes
Val de sita
Tollo
Rellea
Orchota
Val de gallinera
Villa longa
Fiuestrut
Benidorra
Atalaia
Bella guarda
Cenisa
Pedeger
Gata
Denia
Xabea
Atalaia
Calp
Benissa
Teulada
Atalaia
Forcello
Sucronensis sinus
Illicitanus sinus
Puerto d'Alicante
C. d'Alcadre
Isla de S. Pola
Torre del pac
Torre del carabassi
Atalaya del gua amarga
Alicante
Urcinia
S. Ioan Machamiel
Fuen caliente
Canallons
Agost
Tibi
Ibi
Alsajora
Benalloba
Font del molinar
Xixona
Benimagrel
Illot
Atalaya
Cabeço de oro
Atalaia
Bella guarda
C. Negret
C. de Tox
C. de Hisac
C. blanco
Vallador
C. de la Mora
C. de la naue
C. de S. Antonio
Artemisium, siue Dianium prom. quod et Hemeroscopium, et Ferraria.
MARIS MEDI=
Scala leucarum Hispanicarum
1 2 3 4 5 6 7 8 9

PARS.
ARRAGO=
NIAE
PARS.
TIAE REGNI,
olim
NORVM SI PTO=
EDETANORVM
IO CREDIMVS
TYPVS.
ARRA=
GONI=
AE
ORA.
TERRVNEI PARS.
Teruel
Fuensanta
Villesfar
Camarena
Sarran
Puebla de Valuerde
Malanera
Aluentoja
Mora
Cedrillas
Alcala
Montagudo
Gudar
Allepuz
Villarroya
Fortanet
Curuaz
Fronjon
Castellote
Cantavrijo
Mirabel
Holocan
Bordon
Albordes
Torre sarques
Portel
Mata
Tosal
Palanques
Villores
Motello
Hortel
Corica
Soiteres
Mas deloi
Chiua
Herbes
Monroig
Castellde cobre
Pobla
Bonifaze
Ballisor
Anferre
Ferneros
Gert
Canet
Rosel
Tena
Traiguera
Cena
Hostaleis
Canar
Serueta
Benicarlo
Grao
Coliz
Atalaya
Salsadella
S. Matheo
Alcala
Clouiert
Polpis
Les cones
Torre del domengo
Albocacer
Cati
Vallanoua
Villa franca
Benifal
Culla
Ares
Vall de Ebrera
Vall de Ebenolom
Villa fornera
S. Ioan
Vista bella
Lucena
Huseras
Alcora
Alfanta
Venta
Sierra
Villar de ciuas
Pollijena
Varona
Bellos
Borriol
Castello
Pobla
Cabanes
Benicasi
Oropesa vieja
Alcala
Atalaya
Stany
Kruz
Atalaya
Atalaya
Atalaya
Cabo fortuna
Cabo de Pola
Cabo de la Cimera
Punta del Cofre
Torre de Oropesa
Sceu flu.
Millas flu.
Salinas
Atalaya
Mancofa
Atalaya
Stany del mar
Tarbis
Pichorna
Grao
Valencia
Albufera
Cabo de cofera
Villa belle
Nelles
Lallosa
Cullelles
Atalaya
Borriana
Burriana
Vila
Almenara
Cabo de S. Martino
Cabo de S. Matheo
Burriana de S. Matheo
Cabo de Pola
Cosa flu.
Sceu flu.
Vinaroz
Peñiscola
Alcalaten
Vila nueua
Vila
Turia
Godella
Gestelloang
Miralcamp
Rhuija
Bobla
Bensano
Loleian
Alturo
Porta celi
Naquera
Surra
Betera
Carrica
Cuneu
Soto
Algar
Alfara
Alfara
Alfara
Spadam
Alcudia
Ayodar
Villamalu
Val dal monacer
Sogorbe
Xelda
Figueres
Cirut
Torrulua
Tormo
Sucayna
Beninalesia
Toga
Pobella
Lucena
Vallat
Fensara
Luisa
Aleora
Hondo
Begi
Borriol
Castello
Pobla
Cabanes
Benicasi
Oropesa vieja
Alcala
Atalaya
Stany
Kruz
Atalaya
Atalaya
Atalaya
Cabo fortuna

GADES.

VB Cadibus duas insulas videntur comprehendere Strabo, Plinius, & alij nonnulli. Mela, Solinus, Dionysius, Ptolemæus, vnam tantum, quam & Gadiram vocant, cum eiusdem nominis vrbe. Qui duas faciunt, vnam Maiorem, alteram Minorem vocant. Hanc Erythiam & Aphrodisiam vocatam scribit ex Philistide, Timæo, & Sileno, Plinius, & ex Pherecyde Strabo, quibus quoque Iunonis insula appellata fuit. Illa vocata fuit peculiari nomine etiam Erythia, atque Cotinusa ab incolis, Gadir à Pœnis, & Tartesson à Romanis, eodem Plinio auctore. Hodie vna tantummodo exstat insula, (eaque Oceani alluuionibus valde diminuta,) quam Hispani *Cadiz*, & corruptè *Caliz* vocant. Nostrates nescio qua ratione *Calis malis* cognominant. In Maiore, Gadium fuit opidum: in maiore, Iulia Gaditana Augusta; quæ antea, vti ex Strabone videtur, Neapolis dicebatur. Hanc hodie Cadiz, vti insulam, vocant. Episcopalis hæc hodie vrbs, cuius Præsul etiam Algeziræ titulum vsurpat.

A Tyrijs Phœnicibus hanc insulam ab initio nauigatam & excultam, ex antiquissimorum scriptorum monumentis palam est. In hac Geryones postea habitasse à quibusdam existimatur, cuius armenta Hercules Ægyptius vel Tyrius abduxerit. In altero eius cornu, huius Herculis templum fuit, conditoribus, religione, opibus, & vetustate illustre. Cur sanctum sit (inquit Mela) ossa eius ibi sita efficiunt. In altero Saturni templum fuisse, Strabo auctor est. In Herculis templo hoc, Alexandri Magni imaginem conspexit Cæsar, referente in eius vita Suetonio. Erat & fons ibi potui aptus, qui contrario affectu, sub exundatione maris deficiebat, & eodem defluente implebatur. In eodem templo æreas columnas octo cubitorum fuisse, idem tradit, quibus inscriptus est sumtus factus in templi exædificationem. Iunonis fanum ibidem quoque agnoscit idem ex Artemidoro. Senectutis etiam templum, item Mortis, in ea describit Dionysius, & idem aras Anno, Mensi, Arti, & Paupertati. Herculis columnas in hac ostendi tradit Isidorus, & nasci in ea arborem, similem palmæ, cuius gummi infectum vitrum Ceraunium gemmam reddit.

Incolæ nauigandi peritia olim claruere, atque ab hac auita marium perlustrandorum ratione minimè hac nostra ætate degenerant. Præcipuus autem eorum quæstus ex salis confectione, & rhynnorum constat piscatione: eorum enim hic sollennis captura. Hos frustulatim dissectos, & sale conditos, atque in cadis repositos, per omnem ferè Europam venales distribuunt.

Hanc insulam, extremum versus Occasum noti orbis terminum, credidit antiquitas; vnde Silius 1. *Atque hominum finem Gades*, &c. Et idem 17. *Terrarum finis Gades, ac laudibus olim Terminus Herculeis Calpe, Bætisque lauare Solis equos dulci consuetus fluminis vnda.* Solem hic enim ex diurno labore fessum, Oceano se immergere atque requiescere fabulata est, vnde, *Solisque cubilia Gades*, quoque apud Statium. Nautæ nostrates etiamnum hodie huius insulæ promontorium versus Occidentem (quod ab incolis S. Sebastiani vocatur) *Het eynde der VVereld* nominant, quasi dixeris, Mundi vltimam metam. Hanc vetustam inscriptionem in hac repertam, profert ex Cyriaco Anconitano Appianus, in suo Inscriptionum volumine: HELIODORVS INSANVS CARTHAGINENSIS AD EXTREMVM ORBIS SARCOPHAGO TESTAMENTO ME HOC IVSSI CONDIER, VT VIDEREM SI MEQVISQVAM INSANIOR AD ME VISENDVM, VSQVE AD HAEC LOCA PENETRARET. Fictitiam autem & nouam esse docet Ant. Augustinus, Dialogo vndecimo de Nummis antiquis. Plura apud Strabonem & Philostratum de hac insula. De eius vrbe apud Brunum in suo Vrbium volumine.

GVIPVSCOA.

CANTABRICI Regionis Hispaniæ portio est Cuipuscoa, contigua regno Nauarræ, & Pyrenæis montibus, qui eam à Gallia discriminant, Biscaiam etiam Cantabriæ partem habet ab Occidente. Incolæ apud Ptolemæum Vardiili nominantur. Quidam eam hodie Lipuscoa, & Lepusca vocant, sed corruptè, Vt scribit eius incola Stephanus Garybaius. Cognominant eam non immeritò quædam huius regionis archiua, murum siue propugnaculum regnorum Castellæ & Legionis. Regio est montuosa, vbique ferri & chalybis ferax, adeò vt nullibi terrarum ferri maior sit abundantia aut præstantia. Vnde hinc omne genus ferramentorum vtensilium in vicinas regiones, magno incolarum emolumento, exportatur. Bellica quoque instrumenta, vt sunt bombardæ, arcubalistæ, sclopeti, (nouæ res nouis vocabulis significandæ mihi sunt) loricæ, enses, &c. hic tantâ copia & bonitate parantur, vt non tantùm ab omnibus expetantur, sed & omnibus vbertim suppeditentur. Gens quoque ipsa bellicosissima. Martis officinam, regionem, & incolas eius operarios, verè quis dixerit. Qui maritima tenent, nauigationi operam vt plurimùm dantes, ex piscium, quos *Baccalaos* vocant, captura; & balenarum, quarum adipem in ahenis decoctam, liquidamque factam, in cadis impositam, longè lateque distrahentes, quæstum faciunt. Sal quoque hic coquitur, in loco qui Salinas inde dicitur, illudque cum auena aut lini semine, nescio qua de causa, miscentes.

Vrbs metropolis in ea Tolosa est, ad Araxis & Oriæ fluuiorum confluentiam. Aliæque sunt Placentia, vbi fabrorum ferrariorum copia: Motrico, aut potùs Monre de Trico, sic dicta à scopulo Trico, huic imminente: S. Sebastiani portus, quæ huius regionis capacissima, optimeque exstructa. Commercium hic multarum & variarum gentium. Hæc primò *Hicuru* dicebatur, postea *Don Basilia*, & corruptè *Donastia*, quod idem sonat quod S. Sebastianus. *Don* namque Cantabris idem est quod *Sanctus*, vel *Santo* Castellanis. Vocatur autem hæc ipsa vrbs vulgo ab incolis *Vrumea*. At cùm hæc regio linguâ omnino differat à ceteris Hispanis, vsu venit vt quamplurima loca duo vel plura nomina secundùm linguarum differentiam sortiantur, quorum quædam hic enumerare non inutile historiarum lectoribus duxi. Sunt itaque hæc ciuitatum synonyma.

Salinas, Gaxa,
vtrumque idem sonat quod sal Latinis.
Mondragon, Arrasale.
Monreal, Dena.
Aspeitia, Vrazueitia, & Saluatierra de Traurgui.

Olite, Arriuerri.
Renteria, Villa neuua de Ojarcum.
Penna Oradada, Puerto de S. Adrian.
Elicaur, Licaur.

Marquina, Elgoyuar.
Azcoytia, Vrazgoitia & Miranda de Traurgui.
Araxa, Arayça.

Aralar mons, dicitur quoque Arara. Et Vidoso fluuius etiam Vidorso, Alduida, & Beyouia. Hic fluuius medius est inter Calliam & Hispaniam. In describenda hac regione satis prolixus est Stephanus Carybaius, quem consule, lib. 15. cap. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. Florianus del Campo nonnihil quoque de ea, lib. 1. cap. 2. Scribit in suo Itinerario Nauagerius, hoc tractu tantum ferri & chalybis effodi, vt singulis annis octoginta millia ducatorum inde quæstum faciant. Verba hæc Plinij huc pertinere puto, quæ habet lib. 34. cap. 14. Cantabriæ maritimæ parte, quam Oceanus alluit, mons prærupte altus, incredibile dictu, totus ex ea materie (ferro nempe) est.

CARPETANIA.

IN vmbilico Hispaniæ hæc regio situm habet, quam Plinius & Liuius Carpetaniam nominant. Carpetanos populos notat Strabo, & Carpitanos per i Ptolemæus. Hos Carpesios vocat Polybius, & etiam alicubi Liuius. Caput horum Toletum est. cuius descriptionem vide apud Nauagerium, Petrum de Medina, & Georgium Brunum. Totam Carpetaniam non profert hæc tabula, sed partem tantùm, quæ à Toleto versus Orientem vergit. De Toleto hic addam, quia alibi me legisse non memini, quæ habet Rogerus Houedenus 2. Annal. Angliæ, apud quem Tulette dicitur, de qua apud ipsum hæc verba: Est in eadem ciuitate mons quidam, de quo quotidie sumuntur plus quàm mille camelorum onera, & tamen numquam decrescit: quia quamuis spelunca fiat profundissima, tamen cras implebitur, si pluuia ceciderit super eum. Et terra inde sumta defertur per circumiacentes prouincias, & venditur ad lauandum capita & pannos hominum, tam Christianorum quàm paganorum. Vixit hic dictus Rogerus circa annum millesimum ducentesimum.

Cum priuilegio Imp. et Belgico. ad decennium.
CAR: PETANI: Æ PARTIS DESCR. 1584.
Septentrio.
Occidens.
Oriens.
Meridies.
Leganes. separum hic magnus prouentus.
Echetaff.
Ouinanes.
Perle.
Coubas.
Caranq.
Pinto, caseo opt. celebris.
Torejon. salsamentorum piscium emporium.
S. Martin de Vega
Palamero.
Val de Moro.
Yellescas.
Yeles.
Hasayna.
Cinpuezelos.
Molino de Henar
Cinchon.
Esquivias. nobilis. hinc vinum.
Sesena
Espartinas.
Villa Conejo.
Colmenar.
Villa longa.
Pantoja.
Borox.
Cavana.
Cohezas.
Almeda.
PICARDIAE vocabulum vti vetuſtum non eſſe, omnes rei Gallicæ ſcriptores affirmant, ita eius originem aut rationem nemo eſt qui ſe ſcire fatetur. A Begardis initium habere haud audet aſſerere Cœnalis. negat omnino Belleforeſtius, vt qui Picardorum memoriam, Begardorum nonnihil antiquiorem putat. Sunt qui apud hos bellici illius teli genus, quod vulgò Picas vocant, vſum inuentum, indeque nomen ſortitos, ſuſpicantur. Hoc in confeſſo eſt, Picardiæ nomen quondam latiùs patuiſſe; Arteſiam enim, Flandriæ partem ad Liſam amnem vſque, Bolonienſem Comitatum, ſub Picardiæ vocabulo comprehenſas legimus. Ea regio quæ hodiæ Picardiæ proprio titulo gaudet, eouſque ſe minimè extendit, vti in hac tabula conſpicitur.

Hæc regio pars Galliæ Belgicæ eſt; olim ab Ambianis, Belluacis, & Veromanduis, (ſiue, vt Ptolemæus legit, Romanduis) habitata. Somona fluuius, quem Phrudim Ptolomæi putant, totum hunc tractum irrigat, omniumque frugum agrum fertilem, vrbeſque rerum copia diuites, facit. Adeò enim frumenti fœcundus eſt, vt vulgus id trito prouerbio Pariſiorum horreum vocitet. Vinum non fert; ſed id potiùs incolarum ignauiæ ſocordiæque, quàm ſoli intemperiei, aut cæli iniuriæ imputandum, ſunt qui cenſeant.

Vrbes in eo inter ceteras præclaræ, ſunt Ambianum, vulgò *Amiens*, antiquitate, & epiſcopali ſede nobilis. Hæc Somona fluuio circumquaque ambitur. hinc nonnulli ſunt, qui eam Ambianum ab ambitu aquarum dictam nugantur. munitiſsima eſt, ſi quæ alia, in vniuerſa Gallia. Vulgus eam ab Alexandri Magni militibus conſtructam putat. Sub huius diœceſi Abbeuilla deinde eſt, cuius nomen recens eſſe, ipſa etymologia docet: Abbeuille enim nihil aliud quàm Abbatis villa Latinè ſonat. ex abbatia enim primùm in vrbis magnitudinem & formam excreuit. Hæc hodie Comitatus Pontieu nomine, primaria ciuitas eſt. Habet hic Comitatus nomen à multitudine pontium; regio enim paludinoſa admodum, & ſtagnis inuia, multis in locis eſt. Pecquini eodem tractu viſitur: à quodã Pignone Alexandri Magni milite primario conditum, ſi fides vulgo ſit. Eſt S. Quintini ſanum in Veromanduis, Auguſta Veromanduorum à multis credita, Comitum Veromanduorum aliquando domicilium, atque eius regionis caput. Perona, bellicis cladibus ſæpius fatigata, omnibus innotuit. Guiſa etiam, propugnaculum, verſus Lutzemburgum videtur. vnde Guiſianorum familia nomen ducit. Sunt aliæ minùs celebres ciuitates, vt Corbeium, Roium, Nella, Hana, Caſtiletum, Mondiderium, &c.

In libello Gallico, qui viarum Galliæ titulum præfert (*Chemins de France*) Picardia in tres partes diuiditur, in Inferiorem, Superiorem, & Veram ſiue Propriam. & in ea, Vermandois, Retelois, Tartenois, & Tiraſcha (malo his incolarum vernaculis vocabulis vti, quàm noua Latina facere) regiunculæ. Hæc propria, hac noſtra tabula continetur.

PI:
CARDIAE,
Belgicæ regio:
nis descriptio.
Joanne Surhonio
auctore.
Cum Imp. et Reg.
privilegio decenn.
1579.
Britannici
maris
pars.
Baillage de Hesdin.
VIMEUX
COM.
THIEV.
PON:
Nor
mandiæ
pars.
OCCIDENS.
BEAU:
VOIS.
Champagnæ pars.
SAN
TERR
Amiens
Corbie
Mondidier
Pierrepont
Boulogne
la grace
Gournay
Catenay
Ermitage
Mollien le
Vidam
Le mont nos
tre Dame
Miramont
Poies
Flouvy
Contre
Esclebecq
Clery
Vellatre
Surdon
Bonoeul
Vendoeul
Capelay
Bretteuil
Abb:
Folleville
Paillarde
Le Saison
Kinval
Morisseulle
Hourge
Nouion
Villers bretoneu
Saint
Ploiy
Le Romeaulx
Paraclite
Abbey.
Rivieres
Wally
Ver
Bacrieux
Loeuilly.
Grat
pars
Coitte
Catte
Catte le
Litt
Berteau
court
Torcy
Temme
Domart
Bienuille
Mangart
Alteff le
Demuin
Moreul
chan.
S. Marg
en cauch
Daue
court
Le Saison
Garbe
Chaquenelle
Saiz le seq
Sally
lorette
Boisseuse
Brelies
Francuellers
Ignemy
Boisnay
Wagny
Bussencourt
Wez
Folloy
Aubigny
Glisyes
Longeaux
Blangy
Boutry
Salez
S. Fusiru
Cagne
Boue

Scala milliariorum.
1 2 3 4 5 6
HANNONIAE
Cambresis.
Cambray
Creuceux
Chasteau en Cambresy.
Landsy
Chastillon
Vaux
Bapammes
Chastelet
VERMANDOIS.
Perone
Douen
Cartigny
Liramont
Truncourt le petit
Wiencourt
Croix
Ogny
Doren
Hanappe
Quheny
La chapelle
Yron
Lehuielle
Monseau
Sany
Fayestre
Berno
Guise.
Brauraing
Roumeroy
Prolly
Autreppe
Estreux
Puisieu
Orgny
TERRACHE.
Fontaine
Veruing
Ripemont
La Ferte
Sery
Achery
Cressy
Marle
Nouuion
Sart
Pont
Acy
Warly
S. Lambert
Cressy
Coussy
Forest de Coussy.
Laons
LAONNOIS.
TARTENOIS.
Mont begny
Brouay
S. Simon
Hen
Nelle
Noyon
Chauny
Pierrmand
Follemery
Genlis
Neufuille en bane
Forest de bany
Chalauy
Maretz
Buisus
Trussy
Auffemont
Cuille
Berry
Le bacq a Berry
Le bacq a Cuyer
Acy
Compiegne
Losy
Oise flu.
Sambre flu.
Escaldis flu.
Somme flu.
Ornoy
Bees
Foeny Abb.
Bohan
Beaurieux
Neurleux
Vauk
Scaldis fons
Somme fons
Le pont de trocz
Le Vergies
S. Quintin
Vermand Abb.
Dalon
Fontenyne le dery
Arten
Germain
Estrely
Molinam
Lany
Roy
Plainuille
Ruiers
Longrue
Nuuiscourt
Ogneulle
Laffaye du bois
Gaulencourt
Ville serue
Quimy
Fresny
Beauleu
Canny
Cuuille
Flesy
Le Petit du Roy
Maurinau Abb.
Solemy
Champigne
Rugisse
Marchiers le petit
Bernetrangle
Aysoe
Aurot
Hurlon
Mauricy
Fayeuy le grand
Bruyeres
Seruiscourt le grand Bray
Ecuiry le grand
Seruille
Acheryy
Lasserolle
Flauesy le marteau
Genlis cha.
Forniers
Mont Gille
S. Aubin
Mauricy
Mauroy
Mauroy
Berne
Bruneitesse
Collincourt
Menchy la gille
Vermand Abb.
Hurlon
Mauricy
Orgny
Puisieu
Osse

PROVINCIA.

PARTEM Galliæ, quam Narbonenſem & Bracchatam vocauit antiquitas, ſub nomine Prouinciæ comprehendit Cæſar & Plinius. Huius portio, quæ nempe inter Rhodanum & Druentium flumina, Alpes, Varum amnem, atque Mediterraneum mare continetut, hoc nomen hactenus ab incolis retinuit: PROVENCE enim vulgo vocatur. Arelatenſe regnum aliquando dictum, Petrarcham auctorem habeo. Media ætas hunc tractum Prouinciam Viennenſem tertiam vocauit. Habet collimitaneas regiones, ab Occidente eam quam Languedocam appellant; à Septemtrione Delphinatum; ab Oriente Pedemontanã dictam: à Meridie nullam, ſed dictum mare Mediterraneum, inſulaſque Sthœchades. Hec pro fertiliſsima totius Galliæ regione ſemper habita fuit; habeturque in hunc vſque diem. vt, quæ Straboni aliisque teſtibus proferat omnia fructuum geneta quæ in Italia naſcuntur. Si Belleforeſtio fides, ſacchari hodie ferax, circa Yeres opidum. mãnam hic quoque colligi, idem auctor eſt. Vrbes huius primariæ ſunt Maſsilia, antiqua Græcorũ Phocenſium Ionica colonia, quæ ex tribus, vt Cæſar v. Ciuil. partibus mari adluitur: reliqua parte habet aditum à terra. Strabo ſcribit portum habere theatri forma, etiam naualia & armamentarium. Eratque in ea Epheſium, ſiue Dianæ Epheſiæ fanum: item Apollinis Delphinij. Huius incolas trilingues fuiſſe, vt qui Græcè, Latinè, & Gallicè loquebantur, refert ex Varrone D. Hieronymus. De hac vrbe plura apud Trogum XLIII. & Panægyricum Conſtantino Magno ab Anonymo dictum. Arelatum vulgo Arles, ad Rhodanum fluuium; quæ Auſonio Arelas, & Gallula Roma dicitur. item duplex Arelas: idque vt annotauit de hoc poëta optimè meritus doctiſsimusque Vinetus, quia à flumine olim intercidebatur; nunc ſimplex eſt, longeque alia facie, vt quæ tota in ripa fluminis eſt quæ Italiam reſpicit. Hanc multarum ciuitatum decus facit Ammianus. Coloniam Romanam ductam à Tiberij Imp. patre, docet Suetonius. Burgundionum aliquando regiam fuiſſe, adſerit Procopius. Aquæ Sextiæ, ſic dictæ, vt apud Strabonem legimus, quòd Sextius is qui Salyes ſubegit, hanc ſibi & aquis calidis quæ ibi ſunt cognominem condidit. hodie Aix corruptè vocatut. Has aquas autem in frigidas mutatas ſuo tempore, idem putat Strabo. quod & Rob. Cœnalis hodie adteſtatur: nec iam eſſe famæ prioris. Parlamentum, vt vocant, huius regionis hîc. De hac Gabriel Simeonius ſcribit ſe numquam locum amœniorem, neque gentem humaniorem vidiſſe vel frequentaſſe. Eſt & Cabellio olim, nunc *Cauaillon*. Taraſcon, quod nomen retinet. Carpentoracte, vulgo *Carpentras*. Vaſio, quod *Voiſon*: idem cum Foro Vocontior. vt quidam arbitrantur. Taurentum, & Telo Martius, quod nonnullis hodie *Toulon* interpretatur. Forum Iulij, nunc *Frejus*. Olbia, quæ fortè *Yeres*. Antipolis, *Antibe*. Seguſteron, *Ciſteron*. Vintium, *Venze*. Glanatica, *Glandeues*. Dinia, *Digne*. Tecolata, quod *S. Maximini* putant. Grinnicenſis, *Graſſe*. omnes antiquitate nobiles. Eſt & quod S. Baume nominant. aſperrimo in monte ſitum, in eoque ſpelunca, in qua Mariam Magdalenam pœnitentiam egiſſe, vitamque finiuiſſe, incolis perſuaſum. Videt præterea lector ad Rhodani oſtium ab vna parte tractum *La Craux* vocatum, ab altera *La Camargo*. hunc fertilem ad miracula vſque, frumenti, ferunt. ſicque dictum exiſtimat Belleforeſtius à Caſtris Marij hîc olim fixis. Illum omnium rerum ſterilem, & nihil præter lapides oſtendentem: Lapideus campus meritò ob id à veteribus vocatus. Inſulæ huic regioni adiacentes Stœchades ſunt, ab ora Ligurum, vt habet Pomponius, ad Maſsiliam vſque diſperſæ. Plinio tres numero ſunt, quas ſingulatim nominat. Strabo quoque tres earum memorabiles dicit, & duas exiguas, memoratu, vt ſcribit, indignas. Corallium laudatiſsimum circa has naſci, Plinius teſtis. idque hactenus, Belleforeſtio teſte. At in huius regionis laudem deſcripſit peculiare volumen Petrus Quinqueranus Epiſcopus Senecenſis.

Conterminus eſt huic regioni ab altera parte Druentij fluminis tractus ille Pontificij iuris, quem vulgo Venacin, ſiue Comitatum Venuxinum & Veneticum appellant. in qua Auenio, Academia celebris; vbi & ſedes aliquando Pontificia. à Clemente nempe v. anno milleſimo trecenteſimo, vſque ad Gregorium II. per annos nempe ſexaginta. Gallicam Occiduamque Babylonem tunc vocabat Petrarcha. Prætet ceteta huius vrbis ſuſpicienda, vulgò fertur in ea eſſe res admirandas numero ſeptem: easque ſingulas ſepties. ſcilicet ſeptem palatia; ſeptem xenodochia; ſeptem parochias; ſeptem feminei generis monaſteria; ſeptem collegia; ſeptem conuentualia, & ſeptem portas. Hinc haud procul quoque Vallis Cluſæ ad Sorgæ fontem, locus à Fr. Petrarcha celebratus, quem Heliconem & Parnaſſum ſuum nominare ſolebat. Hoc à mundanis curis ſibi elegerat diuerticulum. vir mihi (vt hoc addam) non è vulgo ſcriptorum, ſed quem non immeritò Senecam Chriſtianorum appellare audeam.

PROVINCIAE,
Regionis Galliæ, vera
exactissimaq; descriptio.
Petro Ioanne Bompario
auctore.
LA GVE DOC.
CONTE DE VENA
CONTE DE SAVLT.
LE BERO
NMONT.
Avignon.
Arles
LA CAM ARGO.
LA CRAV
Mer de Martigue.
Marseille
Les Pomegues
Les Tignes.
OCCIDENS
Aix.
Cum Privilegio decennali
Imp. Reg. et Brab. 1594.
Milliaria
Provincial.
Gallic.
Italica.

MARIS MEDITERRANEI
ORIENS
CONTE DE BIL.
CONTE DE NICE
Val de Blora
Nice
Vintimiglia
C. de S. Serge
La Grenille
Les Sardinieres
Isle de can
C. de Ihelbe
C. de portes
Goulfe de Grimault
Termigue
C. Tellat
L'Isle du Titan
Dor Stoechades
Camfort
S. Clement
Embrun
Mont clar
Tentis
Hubair
Lesfose
Les ecoles
Barcillone
Le Castellar
Mauren
Chapera
Osci
Madalena
Antrogue
Perefes
Sarbus
Perergor
Lauz
Alle
Entraines
Castellanus
Villa nesfue
Guillermes
Les vibers
S. Legier
Aulnare
Laroque
Vogue
Les Ferres
Vorgeres
Vorgeres
Vorge

GALLIÆ NARBONENSIS ORA MARITIMA.

VIVS Tractus loca celebriora describit Guilielmus Paradinus his verbis: Arelatem Sextanorum Coloniam fuisse tradunt scriptores. Ea ciuitas ad Rhodanum vndique septa est paludibus; in quibus hodie præferoces aluntur boues. Olim nobile Emporium fuisse, Strabo auctor est his verbis: Narbo (inquit) amplissimum eius regionis Emporium, supra exitum Ataxis fluminis, Narbonensemque lacum, iacet: Rhodano autem adiacet oppidum, Emporiumque non paruum, Arelate. Arelate vicinæ sunt aquæ calidæ, apud quas Sextius, vt idem Strabo ait, oppidum sui nominis ædificauit, vocauitque hoc Aquas Sextias. Condendi oppidi consilium fuit, vt illic Romanum collocaret præsidium. Illic cæsos fuisse Cimbros à Mario, scribit D. Hieronymus. Arausio (hodie Orange) Cabilonensium imperio olim insignis; in qua Theatri ingentis ruinas, & stupendi operis murum quadrato affabrè lapide vidimus, & cui, haud scio, an Gallia vniuersa similem habeat. Est & ad portam qua Lugdunum spectat, Arcus triumphalis cum insculpta equestri pugna, quam diu magna voluptate spectauimus. Huc & Nemausum pertinet, Amphitheatro antiqui operis visendum, (Arenas vocant.) Mirum illic ostendi subterraneum meatum, qui per transuersum Rhodanum sub ipso alueo ductus, in procul dissitam peruenit ciuitatem. Est & Basilica Plotinæ, quam Hadrianus Imp. exædificauit, auctore Spartiano, &c. Hæc ex Paradino. Sed accuratissimè descripsit hanc vrbem, iconibusq; eius antiquitates ob oculos ponens, Ioannes Poldo Albenas; idemq. locorum vicinorum situm, & antiquas appellationes diligentissimè perquirit. De hoc vide quoque apud Strabonem lib. 4. Vide etiam Guntherum Ligurinum poëtam. Huius tabulæ archetypum sua manu descriptum nobis communicauit D. Carolus Clusius Atrebas, amicus noster.

SABAVDIA.

SABAVDIA, regio est Cisalpina, cuius Princeps, qui Dux Sabaudiæ vocatur, etiam Pedemontanam (quam vocant) regionem possidet. Metropolis in ea est Camberinum (Ciuaro olim dicta, si Cœnali credendum est) in qua Senatorius ordo, Parlamentum vocant, sedem habet. Hanc regionem à Sebusianis populis, aut, vt alij, à Sabatis vadis, nomen accepisse putant. Bouillus verò aliam huius nominis originem adfert, hanc nempe: Fuisse, inquit, hanc regionem olim præ locorum angustia, (vtpote inter Alpes sita) & habitatorum paucitate, totam à latronibus obsessam, qui prætereuntes aut iugulabant, aut spoliabant. Tum nobilis quidam eam regionem ab Imperatore in titulum Ducatus obtinuit, qui cunctos ex ea prætereuntibus infestos vi armorum summouit, & viam peregrinis securissimam præbuit. Hinc Saltam viam (quæ priùs Mala via, vulgò Maulvoie vocabatur) eam in posterum, vulgò Saulvoie, vocari iussit: inde Latini Sabaudiam fecêre. Hæc Carolus Bouillus. Fabula sitne, an historia, fides eius sit apud auctorem. SABAVDIÆ certè vocabulum, scio non semel in libro Notitiarum nominari, inter Narbonensis Galliæ prouincias.

Sed libet hic quoque adiungere eius descriptionem ex Paradini historia quam de ea edidit. is ita: Regio quæ hodie Latinis Sabaudia (vulgò *Sauoie*) vocatur, veteres *Allobrogum* ditionem vocauere. continetque totum eum tractum quem olim Sabbatij, Ingauni, Intimelij, Hiconij, Tricorij, Vocontij, Leponij, Latobrigi, Medualli, Centrones, Catoriges, Veragri, Nantuanant, in ea comprehenduntur, Savoia, Comitatus Geneuensis, Marchizatus Susæ, Comitatus Moriennæ, Dominia de Tharentaise, Brengeois, Foucigni, Chablais, Val de Oste, Païs de Vaul, de Geis, aliæque nonnullæ. Habet Sabaudiæ ducatus sub se Pedemontanam regionem, Principatus titulo decoratam. item regionem Bressanensem, in qua sunt Comitatus Varaz, Montreueil, Pont de Vaulx, Bagey, &c. Antiquorum monumentis constat totum hunc tractum olim Regni titulum habuisse: idque temporibus Hannibalis, qui à Bronco & eius fratre de huius tractus regimine disceptantibus arbiter factus, discordiam sedauit, maiorique natu, qui à iuniore regno pulsus erat, imperium restituerat: vt refert Liuius lib. 21. Betultum, aut, vt alij legunt, Bituitum, eorum regem à Q. Fabio Maximo captum, scribit L. Florus. Cottium etiam regem (à quo Cottiæ huius tractus Alpes) meminere plurimi auctores, tempore Augusti Imperatoris. Plura de hac regione lege apud Philibertum Pingonicum.

VENVXINVS COMITATVS.

VENVXINVS hic Comitatus, aut vt vocat Cœnalis, VENETICVS (quem vulgò Venayscin appellant) & terram Papæ, quòd Romano pareat Pontifici, in Gallia est: pars eius regionis quæ nunc Prouincia appellatur, quondam Narbonensis Secunda. Primaria huius vrbs Auenio Cauarum, ad Rhodanum sita. Pontificij iuris est, fuitque Pontificum aliquando sedes. In hoc Comitatu sunt tres episcopatus, Carpentoractensis, Caballicensis, & Vasionensis, totidemque loca vbi ius dicitur: quæ sunt dicta Carpentoracte, Lisla, & Vaurias. Arausiacus Principatus in hac tabula etiam comprehenditur, sic dictus ab Arausione (Orange) metropoli, Ptolemæi & Sidonij scriptis clara. Plinius & Pomponius eam Secundanorum cognominant. COL. ARAVSIO. SECVNDANOR. COH. XXXIIII. VOLVNT. legitur in antiquo lapide. Apud Belleforestium, & Theuetum de his plura.

GALLIA NARBONENS.
LANGVEDOC.
Septemtrio.
PROVENCE.
VIVARETZ.
Occidens
HISPANIAE PARS.
Volcarum stagna
Campus lapidosus, Straboni Le Craux, Gallis
Maguelone, donus est cum templo episcopi Monspesseliensis, olim sedes episcopalis eiusdem. et dicebatur episcopatus Magalonensis. In medijs stagnis est.
Archiepiscopatus
Episcopatus
Oppida
Pagi
MARE GALLICVM.
Scala milliarium Gallicor.
Meridies

Scala milliarium.
DIAE COMITATVS
BVRGVNDVCATVS PARS.
Bresse
Dombe
Lacus Lemanus
Chablais
Grand Bernardin
Petit Bernart
Taran taise
SALASSI POPVLI
La Morienne
Blagonois
DELPHINATVS PARS
Occidens
PROVINCIAE PARS.
Mons Senis
Brianconnois
SABAVDIAE DVCAT.
Auctore Aegidio Bulionio Belgae.
PEDEMONTII PARS

SEPTEMTRIO.
DELPHINATVS PARS.
LANGVEDOC.
PROVINCIAE PARS.
ORIENS.
Scala milliariorum Galliorum.
Montelmart
Firoli
Candeceles
Grigna
Rousse
Grillon
Richeances
Chamerets
Donzere
Pierrelate
Baumes de Iraucy
Pilles
Lenes
Nions
Pegon
Le Buix
Vinsobre
Visan
Bouschet
S. Maurice
Ville
Palux
S. Iaulx
Boso
Duron
Sues
Tulets
Boison
Rois
Rochegude
Bomanmat
Rasteau
Vaison
Entrechaux
Beaumont
Mondragon
Darbous
La Garde Pariol
S. Cicile
Cyrrua
Seguret
Crestet
Mornas
Violene
Vebaux
Serignan
Sablet
Prabion
S. Esteuan
S. Andre de Ramiers
Malauerne
Fontaine
Gresel
Mont Ventour
Baignot
Cyprol
Corcban
Gocordon
La Mane
Martignan
Orange
Gigondas
Montmirail
Codolet
Mallon
Baumes
Vacqueyras
Sault
Caze de Rousse
La tour du preuost
Ionquieres
Caussans
Courthezon
Aulbignan
Caromb
Bedouin
Crillon
Flusin
Maudens
Serce
Monmourgh
Roquemaure
Lers
Lauriol
Masan
Villes
Fauon
Chasteau neuf du Pape
Bedarrides
Pont de Sorgue
Carpentras
Blauuas
S. Mesimme
Monteux
Malemort
Entraques
S. Rafeau
S. Dedier
Venasques
S. Saurey de Tres
Velleron
Baucet
Lambeca
S. Andre
Villeneuf
Farques
La Roche
Muse
Pernes
Gmeas
Auignon
Spaye
Toson
Saumane
S. Rutz
Chasteau neuf
Thore
Vaucluse
Gordes
Rousillon
Durance flu.
S. Chaman
Monte verge
Lisle
Laigues
Velorgues
Cabrieres
Gour
Apt
Barbentane
Comnaos
Bongas
Baumotes
Chasteau renard
Noues
Tour de Subran
La Coste
Valabregues
Grauesons
Cabanes
Maubec
Boumieux
S. Anduol
Robion
Oppede
Trilles
Tarascon
Hourgon
Beaucaire
Merindol
Rhodanus flu.
Durance flu.
Coloa flu.
Aurea
Sorgue flu.
Cum Priuilegio ad decennium.
VENVXINI COMITATVS NOVA DESCR.
Auctore Stephano Ghebellino.

LOTHARINGIA.

LOTHARINGIÆ nomen quondam latiùs patuit : complectebatur enim ferè omnem eam regionem, quæ inter Rhenum Scaldimque flumina, Vosagumque montem iacebat. Hæc tota diuidebatur in Superiorem & Inferiorem. Hæc Inferior Brabãtiam, Hasbaniam, Geldriam,& Cliuiam sub se habebat. In Superiori erat Episcopatus Leodiensis, Lutzẽburgensis ac Limburgensis ditio: Mosellanus etiam ducatus, Palatinatus ad Surã,& Hundsrugensis tractus:atque hodiernus hic,quẽ hac tabula exhibemus,Lotharingię ducatus,nomẽ vetus hactenus retinet, habetq. à Lothario Ludouici Pij F. cui hæc regio sorte obtigit. media inter Westrasiam (siue vt imperiti nominant Noastriam) quæ Carolo, & Austrasiam quæ H. Ludouico fratribus obtigere. Hunc itaque paulo latiùs describere operæpretium duximus, non nostris, sed Symphoriani Campegij Lotharingorum medici quondam celebertimi verbis: is enim ita de eo; LOTHARINGIA ab Oriente Rheni Alsatiam tangit, à Meridie autem Burgundij limites, ab Occidente Campaniam habet Cisalpinam, à Septemtrione Arduenna silua terminatur. Plaga hæc tametsi alpibus cælo vicinis cingatur, nihil tamen vicinarum eget alimoniis, vsque adeò fertilis est & opima: gregibus, armentis, pratis, frumento, vino, stagnis piscosis, siluis peraltis, balneis salutiferis, salinis, ferro, ære, plumbo, stanno, argento, gemmis, speculis, calcidoniis, & variis fluminibus irrigata: quorum quatuor præter cætera clariora sunt. Primum siquidem Mosa Meridiem versus è Vogeso monte (à quo bona magnaque Lotharingiæ pars Vogesia nuncupatur) emanans, Nouicastelli (quod huiusce horæ opidum & situ & loci amœnitate, atque aëris temperie est conspicuum) fines perlabitur, ducatum Barrensem à Lotharingia dirimens, quodam Rheni ostio emergitur, priusquam in æquoris fauces erueret. Alterum Mosella inter Orientem & Meridiem non longo interstitio à Romerico monte ortum habens: quod opidum cœnobio virginum Vestaliuni non nisi nobili sanguine satarum impensis prouentibus annuis donato,decoratum est. Hinc circiter sex milliaribus distant balnea semper natura calida, ad quæ complures diuersis irretiti ægritudinibus vndique confluunt. Extemplo Spinallum, Chermas, Tullum, (quod priscis temporibus Leuca appellatum est) Mediomatrices, (quos nunc Metenses vocamus) velocibus perlabitur vndis: nec multò post in Rhenum cadit, confluuio quo ibi Germaniæ ciuitas Confluentia denominatur: Inter hæc duo fons est instar maris bipartitus, non longè à Vitello opido, vnde Vena fluuiolus scaturit: nunc arenosus, modò cœnosus, sepiusque horridior rusco, & proiecta vilior alga. cuius fluentum æstiuus Cancer ferè combibit desiccatque: præter lacunas quas ingenti aquarum copia efficit profundissimas. Tertium flumen Murtha, quod rupibus argentifodinarum circumquaque indies emergere conspicimus, atque in Deodatensem vallem irrumpere, in qua fons D. Godeberti, qui multis morbis curandis diuino quodam munere salutifer ab omnibus vna voce perhibetur. Perfluit is fluuius Murtha opidum Deodatense, subinde Rauonum, Luneuillam, opida,me herclè & natura valloque ac mœnibus altis expugnatu apprimè difficilia. Deinceps S.Nicolaum pagum vbique locorum cùm abundantia mercium, rum miraculorum iugi assiduaque coruscatione famatissimum ac celebratissimum. Mox Nauceium opidum Lotharingiæ primarium, multa vi atque munitione munitum. Imprimis duplici fossa immensæ profunditatis, binisq; mœnibus cingitur. Quatuor item propugnaculis, cunctis admirationem adferentibus,nec non machinis bellicis, & tormentis æneis pænè infinitis ad eius tutamen fulcitur. Murtha deniq; Mosellam incidit. Quartum flumen Sartha ab Oriente permeans Wastrasiam prouinciam dominio Lotharingiæ morigeram,visitat Sarrhacastrum,Sarrhapontem,& prope Treuirim à fluente Mosellæ recipitur.

Lotharingia etsi vndique singularibus rebus scaturiat, multis tamen omissis,potiores aggredi nobis constitutum est. In primis etenim habet montes Pyrenæis montibus vniuscuiusque speciei metallorum abundantiâ præstabiliores: in quibus, vt cætera omittamus, pleræque sunt argentifodinæ, tanta argenti copia abundantes,vt incredibile sit memoratu, quantum toti Lotharingiæ adferant emolumentum.

Sunt & Salinæ in quibus sal subtilissimum, gustu suauissimum, ac niue Scythica albius generatur: quæ suo valore quotannis centum millia Francorum Duci, omnibus deductis, afferunt.

Est & materia qua specula & vitrinæ fabricantur, cuius profectò præstantia cæteras totius Europæ prouincias facilè antecellere satis est in confesso: cùm alibi huiusmodi non inueniantur.

Ad hoc quoque miræ magnitudinis nascuntur Calcidoniæ, ita vt ex vno frusto permagnum calicem apud Tullensem antistitem fabrefactum (aut me Dij eradicent) egomet sum conspicatus.

Deinde est & lapidis Lazuli (quem vulgò Azurum vocant) qui inter laudatissimos quosque colores omnium consensu facilè obtinet palmã. præstabilis minera, ex qua fossores haud paruum sibi contrahunt incrementum.

Sunt & præterea in valle Vogesa fontes (inter res memorabiles non omittendi) gemmarum & margaritarum adeò feraces, vt ferè maior Germaniæ pars solis his gemmis vtatur; quæ à quibusuis vel exteris artis lapidariæ peritis non solùm comprobantur, verùm & Indicis & Orientalibus lapillis, nec perperam, præferuntur.

Est postea stagnum, quod (ita me Dij ament) quatuordecim milliaria in suo ambitu complectitur, carpionibus immensæ magnitudinis conspicuum:trium namque pedum longitudinis,& vnius pedis latitudinis ferè vniuersaliter comperiuntur: qui gustus suauitate, cæteros, mea quidem sententia, totius Europæ stagnarios carpiones facilè antecellunt. Hoc enim stagnum tertio quoque anno retiaculo piscatur: cuius piscatura Lotharingo Duci sedecim Francorum millia adferre, vel in cunis iacentibus est compertum.

Adde quòd & Lotharingia opima est frumento, vino, armentis, gregibus, ligno, præstabilibus equis, qui ferocitate Turcos, velocitate Hispanos, magnitudine Anglos antecellunt. proceris viris, mulieribus inexhaustæ formositatis: &, vt paucis omnia complectar, omnium rerum quæ ad victum & vitæ cultum pertinent, nulli cedat. Hactenus hæc Symphorianus.

Scripsit de Lotharingiæ ducum stemmatibus, rebusque gestis satis magnum volumen nuperrimè Franciscus Roseus. Nos quoque in nostro Itinerario quædam huius regionis scitu fortè non indigna euulgauimus.

Lorraine.
LOTHARINGIAE NOVA DESCRIPTIO.
Westereych confinia.
Treuirensis prouinciae
Lutzenburgi pars.
Barrois.
Terre de la Vaiure.
Boys de S.
Benoys
Warnet
waldt
Crehange
Metz
Sarwerden
Guemund
Homborch
Sarbruck
Thionville
Marcheinville

Scala milliariorum Lotharingicorum.
1587.
Alsati pars.
Le boys de Mortaigne.
Le Ban boys.
Le boys Doleyne.
Le boys de la Voyge.
Le forest de la Voyge.
Le Sanc toy.
Boys de Heyde.
Boys de Mondon.
Burgundiæ comitatus pars.
Vogesus mons.
Cum Priuilegio decennali
Ab. Ortelius excudebat
MERIDIES.

BVRGVNDIAE COMITATVS.

BVRGVNDIA duplex est: altera Inferior, quæ & Regia, vocatur: hæc Ducatus nomine gaudet; olim Æduorũ regio: altera Superior, quæ & Imperatoria, appellatur: & Comitatus nomine censetur. & vulgò FRANCE COMTE, (id est liber Comitatus) nominatur. Hanc quondam tenuerunt Sequani. Eam hæc tabula continet. Confinia huius sunt à Septemtrione Lotharingia, Germaniaque Superior; ab Occidente Inferior Burgundia; Heluetij claudũt illi latus Orientale; & à Meridie Allobroges & Secusianos adspicit. Diuiditur hodie in tres diœceses, siue præfecturas; Superiorẽ, Inferiorem, & Dolanam: quarũ ciuitates sunt in Superiore, GRAIVM. hæc inter præcipuas huius Burgundiæ cõputatur. in ipsa Araris ripa sita est, variarũ opum diues, & magnificarum ædium spectabilis. habet ex altera parte patentes & omnium rerũ copia fœcundissimos campos. VESVLIVM. sunt huic fortissima mœnia, & ædes luculenter exstructæ: vitiferũ habet solum. MOMBOSIVM, IVSSVM, PALMAM Dubidi fluuio imminentẽ, PORTVZONAM secundùm Araris littus positã, CROMARVM, MONTEM IVSTINI & FACOGNEIVM. Inferioris sunt SALINAE, amplissima ciuitas, à salsis & altis fontibus nominata & celebris: fit enim hîc sal candoræ præstãs, quod hinc in finitimas regiones curribus exportatur, vnde regioni maximũ vectigal. ciuitas in magna & angusta valle, SCODINGA dicta, in longum extensa, inter montes horrendæ altitudinis vinũ apricis in locis fundentes locum habet. munitissima est, & celsissimis turribus, duabusque arcibus firmata. ARBOSIVM, peramœno hoc loco situm, atque omnium rerũ copia, in primis optimi & ad vetustatem durantis vini, florẽs ac celeberrimum est. magnis circumquaque suburbiis impeditur: fossis cingitur, sed hortẽsibus. circum se sunt montes, adspectu fontium ac vinetorum arborumq. copia suauissimi. hinc Arbosium dictum, quòd arboribus consitum sit. POLICHNIVM non incõcinnum opidum, mœnibus & turribus pulcherrimis munitũ: intus adiacente arce, Grimonia vocata: hinc siluosis, illinc vitiferis montibus septum, quorũ montium vinum est laudatissimum. PONTARLVM in ima duorum montium planitiæ, secundùm Dubidis fluuij littus positum. iuxtà est arx Iura munitissima, in iugo editissimo mõtis collocata, adeò vt inexpugnabilis videatur. NOZARETHVM, aërio colli impositum, vmbilicum huius regionis agnoscens. ædes in ea ferè omnes lapideæ sunt: Princeps regionis hîc arcem habet, quam Plumbeam nominant, ex eo quòd plumbo intecta sit. nundinæ hîc habentur quater in anno. Prioribus sæculis, antequam hoc opidum mœnibus cingeretur, Nucillum appellabatur, à corylorum nucum prouentu; omnino enim inter coryleta iacebat. CASTRVM CAROLI, à Carolo Imp. cui ob res gestas Magno cognomen fuit, ædificatum atq. nominatum, situ nobile & validũ est. MONS MOROTI in monte non arduo, vitibus consito. ORGELIVM mercimoniis florens. incolæ sunt industrij & negotiosi, lanificio operam dantes. ager minimè ferax: assiduis enim collibus & rupibus asper; quod prouerbio locum dedit, quod dicitur habere cãpos sine gramine, fluuios sine piscibus, montes sine siluis ac nemoribus. Dolanæ sunt, DOLA, regionis huius totius celeberrima, omnium studiorum, in primis iuris, nutricula, ad Dubim fluuium pulcherrimo loco se offert; põtibus, mœnibus & stupendis propugnaculis sumptuosa. ædes, templa, gymnasia, vt operum magnitudine, ita architecturæ artificio non mediocriter adspicientium oculos oblectant. QVINGIVM vetustissimũ opidum in Lupæ ripa situm. ORNATVM inter excelsissimos montes Lupa piscoso fluuio interluitur. LOYA, pagus amplissimus. ROCHAFORTIS opidulum: VERCELLAE mœnibus ruina deformibus. Est item in hoc Comitatu VESONTIO, vrbs Imperialis, & vtriusque Burgundiæ metropolis: cuius quia pro eius dignitate descriptionem hæc pagina non capiat, & Gilbertus Cognatus, Paradinus, item Georgius Bruno in suis ciuitatum voluminibus hoc satis accuratè præstitere; de ea hîc aliquid dicere supersedimus. eorum enim ipsorum labores omnibus studiosis facilè ad manus cùm esse possunt, ad ipsos eos remittimus. his dictis, si velint, Robertum Cœnalem adiungant. Vtinam studiosos sua spe non fefellisset Cognatus! promisit enim librum illustratæ & reparatæ veteris Burgundiæ, vnà cum eius chorographia, additis vetustis & recentioribus locorum vocabulis. frustra autem hactenus eum exspectamus. Edidit autem his diebus de hoc Comitatu ingens & peculiare volumen Ludouicus Gollusius, Gallica lingua.

ALLEMAIGNIE.
Ferrette.
Suisses.
Iura mons
Elsace.
Lor rai ne.
SEPTEMTRIO.
Bourgoig.
Langrois.
Basigni.
Rhenus flu.
Rhin flu.
Brisach
Augusta
Mulhausen
Schlestadt
Sarne
Ruffe
Nan
Espinal
Lefon
Gounan
Beffort
Ericourt
Lisle
Plaisavant
Vercel
Franquemont
Vaulfroy
Pourrentruy
Biel
Morat
Neufchastel
Vautravers
Ivrierens
Lisanne
Corte fontaine
Freulhers
Mortan
Benoye
Neufchatel
Venne
Orchan
Bise
Monbenoi
Montbeliart
Pampre
Le Vaulx de Sanse
Vercel
Maille
Villedieu
Desseviller
Veulaffant
Chanteran
Flage
Clervaulx
Membrey
Baulme
Tercena
Ornan
Cleron
Farcan
Montfort
Billon
Raine
Aglie
Quingey
Ron
Buser
Besanson
S. Vit
Pele
Ranche
Roche
Chiffe
Eselan
Balanson
Mommyre
Rochefort
Moiffe
Rove
Dole
Champagney
Chaitonay
Aspremont
Gray
Autrey
Ponterle sur Sone
Auxonne
Champlite
Fouvan
Bourguignon
Vauconcourt
La Charite
Moure
Charleu
Chausarey
Vavillers
Voisse
Fins Sone
Darne
Sonnelle
Sone flu.
Seveuke
Corneu
Pemne
Veleme
Venere
Trave
Gy
Choie
Marney
Fondreman
Granwelle
Le Pin
Ruffe
Pesmagin
Voinny
Rie
Vesoul
Vellefon
Conflau
Cemilly
Porte sur Sone
Se sur Sone
Iusle
Amance
S. Remy
Montaignes de Vage
Demonio uelle
Fontenay
Flagi
Faverne
Charie
Lusseul
Bitaine
Ayre
Cornay
Chastillon le duc
Orselay
Boudoncourt
Villersuse
Monbeson
Mommartin
Regimont
Favaougne
Lure
Maron
Grange
Falon
Clervaulx
Drouse flu.
Ognon flu.
Doubs flu.
Albis flu.
Lanaine flu.
Bregnon flu.
Langres
Chaumont
Scala Milliarium Burgund.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
1589.
Cum Privilegijs Imp. Regis, et Brabantiæ. ad decennium.

Hugo Cusinus, sive Cognatus patriam suam sic describebat
Sauoye.
Pais d'Aulx.
Lac de Geneue.
Geneve
Sauoye.
La Bresse.
Daulphine.
MERIDIES.
Viscon: te d'Au: sone.
Charlois.
Beau: joulois
Au ergne
BVRGVN: DIÆ COMITATVS.
OCCIDENS.

BVRGVNDIÆ
DVCATVS.

IN ea Galliæ Lugdunensis parte quam olim Ædui tenuere, hodie Ducatus Burgundiæ est, cuius limites Campania & Vellaunodunenses à Septemtrione; ab Occidente Niuernenses & Borbonnenses: à Meridie respicit Lugdunenses. Rhodanus fluuius eam versus Orientem à Sabaudia & Burgundiæ Comitatu separat. Vrbs huius regionis primaria quondam erat Augustodunum, nunc autem Diuio vel Diuionum, vt Gregorius Turonensis libro 3. eam vocat, incolis Dijon, in qua supremum huius Ducatus Tribunal, siue, vt recẽtiores loquuntur, Parlamentum. Sita est ad Oscarum fluuium (Ousche vernaculè) pisculentum, in agro fertili & admodum fœcũdo, vini quoquè nobilissimi in adiacentibus montibus feraci: vt habet dictus Turonensis, qui eam elegantissimè describit. Ab Aureliano Imp. conditam hanc, sunt qui credunt, etsi alij sint qui eam multo antiquiorem asserant. Vrbs hodie munitissima, & situ naturali, & artifice manu contra omnem hostilem impetum, aliquot propugnaculis nuper exstructis, obfirmata. Belna (Beaulne) vrbs secundum locum obtinet, cuius vina Belnensia ab huius territorio sic nominata, nemo non laudat. Hæc vrbs ædificiis pulcerrima, & arce à Ludouico XII. exstructa, inexpugnabilis reddita. Est in ea Xenodochium, siue hospitale, vt vulgus vocat, quod structura adeò excellit, vt regiæ quamlibet magnificæ componi possit. Cancellaria hic quoque, siue Iuris præfectura, sedem habet. In huius agro Cistertiense Cœnobium extrũctum fuit circa annum 1098. à Duce Othone; loco nemoroso atque vliginoso, quod à cisternis nomen sortitum credunt. Habetque hoc monasterium sub se mille octingenta alia monachorum, totidemque virginum monacharum claustra, teste Belleforestio.

Sequitur Augustodunum, (quod prius Bibracte nuncupatum fuisse, sunt qui opinentur, nulla tamen veterum scriptorum auctoritate satis nixi) Austun hodie dicitur. Vrbem hanc quondam amplissimam & populosissimam fuisse, ex auctoribus, imprimis Cæsare, omnibus constat. Visuntur etiamnum hic magnæ theatri, præterquam statuarum, columnarum, aquæductuum, pyramidum, ruinæ; aliaque innumera vetustatis monumenta. Effodiuntur que insuper quotidie numismata, vasculaque, & alia id genus antiquæ supellectilis fragmenta. Duo excidia pertulit hæc vrbs memorabilia: prius bello Gallico, duce Cæsare; posterius circa Gallieni Imp. tempora. Restauratam autem postea à Constantino Claudij F. Eumenij Panegyricus indicat, qui eam Flauiam Heduorum appellat. Hodie adhuc superbis vndique templis, ædibusque publicis coruscat.

Deinde est Matiscona Cæsaris, aut Matisconense castrum Antonini, vbi Legionem X. locat idem. Mascon hodie appellatur. Hæc quondam Comitatus titulo celebris fuit. Ponte hæc vtramque Araris ripam iungit. Hic primum cœpit Dominica dies Christianorum feriis celebrari: vt docet ex Guntrami edicto, Paradinus. Historiam huius vrbis Matissanæ (vt ipse legit) peculiari & eleganti libellulo descripsit Philip. Bugnonius. Cabillonum (Chalon) etiam ad ripam eiusdem Araris, antiquitus Orbandale nominatam, tradit Petrus Saniulianus. Ab Antonino hic Legio XIIII. statuitur. Guntrami aliquando regia fuit, quam tamen Lotharius Ludouici Pij Aug. F. postea euertit, incendioque conflagrauit tanto, vt illic fuisse ciuitatem nemo agnosceret. Hodie nihilominus eximiè felix, & conuehendis mercimoniis idonea. Est & Semurium in Mandubiis opidum non inelegans, loco edito. Sunt & alia, vt Chastillon, Flauigni, Soloigne, Noiers, & cerera, quorum omnium descriptionem quia hæc pagina non caperet, ad Belleforestium horum locorum diligentem topographum, studiosos relegamus. Vnum tantum his addam, ex dicto Saniuliano. Is, contra omnes ferè omnium hactenus opiniones, Burgundici vocabuli etymon non à Burgis passim structis deduci sinit, sed à loco quodã singulari Burg Ogne dicto. In agro Langrensi circa Tiliam fluuium inter Luzam & Thilcastellum, refert planitiem quandã ostendi, quam incolæ non alio nomine quàm Vallem Ogne indigetant, Val d'Ogne, in eaque valle olim burgum vel vrbem admodum celebrem extitisse. Hinc nomẽ & originem habere Burgundiones, vel vt vernaculè sonant, Bourgognons, cirra omnem hæsitationem affirmare minimè veretur: atque falli eos qui hos ex Sarmatia, Scandiáue, aut à Mœotidis paludibus, in hanc regionem, tamquam populos vagabundos deducere audent, sed aborigenes indigenásue potius huius tractus vel loci esse, omnibus persuasum cupit.

Burgundiæ limites olim latiùs patuisse ex scriptoribus liquet. sunt enim qui eius terminos à Meridie mare Gallicum statuunt; ab Oriente Alpes, Rhenumque: à Septentrioneque Vogesum montem: ab Occidente Ligerim & Sequanam fluuios. A Regibus tunc gubernatam, cuius sedes Arelatum erat, classici testantur scriptores. Bipartitam factam Burgundiam, & in Ducatum atque Comitatum erectam circa annum trigesimum quartum supra millesimum, Æmiliani annales perhibent. De Burgundis scripsere ex professo, Paradinus, & Nicolaus Vignierius Latinè: & Petrus Saniulianus Gallicè. De veteribus Æduis, vide Nazarij panegyricum Constantino Imp. dictum.

SEPTEMTRIO.
NIVERNOIS.
OCCIDENS.
BVRGVNDIAE INFERIORIS, QVÆ DVCATVS NOMINE CENSETVR, DES.
1584.
CVM PRIVILEGIO IMPERIALI ET BELGICO AD DECENNIVM
Armancon fluuius.
La Cure fluuius.
Serain fluuius.
Tanlay.
S. Villemy.
Iroy.
Iulli.
Seuenoy.
Leigne.
Rauieres.
Rochefort.
Rogemont.
Mombard.
Toullon.
Auxerre.
Tonneres.
Creuant.
Noiers.
Montot.
Sauigne.
Stoain.
Iouansy.
Chasteau Gaspart.
Quincerot.
Quincey.
Monfort.
Chablies.
Lisle.
Tisy.
Nouby.
Senailly.
Chemigny.
Vromenton.
Ioux.
Monreal.
Pisy.
Montier S. Ian Bourg.
Semur.
Arsy.
Genoully.
Girole.
Aualon.
Regny.
Conocelle.
Montit.
Toste.
Bourbilly.
Viel chasteau.
Le Vaulx.
Perfier.
Beaunoy.
Aisay.
Chastelet.
Waraux.
Villarnoua.
La Roche.
La Motte.
Vezelay.
Rouray.
Saulieu.
La cure.
Conforgion.
Hersy.
Aligny.
Dombres.
Chessey.
Lagore.
Menessaire.
La tornelle.
Lucaney.
Vesignol.
Plain.
La Bralute.
Vantiot.
Le Iam.
Pesu.
Pays de Combraille.
Arroux fluu.
Toulon.
BOR BONNO

Scala milliarium Burgundicorum.
1. 2. 3. 4. 5.
BA SSIGNY.
ORIENS.
FRANCE CONTE.
Selogne.
S. Seigne.
Viteau.
Digion.
Auſonne.
Dole.
Argilly.
Seure.
Beaulne.
Visconte d' Auxonne.
Verdun.
Chalons.
Tornus.
Montignÿ.
Mönnaÿ.
S. Seine
Fontaine franoise.
Rosierez.
Beaumont.
Tallemont.
Pontarles sur Sone.
La marche.
La Buſotte.
S. Leger.
Soran.
Demot.
Fonchain.
Arſelot.
Brongon.
Vauton.
Val de Suſon.
Fontaine Jalan.
Lantenaÿ.
Saſſire.
Bleſoir.
Sombrmon.
Agen.
Couche.
Gimon.
Gilly.
Longe courte.
Ancÿ.
Pariere.
Lauçon flu.
Chauſſin.
Orian flu.
Dolze flu.
Brune flu.
Autunnoÿ.
Pier.
Belleneure.
Leterte.
Vuerraÿ.
Clemenÿ.
Monconÿ.
Sohan flu.
Saugnÿ.
Ratte.
Le ſaÿ.
Bronam.
Vonoÿ.
Mencoÿ.
Louan.
Vuicelle.
Belleſont.
Marvoÿ.
S. Germain.
Brange.
Tomerÿ.
Sugeÿ.
Cuſery.
Loiſy.
Mourpon.
Pierrette flu.
Cuſeau.
Miraul.
Romenaÿ.
Varenne.
Colombier.
Cormatin.
Sarreÿ.
Saône flu.
Brey.
Poully.
Vollines.
Rieÿ.
Viller le duc.
Rochefort.
Isle le duc.
Bussolu.
Marmilly.
Origny.
Montmoyen.
Aimÿ le duc.
Minot.
Corlon.
Cuſſeÿ.
Saline.
Bergeon.
Marchÿ ſur Tille.
Darcÿ.
Eſchallot.
Le luſſy.
Villeÿ.
Suzÿ.
Froulÿ.
Cortimon.
Soldue.
La Foſſe.
Billy.
Aiſſeÿ.
La Mangelle.
Mauloy.
Vibuant.
Le ſur tille.
Tille chaſtel.
Baſſe.
Beſſy.
Mire beau.
Somaſſe.
Chambrnat.
Lanteneÿ.
Jalan.
Pemot.
Soran.
Agen.
Couche.
Elaunigneroe.
Gimon.
Gilly.
Longe courte.
Ancÿ.
Pariere.
Lauçon flu.
Chauſſin.
Orian flu.
Dolze flu.
Brune flu.
Autunnoÿ.
Pier.
Belleneure.
Leterte.
Vuerraÿ.
Clemenÿ.
Monconÿ.
Sohan flu.
Saugnÿ.
Ratte.
Le ſaÿ.
Bronam.
Vonoÿ.
Mencoÿ.
Louan.
Vuicelle.
Belleſont.
Marvoÿ.
S. Germain.
Brange.
Tomerÿ.
Sugeÿ.
Cuſery.
Loiſy.
Mourpon.
Pierrette flu.
Cuſeau.
Miraul.
Romenaÿ.
Varenne.
Colombier.
Cormatin.
Sarreÿ.
Saône flu.
Brey.
Poully.
Vollines.
Rieÿ.
Viller le duc.
Rochefort.
Isle le duc.
Bussolu.
Marmilly.
Origny.
Montmoyen.
Aimÿ le duc.
Minot.
Corlon.
Cuſſeÿ.
Saline.
Bergeon.
Marchÿ ſur Tille.
Darcÿ.
Eſchallot.
Le luſſy.
Villeÿ.
Suzÿ.
Froulÿ.
Cortimon.
Soldue.
La Foſſe.
Billy.
Aiſſeÿ.
La Mangelle.
Mauloy.
Vibuant.
Le ſur tille.
Tille chaſtel.
Baſſe.
Beſſy.
Mire beau.
Somaſſe.
Chambrnat.
Lanteneÿ.
Jalan.
Pemot.
Soran.
Agen.
Couche.
Elaunigneroe.
Gimon.
Gilly.
Longe courte.
Ancÿ.
Pariere.
Lauçon flu.
Chauſſin.
Orian flu.
Dolze flu.
Brune flu.
Autunnoÿ.
Pier.
Belleneure.
Leterte.
Vuerraÿ.
Clemenÿ.
Monconÿ.
Sohan flu.
Saugnÿ.
Ratte.
Le ſaÿ.
Bronam.
Vonoÿ.
Mencoÿ.
Louan.
Vuicelle.
Belleſont.
Marvoÿ.
S. Germain.
Brange.
Tomerÿ.
Sugeÿ.
Cuſery.
Loiſy.
Mourpon.
Pierrette flu.
Cuſeau.
Miraul.
Romenaÿ.
Varenne.
Colombier.
Cormatin.
Sarreÿ.
Saône flu.
Brey.

GERMANIA.

GERMANIA Europæ terrarum maxima latiſsimaque eſt regio, multis diſtincta nominibus; cuius termini ab Auctoribus, vt quiſque ſui temporis rationem ſecutus eſt, adeò variè deſcribuntur, vt triplicem quaſi Germaniam, ſecundùm eius ætatem facere videantur; Veterem nempe, Mediam, & Recentem. Veterem vocabimus Beroſianam, quam Rheno, Oceano, Tanai, Ponto Euxino, Danubio, eiuſque accolis circumſcribit. Media erit, quam Tacitus, Ptolemæus, & Plinius, coætani ferè, cognouerunt, quæ cùm ex ipſis auctoridus ſatis nota ſit, non opus videtur hîc denuo eam deſcribere. Recentiorem verò Germaniam, ſua lingua, hoc eſt, Germanica; (quam primam in orbe terrarum fuiſſe doctiſsimus Ioannes Goropius Becanus in ſuo de Originibus volumine ingenioſè admodum & eruditè oſtendit) terminabimus. Itaque omnem eum tractum, qui hodie hac lingua vtitur, Germaniæ nomine comprehendemus. Eritque hoc modo eius maxima longitudo ab Iccio portu, quem hodie Cales vocant, & qua maximè in Occaſum vergit, vſque ad Viſtulam fluuium verſus Orientem. Latitudinem habebit à mari Germanico Venedicoque ad Alpes vſque. Singularum eius regionum hæc ſunt nomina; Flandria, (quæ extrema eſt ad Occidentem) Brabantia, Zelandia, Hollandia, Friſia, Dania, Megapolis, Pomerania, Pruſsia (quæ vltra Viſtulam fluuium ad Venedicum mare ſe extendit.) Deinde Marca antiqua & noua, Saxonia, Weſtphalia, Geldria, Cliuia, Iuliacum, Coloniensis Epiſcopatus, Haſsia, Turingia, Miſnia, Luſatia, Sileſia, Morauia, Bohemia, Franconia, Diœceſis Moguntinenſis, Lutzenburgum, Treuirenſis ditio, Palatinatus, Alſatia; Wirtenbergum, Sueuia, Bauaria, Auſtria, Stiria, Carinthia, Tirolis, Heluetia, hoc in tractu verſus Galliam vltima. Sunt etiam plura regiuncularum nomina, ſed quæ non ita magni ſunt momenti, aut ſub dictis intelliguntur. Etſi Bohemia Germanica lingua minimè vtatur, ſed Slauonica: quia tamen in media Germania ſita ſit, & eius Rex inter huius Sacri Imperij Electores locum habeat, pro Germanica regione habetur.

Hæc Germania, quæ hodie Romani Imperij titulo reuerenda eſt, pulcherrimis munitiſsimiſque vrbibus, caſtris, pagis, incoliſque adeò referta eſt, vt nec Italiæ, nec Galliæ, neque Hiſpaniæ cedere debeat. Habet frumenta, vineta, amnes piſcoſos, quibus facilè cum fertiliſsimis regionibus certare poſsit. Sunt fontes aquæ dulcis, ſunt thermæ calidæ; ſunt mineræ ſalis plurimæ. Metallorum autem, nempe auri, argenti, ſtanni, plumbi, æris, & ferri copia, nullis vmquam ceſſura eſt regnis. Quin etiam vrbanitas, & morum ciuilitas, veſtitus honeſtus, rei militaris peritia, apparatuſque bellorum, & nobilitas nullibi maior. Hæc illa eſt quæ olim, vt Cornelius Tacitus teſtatur. in vniuerſum aut ſiluis horrida, aut paludibus fœda fuit. Tantum æui longinquà valet mutare vetuſtas, vt inquit Poëta.

Hanc ex Neotericis magna diligentia deſcripſerunt, Beatus Rhenanus, Munſterus in ſua Coſmographia, Franciſcus Irenicus, Ioannes Auentinus in Boiorum annalibus: obiter Bilibaldus Pirckeymerus, Ioannes Bohemus Aubanus, Gerardus Nouiomagus, Chonradus Peutingerus, Chonradus Celtes poëta, Iacobus Wimphelingius Seleſtadienſis, Aimoinus in fronte libri hiſtoriarum Francorum, & Henricus Pantaleon in principio libri primi Proſopographiæ. Sebaſtianus Brand multa per eam Itineraria, locorumque diſtantias, & fluminum decurſus annotauit. Carmine deſcripſit Rhenum fluuium Bernhardus Mollerus, eundem Magnus Gruberus ſoluta oratione. Ioannes Herold de ea duos libellulos edidit, vnum de Germaniæ veteris, altérum de Rhætiæ littoralis antiquiſsimis nonnullis Romanorum ſtationibus: Gaſparus Bruſchius de monaſterijs Germaniæ, volumen in lucem dedit. Ex veteribus hanc diligentiſsimè deſcripſit Cornelius Tacitus peculiari opuſculo; quod doctiſsimis commentariis illuſtrarunt Andreas Althamerus, & Iodocus Willichius, & nuper doctiſsimè I. Lipſius. Plures Germaniæ ſcriptores, quos nos non vidimus, enumerat Franciſcus Irenicus libr. 1. cap. 2. Exegeſeos Germaniæ. Sed libet Laonici Chalcocondylæ hominis peregrini, Athenienſis nempe, hæc quædam de hac regione eiuſque gente attexere. Is enim libro 2. interprete Clauſero, ita: Iſta natio gubernatur melioribus legibus, quàm nulla earum vel regionum vel gentium, quæ reſpiciunt « ad Septemtrionem vel Occidentem. Diſcreta eſt in vrbes præclaras & florentes, quæ proprijs legi- « bus & quàm proximè ad æquitatem accedentibus reguntur. Diuiditur in Principatus, ſubiectaque « eſt Sacerdotibus & Epiſcopis adhærentibus Romano Pontifici. Vrbes quàm maximè ad æquitatem « conſtitutæ in Superiore & Inferiore Germania, ſunt Noreberga, vrbs opulenta; Argentina, Ham- « burgum, &c. Genus hominum magnum eſt, longè lateque per vniuerſum Orbem imperat: magni- « tudineque ſecundum poſt Scythas Nomades habetur. Itaque ſi concordiæ ſtudioſi eſſent, & ſub vno « degerent Principe, planè eſſent inuicti, mortaliumque fortiſsimi. Sunt, quantum ad corpus attinet, « perquam ſani, & nullius rei indigentes. Nec eſt gens, quod ſciam, quæ melioribus regatur legibus. « Hæc, & plura, de hac regione atque gente, ibideni, cui lubet, legere poteſt.

OCEANVS GERMANICVS.
Deutschlanndt
GERMANIAE TYPVS.
Per Franciscum Hogenbergium concinnatus Anno partae salutis CIↃ. Ↄ. LXXVI. Vbiorum Colonie.
Cum Gratia et Priuilegio.
Scala miliariu Germanicorum, continens minima, mediocria, maiora et maxima.
ANGLIAE PARS.
OCCIDENS
GALLIAE PARS
DENEMARCKEN
HOLSATIA
FRISIA OCCIDENTALIS
BRABANTIA
HANNONIA
LVXEMBORG
LOTHARINGIA
ALSATIA
BVRGVNDIA
SABAVDIA
LOMBARDIA
Norwich
Colchester
Tilbery
Canterbery
Dover
Rouen
Diepe
Bisanton
Dole
Clarvaul
Texel
Amsterdam
Leuwarden
Groningen
Emden
Bremen
Hamburg
Luneburg
Lubecke
Cöln
Aachen
Luttich
Namur
Brussel
Antwerpen
Gent
Brugen
Mecheln
Lyon
Verdun
Metz
Strassburg
Basel
Mailand
Genua
Venedig
Rom
Neapolis
Sicilia
Sardinia
Corsica
Malta
Cipro
Candia
Rhodus
Constantinopel
Jerusalem
Alexandria
Cairo
Tunis
Algier
Fez
Marocco
Tripolis
Barbaria
Ethiopia
Arabia
Persia
Tartaria
Moscovia
Polonia
Hungaria
Transylvania
Wallachia
Moldavia
Bohemia
Moravia
Silesia
Lusatia
Saxonia
Thuringia
Franconia
Bavaria
Tirolis
Austria
Stiria
Carinthia
Carniola
Istria
Dalmatia
Croatia
Bosnia
Servia
Bulgaria
Thracia
Macedonia
Achaia
Peloponnesus
Epirus
Illyria
Pannonia
Norica
Rhetia
Helvetia
Italia
Hispania
Portugallia
Granata
Algarbia
Mauritania
Numidia
Cyrenaica
Aegyptus
Nubia
Abyssinia
Mare Mediterraneum
Mare Oceanum
Mare Caspium
Mare Rubrum
Mare Nigrum
Mare Adriaticum
Mare Tyrrhenum
Mare Ionium
Mare Aegeum
Mare Balticum
Mare Caledonicum
Mare Cimbricum
Mare Germanicum
Mare Gallicum
Mare Hispanicum
Mare Africanum
Mare Arabicum
Mare Persicum
Mare Tartaricum
Mare Moscovicum
Mare Polonicum
Mare Hungaricum
Mare Transylvanicum
Mare Wallachicum
Mare Moldavicum
Mare Bohemicum
Mare Moravicum
Mare Silesicum
Mare Lusaticum
Mare Saxonicum
Mare Thuringicum
Mare Franconicum
Mare Bavaricum
Mare Tirolicum
Mare Austriacum
Mare Stiricum
Mare Carinthicum
Mare Carniolicum
Mare Istricum
Mare Dalmaticum
Mare Croaticum
Mare Bosnicum
Mare Servicum
Mare Bulgaricum
Mare Thracicum
Mare Macedonicum
Mare Achaicum
Mare Peloponnesicum
Mare Epiricum
Mare Illyricum
Mare Pannonicum
Mare Noricum
Mare Rheticum
Mare Helveticum
Mare Italicum
Mare Hispanicum
Mare Portugallicum
Mare Granaticum
Mare Algarbicum
Mare Mauritanicum
Mare Numidicum
Mare Cyrenaicum
Mare Aegyptiacum
Mare Nubicum
Mare Abyssinicum

Magnifico, Nobili, ac Præcellenti viro ac Domino D. Constantino a Lyskirchen, florentissimæ Agrippinensis Reipub. Consuli Seniori, Franciscus Hogenbergius nuncupat.

GERMANIA CISRHENANA,

QVÆ VVLGO

GERMANIA INFERIOR.

EXHIBET hæc Tabula non totam Germaniam inferiorem, sed huius dumtaxat partem; eam nempe, quam Philippus Caroli V. Imperatoris filius in ea hæreditario iure possidet. Continetque hac septemdecim ditiones; Ducatum Brabantiæ, Limburgi, Lutzenburgi, & Geldriæ, Comitatum Flandriæ, Artesiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci; & Zutphaniæ, Marchionatum sacri Imperij, Dominia Frisiæ, Mechliniæ, Vltraiectensis, Transisulanæ, & Groeningæ. Regiones, si quæ aliæ, cultissimæ, vt in quibus (teste Lud. Guicciardino) numerantur 208. vrbes muris, aggeribus, aut fossis munitæ, & plus quàm 6300. pagi templis turrigeris insigniti, præter villas, castella & arces, quorũ in his non exiguus est numerus. Habetq; hic tractus (initium sumẽdo ab Orientali maritima parte; ad fluuium Amisum, vulgo *Eems*, huius ad Oceanum terminus) hos Principes vicinos: Comitem Frisiæ Orientalis, Episcopum Monasteriensem, Ducem Cliuiæ, Archiepiscopum Coloniensem & Treuirensem, & demum Regem Galliæ, vsque in oram maritimam ad flumen Aa, quod huius terminus est ad Occidentem. Aër etsi in eo plus æquo humidus videri potest, incolarum tamen sanitati, nec non digestioni admodum conducere putatur, vt qui homines longæuos, præcipuè in Campania Brabantiæ parte, nutrit. Fluminibus irriguis vndique perlabitur. Nemoribus siluisque, quantum voluptati aut venationi satis est, aut regionis decor exigit, sparsim ornatur. Montes non habet, nisi circa Lutzenburgum & Namurcum, nec non in Hannonia, vbi vspiam collibus attumulatur. Fertilis est frumenti, & fructuum omnis generis, etiam herbarum, quarum in Medicis vsus est. Prouenit hic quoq. magnà sertilitata herbæ illud genus, quod vulgò Buckwey (Bockwey corruptè pronunciat vulgus) vocant, quasi dicas fagus pascua: semen enim siue fructus, (quamuis forma minor) nucleus triangulus, omnino similis fagi arboris. Forma itaque fagus, at non arborescens: sed humilis, vt pastu animalium cedat. adeò vt verè sit fagus pascua, aut si mauelis χαμαιφηγος nominanda. Hæc herba autem an veteribus nota, herbariorum cura sit. Nonnullis tamen fabulosis in locis, quæ incolæ ob ericæ herbæ inibi frequentiam, Ericeta vocant, veluti sunt in Brabantiæ Campania, &c. minùs ferax, sed huiusmodi Ericeta mirum quàm læta pascua pecoribus præbeant, adeo vt nusquam gentium (etiam vicinarum regionum testimoniis) carnes gustum suauiorem habeant. Hunc tractum verissimè descripsisse Plinium 17. cap. 4. mihi persuaserim, eùm inquit: *Quid laudatius Germaniæ pabulis? & tamen statim subest arena tenuissimo cespitum corio.* Animalia humano generi noxia non producit.

TREBATES Galliæ Belgicæ populos fuisse non ignobiles, testis est ipse Iulius Cæsar. Gens est bellicosa, vetus nomen adhuc retinens. Ipsa metropolis, Latinè Atrebatum, quæ quondam ipsius Flandriæ etiam primaria ciuitas fuit, hodie Gallico vocabulo *Arras* nuncupatur, vnde adiacens regio vniuersaq. prouincia Artois, quasi Arratois, per Syncopen effertur. Hinc recens Latinum nomen Artesiæ vulgo formatum. Tota regio veteri Comitatus titulo insignita à Rege S. Ludouico fuit: vocaturque primus eius Comes Robertus, huius frater, teste Vignierio. Satis latè patet, nam à Cameracesij, Picardiæ, Hannoniæ, & Flandriæ finibus ad mare vsque Oceanum protenditur. Olim regno Franciæ subiecta, nunc beneficio pacis inter Carolum V. Imperatorem, ac Franciscum I. Galliæ Regem anno 1529. initæ, sui iuris facta est. duas habet insignes ciuitates, Atrebatum, & Fanum sancti Audomari: oppida sunt, Aria, Hesdinum, Lentium, Bethunia, Bapalma, Fanum sancti Pauli, Lillerium, Pernæ; quæ loca omnia Regi Catholico parent. Ciuitas Bollonia, Caletum, Guisnea, & Ardea, (quæ etiam eiusdẽ Comitatus sunt) Regi Franciæ seruiunt: nam Morinum iam deletum est. Habet & complures arces seu castra, præter innumera nobilium castella, quibus pro domibus vtuntur. Episcopatus duos insignes ab antiquo comprehendit, Atrebatensem ac Morinensem: sed post deletum funditus Morinum anno 1553. hic posterior in tres sedes diuisus est, Audomarensem, & Yprensem pro medietate, & Bollonienſem ex altera parte. Balliuuatus seu Castellanias maiores, tamquam ipsius Comitatus membra aut partes primarias, nouem habet, Atrebatensem, Audomarensem, Morinensem, Ariensem, Hesdiniensem, Lentiensem, Bapalmensem, Auenienſem, Bredenardensem, & Aubigniacensem. Subest autem Atrebatensi Castellaniæ Bollonia, Fanum sancti Pauli, Pernæ, Bethunia, Lillerium; Caletũ verò, Guisnea, & Ardea veteri iure ad Audomarensem iurisdictionem pertinẽt. Habuit similiter Comes Atrebatensis alios inferiores Comites sibi vassallos, Bollonienſem, Sancti Pauli, Arcquensem, Blangium, Faucquenbergium, & Syneghensem. nunc etiam Principatus Espiniensis, nec non Marchionatus Rentiaci tituliis auctus fuit. Quo autem modo Bollonia iurisdictione Atrebatensi sese exemerit, ex historiis liquidò constat. Nam postquam quidã Comes Bollonienſis crimine Maiestatis erga Regem Franciæ sese obstrinxisset, eaque de causa Rex manus in ipsum Comitatum iniecisset, ius feudi erga Atrebatensem agnoscere recusauit. Quare Atrebatensis sibi iura feudalia in Comitatum sancti Pauli (qui antea à Comite Bollonienſi mouebatur) dimisso medio directè accepit, dictitans se nolle feudo & subfeudo priuari: atque hactenus eo iure vsi sunt vtrimque Principes, vt scilicet Bollonienſis non ampliùs Atrebatensem, nec sancti Pauli Bollonienſem agnouerit. Verùm ea de re posteriori pacis tractatu anni 1559. nonnihil altercatum est, ideoq. res ad Commissarios relata, indecisa superest, retenta tamen penes Catholicum possessione. Vulgo autem creditur Caletum (qui hodie portus continentis terræ est Britanniæ vicinior) Iccium portum à Cæsare dici: vnde ex Belgio in Britanniam soluerit. Verùm si res penitius inspiciatur, alium fuisse portum videre est, Sancti videlicet Audomari oppidum, quod olim fuisse Oceani portũ, atque sinum maris latissimum, vel præalta littora, quæ ipsam ciuitatẽ quasi cingunt, demonstrant, aliaque innumera argumenta & antiquitatis vestigia, quæ apertè terram adiacentem salo mariq; subfuisse (vel nullo loquente) conuincunt, nec non constans in hodiernum diem fama declarat. Quinimo & nomen vetus ipsius ciuitatis, quod Sithieu est (nam S. Audomari recens esse nemo est qui nesciat) id arguit. Quasi dicas sinum vel portum Iccium. Ipsumque portum apud Morinos fuisse, quos & Virgilius & Lucanus extremos hominum vocant. Hæc præterea ita se habere, plurimis argumentis tam ex transitu quàm reditu Cæsaris ex Britannia attẽtus lector facilè deprehendet. Nec spatium triginta millium passuum, aut circiter, quo ibi insulam à continenti distare describit, quò minùs id crediderim impedimento esse potest; cùm maris æstus (maximè in tanta loci angustia) facilè aut addat aut detrahat. quamuis etiam ipsum maris spatium ibi à terra continenti ad insulam vsque, non admodum discrepet. Hæc de Iccio portu dicta sufficiant. penes alios iudicium esto. Habet insuper hæc prouincia tres Episcopatus, Atrebatensem, S. Audomari, & Bononienſem. Abbatias virorum 21. Feminarum 7. præter cœnobia quàm plurima. Plures similiter fluuios habet; celebriores sunt, Lysa, Scarpa, Aa, Canchia, & Authia, præter alios riuos etiam nauigabiles.

Numerus pagorum & villarum totius prouinciæ ingens est. Solum ipsum omnium frugum & maximè frumenti feracissimum & abundantissimum est. vnde veteri lingua Gallica Atrech (quod solum panis significat) dictum nonnulli scripsere. Siluis etiam & nemoribus non caret, sed præcipuè qua parte ad Meridiem & Occidentem spectat. Atrebatum indumenta tamquam preciosa celebrat D. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum. Birros Atrebaticos celebrat Vopiscus in Carino Imp. Pluisse autem lana apud Atrebatios suo tempore, auctor est idem Hieronymus, & alij auctores. Hanc regionem pulchrè, vt cetera quoque, describit Guicciardinus.

OCEANI BRITAN-
NICI PARS.
GVINES, COM.
COM-
TE
DE
BOVLLENOIS
Pais de Bredenarde
Comte de S. Paul.
Bailliage de Hesdin.
PONTHIEV.
VIMEVX.
OCCIDENS
Illustri ac amplissimo viro Domino Christophoro ab Assonleuille, equiti aurato Domino ab Alteuilla R. M.ti consiliario primario,
Ab. Ortelius in hanc formam comprehendebat, et dedicabat.
Scala milliarium
1 2 3 4 5 6

ATREBATVM REGIO-
NIS VERA DESCRIPTIO.
Johanne Surhonio Montensi auctore.
Cortrijck
Lys fluuius
Armentiers
Bussel
Hacsbreck
Hauelam
Bercquin
Etteree
Saillÿ
Le Ventiers
Florbais
Tournes
Haubordin
Waurain
Pliers
Hall
Acq
Le Sane
Seucgem
Fache
Lecquin
Perone
Pais de la Loeue
Bethune
Basse
Billy
Dourain
Mouchin
Carwin
Libercourt
Pont a wendin
Espinoy
Oby
Ribaucourt
Le tranoy
Forest
Mont en peule
Oreines
Lens
Pecquencourt
Douay
Rieulay
Le Warde
Arleux
Bouchain
Lescluse
Paluel
Oyzy
Barot
Marquion
Saras
Cambray
Cantinoeul
Creueceur
Vauchelle Abb.
Banteul
Bappames
Pas
Hartinfart
Sallucet
Meßen
Sore
HANNONIAE PARS
CAMBRESIS.
ORIENS.
VERO MANDIA
DIES.

FLANDRIA.

TRACTVM Europæ extremum, Britannicæ insulæ obiectum, inter Galliam, Germaniam, & Oceanum, incolæ Germaniam inferiorem appellāt: Galli, exteriq́ue ferè omnes, vno nomine Flandriam vocāt. Verùm Flandria non tam latè patet. nam quæ vera Flandria est, etsi quondam terminos laxiores complexa sit, hodie tamen Brabantia, Hannonia, Artesia, & Oceano finitur. Hanc in tres partes diuidunt, in Teutonicam, Gallicam, & Imperatoriam, quam & Proprietariam (quòd nunquā Superiorem præter Flandriæ Principē agnouit) nominant. Teutonica Flandria has habet vrbes; Gandauum, Brugas, Ypram, Curtracum, Aldenardam cum Pamelia, Neoportum, Furnas, Bergas, Slusam, Dammum, Bierfletum, Dixmudam, Cassellum, Dunkerkam, Greuelingam, Burburgum, & Hulstum. Gallica; Insulas, Duacum, Orchianum. Imperatoria; Alostum, Teneramundā, Gerardimontium, & Niniuam. Flumina eius celebriora sunt; Scaldis, Liza, & Tenera. Regio maximè compafcua, in primis Occidentem versus. Boues, equosq́ue præstantissimos, belloq́ue aptos, gignit. Caseo, butyroq́ue abundat. Tritici admodum fœcunda & nobilis. Populus ferè mercaturam exercet: atque ex lino (cuius hîc maxima fertilitas & excellentia est) lanaq́ue (quæ ex Hispania & Anglia huc aduehitur) pannos lineos, laneosq́ue magna copia cōficit, latissimeq́ue distrahit. Habet hæc Flandria XXVIII. ciuitates muro cinctas: M. C. LIIII. pagos, præter Arces, Castella, & nobilium Ædes. Inter quas est Gandauum maxima ciuitas. de qua Erasmus Roterodamus in epistolis ita: Non arbitror (inquit) quaqua patet Christiana ditio, ciuitatem vllam reperiri, quæ cum hac conferri queat, siué spectes amplitudinem vrbis ac potentiam, siue politiam, siue gentis indolem. hæc Erasmus. Tria milliaria nostratia in ambitu continet. Tribus fluminibus irrigatur, quibus in viginti insulas habitatas distinguitur. Brugæ, multitudine atque elegantia ædium, omnes Germaniæ inferioris ferè vrbes antecellit; emporium olim tam celebre, vt Flandriæ nomen (inquit Iacobus Marchantius) per eam occasionem vicinas regiones velut obfuscauerit. Ypra, flumen Hypram habet, fullonibus aptissimum. creuitq́ue lanificio in vastam olim magnitudinem, donec ab Anglis & Gandauensibus obsessa, disiectis amplissimis suburbiis, magnoperè diminuta fuit.

Quemadmodum triuiali parœmia Mediolanensis inter omnes Christianitatis Ducatus eminere dicitur, ita & hunc Flandriæ Comitatum ceteros antecellere prædicant. Habet quoque quasdam prærogatiuas: veluti quòd eius Princeps, se Comitem Flandriæ Dei gratia scribat; quod cum solo Rege commune habet. Nulli enim Principum Christianorum, extra vnum Flandrum, hoc datum esse, scribit Meyerus; cùm aliis omnibus solitum sit addere, Dei clementia, Deo adminiculante, &c. Habuit olim plura Regno peculiaria: vti sunt Cancellarius, Magister equitum, Cubicularius, Pocillator; item duo Marescha lli, atque duodecim, vt Gallia, Pares. Huius regionis insignia olim fuêre scutū cærulei coloris, quinque aureis intersectum oblongis areolis, altero paruulo rubri coloris in vmbilico refulgente clypeolo. Hodie niger leo in campo aureo est; quem, vnà cum ceteris Belgicis Principibus qui simul cum Philippo Elsatio in Syriam expeditionem parabant, pro insigni sumsisse creditur: eo enim tempore, hi Principes, qui erant Flander, Louaniensis, Hollandus, Lucemburgius, Limburgius, Brabantus, Zelandus, Frisius, Hannonius, &c. (mutatis pristinis insignibus) leones, coloribus inter se differentes, sibi cepêre.

Fuit hæc regio pro maiore parte ab exordio sub clientela Regum Franciæ; nunc verò libera, & sui iuris; vindice Carolo V. Augusto, Flandriæ Comite: qui seruitutem illam pactione Madritia in totum aboleuit. Descripsit hanc regionem Ludouicus Guicciardinus accuratissimè, sed doctissimè Iacobus Marchantius. Vide & Iacobi Meyeri Flandricarum rerum Tomos decem.

Facies huius tractus sub Guidone Dampetra, Flandriæ Comite. qui obijt anno M. CCC. IIII.
WALCHEREN.
Middelborch
Vlissingen
WOLFERSDYCK
SVITBEVERLANDT.
BORSELE.
Valkenesse
Hulst
Axele
Bierviet
Catsant
Schoondyck
Nieukerke
Ter Nuesen
Oostende
Oudeborch
Nieuport
Vuerne
De groote moere
Dixmuyde
Zarne
Bulf
Grevelinge
Borborch
Wynoxbergen
Iperen
Poperinge
Belle
Armentiers
La Loeue
Nieuwe bosch
Arien
Bethune
Basse
Cales
Watene
S. Omar
Tapuannæ reliquiæ
Socques
Vrbes.
Arces.
Monasteria.
Pagi.
Cum privilegio ad decennium. 1590.
MARE GERMA
PICARDIAE PARS.
ARTESIAE PARS.
1 2 3 4 5 6

ZE
LANDIÆ PARS.
Middelborch
Vlissingen
Suytbeverlant.
Hanswaert
Agger
Badt
Valkenisse
De Honte
Ellewouts dyck
Den Dullaert.
Santvliet
Oosterweele
Antwerpia
Moere
Hulst
Axele
Aardenborch
Maldegem veldt.
Gandavum
Gent
Dendermonde
Aelst
Brussel
Ninove
Geertsberge
Lessen
Engien
Tournay
Dornick
olim Nerviorum sedes.
Chelle
S. Andrien
Peule.
Marchienes
Rieulay
Beaupar
Douay
PARS.
FLANDRIAE COMITATVS DESCRIPTIO.
Ad autographum Gerardi Mercatoris, in hanc formulam contrahebat, parergaq; addebat: Ab. Ortelius.

ZELANDIA.

„ EVINVS Lemnius Zirizæus, in libello De occultis naturæ miraculis, hæc
„ habet inter alia de ſuis Zelandis: Regionem hanc maritimam veteribus
„ olim non fuiſſe incognitam, ex Cornelio Tacito colligi poteſt; non hoc
„ equidem, quo nunc innoteſcit, nomine; ſed ex vſu ac vulgata illa allo-
„ quendi conſuetudine ac compellatione, qua populares atq. indigenæ inter
„ ſe ſunt vſi. itaque MATTIACORVM illos nomine deſignat, cùm inquit:
„ Eſt in eodem obſequio Mattiacorum gens Batauis ſimilis, niſi quòd ipſi
„ terræ ſuæ ſolo acriùs animantur. Quo indicat, tametſi Batauis ſiue Hol-
„ landis, à cauitate terræ ſic denominatis, vicini ſint ac finitimi, ita vt inter illos referri debeant, vul-
„ gari tamen nominis appellatione diſcretos, atq. Oceano propiores, magis ferocesſe; vt reuera
„ ſunt; ac viribus, ingenio, ſolertia, verſutiis, calliditate, fallaciis, captionibus, negotiandi peritia,
„ ac conquirendi induſtria ſuperiores. Quòd autem Mattiaci nominentur, non à loco, aut Duce
„ aliquo, ſed à populari appellatione, atq. vſitato loquendi more enatum eſt, nempe à *Maet*, quæ
„ vox in quotidiano ſermone, ac congreſſu familiari, omnium apud nos actionum, contractuum,
„ periculorum, ac totius voluntatis, conſilij, laboris, ſocium comitemq. ſonat, omniumq. rerum,
„ quas inter ſe exercent, participem ac conſortem, &c. Nam Zelandiæ nomen recens eſt, ac veteri-
„ bus incognitum, à terra ac mari cōflatum, quaſi dicas, Terram, ac ſolum maritimum: mari enim
„ vndiq. cingitur, multiſq. inſulis diſtincta eſt, nempe quindecim, tametſi paucis ab hinc annis ma-
„ gnam cladem huic regioni Oceanus intulit, cuius ſæuitia atq. immanitate, magna Zelādiæ pars,
„ diuulſis ac diſsipatis funditus aggeribus, ſalo oppreſſa eſt, atq. mari æquata: ſubſiſtunt tamen in-
„ ſignes aliquot inſulæ, quarum tres præcipuè cum Oceani æſtu continenter luctantur, atq. im-
„ menſis ſumptibus aduerſum barbarum hoc atq. indomitum elementum ægrè ſe tuentur. Inter
„ has primùm ex alto in portum delatis ſe offert Walachria, vel ab eius cultore ſic denominata, vel
„ (vt coniicio) à Gallis, qui hanc oram frequentabant, qui Belgica voce etiam nunc *VWalen* vocan-
„ tur; aut ab ea parte Britanniæ, in qua verſus Occidentem conſiſtunt Walli, apud Anglos præci-
„ puæ nobilitatis viri, à Gallis etiam oriundi, quod idioma eorum adhuc indicat, &c. Hinc Aqui-
„ lonem verſus, aut ab Ortu ſolſtitiali oppoſita eſt Scaldia, à præterlabente Scalde flumine ſic no-
„ minata, &c. Suytbeuelandia, quæ à ſolo Auſtro oppoſito ſic denominata eſt, ſpatioſiſsimo amœ-
„ niſsimoq. verſus Flandriæ ac Brabantiæ oras tractu exporrecta, tametſi paucis ab hinc annis
„ maximam iactu-am paſſa, dimidio iam ſit anguſtior. Hactenus ille. Harum Inſularum vrbem primariam Middelburgum Tritthemius in Annalib. Francor. Meſoburgum nominat: Mattiacum vocat Meyerus, Latinè potiùs, quàm verè. Reliqua lege apud dictum Lemnium, qui omnes eius inſulas, opidaq. elegantiſsimè deſcribit. His, ſi velis, adiungas Lud. Guicciardinum, & horum abſolutam habebis cognitionem. Exſtant quoque harum inſularum Annales vernacula lingua à Ioanne Reygersbergio ſcripti. Sed corollarij vice, adde Adriani Barlandi vrbium Germaniæ inferioris deſcriptiones. De huius incolis vulgò celebrantur hi verſiculi:

Creſcit nequitia, ſimul creſcente ſenectā; In Zelandinis non fallit regula talis.

Harum inſularum ſitus eſt inter Moſæ & Scaldis fluminum oſtia, à Septemtrione Hollandiam, ab Oriente Brabantiam, verſus Meridiem Flandriam vicinas habent regiones, ab Occidente mare Germanicum reſpiciunt. Horum populos à Procopio Arborichas vocari ſcribit Iacobus Meyerus. Sed Abroditos hoc loco debere legi apud Procopium, putat Petrus Diuæus.

Has ipſas eſſe inſulas, mihi omnino perſuaſum, ad quas Cæſar VI. Gall. partem copiarum Ambioricis Eburonum Principis ſe profugaſſe tradit; quæ, vt habent eius verba, in inſulis ſeſe occultauerant, quas æſtus Oceani efficere conſueuerat. Eaſdem quoque deſcripſiſſe Lucanum. I. his verſibus veriſimile eſt, *Quaque iacet littus dubium, quod terra fretumque Vendicat alternis vicibus, cùm fundit us ingens Oceanus, vel cùm refugis ſe fluctibus aufert. Ventus ab extremo pelagus ſic axe volutat, &c.* Et quæ olim idem 9. de Syrtibus, huc nunc non malè quoq. adferre quis poſſet, vbi ſic infit: —— *primam mundo Natura figuram Cùm daret, in dubio terræ pelagique reliquit: Nam neq. ſubſedit penitus quo ſtagna profundi Acciperet, nec ſe defendit ab æquore tellus: Ambigua ſed lege loci iacet inuia ſedes.* Sunt autem hæ noſtræ inſulæ peruiæ, hominum autem, & artis, non naturæ induſtria.

SEPTENTRIO.
OCCIDENS
Roompot.
Goeree
Outdorp
Bommenee
Duuelant.
Scouwen
Oresant.
Noort
Beuelant.
Wolterdijc
Beuelandt.
Zuyt.
Walcheren.
Dombuch
Westcapelle
Kille
Duerlo
Wielinge
Vlissingen
Oude Vlissingen
Dullaert.
Honte.
Breskein
Nieuwerhauen
Nieuwliet
Cadsandt.
Moerkercken
Nieukercke
Scoondijck
Ormanscappelle
Oistburg
Bier vliet
Peerboome
Steelant
Westdorp
Axele
Hagen.
Zaemslacht.
Boistenblijde.
Cnocke
Heyst.
Muyen
Westcappelle
Houcke
Lapschuere.
Sluys
Heyle
Coxie.
S. Cateline
Heynkewerue
S. Margriete.
S. Cruys.
Ardenburch
Watervliet.
Bochoute.
S. Ians ten armen.
Assenede
Comitatus
Flan: driae

ZELANDICARVM
INSVLARVM EXAC-
TISSIMA ET NOVA
DESCRIPTIO, AVC-
TORE D. IACOBO
A DAVENTRIA
Comitatus
Hollandię
pars.
Delft
Rotterdam
Capell
Gouda
Leckerkerk
Nieuwpoort
Liefuelt
Cum privilegio.
Maasland
Vlaardingen
Keiter
Schiedam
Delfshaven
Honingen
Crimpie
Niedeckerlant
Arkel
Spijck
Pernis
Poortegael
Charlois
Ysselmonde
Barendrecht
Ryckerk
Rijnwoude
Amsterdam
Goruchom
Daelhem
Geervliet
Spijkenisse
Biert
Putte
Roon
Papendrecht
Slydrecht
Giessendam
Herlichvelt
Worichom
Beyerlat
Heynoort
Mershland
Petershouck
Westmaese
Chillershouck
Dordrecht
Biesbos
Altena
Dussen
Drouten
Corendijck
Ghelij
Stryen
Bommel
Oelkens plaet
Galente
Willemstat
Moordijk
Hooch Swalu
Drunelen
Meerdt
Capelle
Schieuen moer
Cacker
Dindel
Einaert
Clundert
Heijninge
Scuenbergen
Schans van Noordam
Houte
Heijde
Oisterhout
Dungen
Breda
Marke
Brabantiae
pars.
ORIENS
Gastel
Oudenhoffche
Hoeut
Steenbergen
Roosendael
Cruyslant
Hälteren
Tolen
Heerle
Woude
Stakerlo
Volder
S. Quirijn
Bergen op Zoom
Ducatus
Nyssen
Burchvliet
Hildernisse
Emaus
Hubergen
Hogerheijde
Woensdrecht
Agger
Oostendrecht
Pulte
Santvliet
Scaldis fl.
Stabroeck
Berendrecht
Lillo
Doel
Oordam
Eeckeren
Wilmerdonck
Kieldrecht
Oisterweele
Verbrouck
Calloo
Beuren
Melsen
Swijndrecht
Veer
Antwerpen
Nieukercke
Borcht
Schilde
Gherle
Rethe
Miliaria Zelandica sed parua 3000. passuum
IES. pars.

HOLLANDIA.

RASMVS ROTERODAMVS BATAVVS his verbis hanc suam describit Hollandiam: Conuenit inter plerosque doctos, nec id refragantibus coniecturis, eam Rheni ad Oceanum insulam, cuius Tacitus lib. 20. meminit, esse, quam nunc Hollandiam vocant; terram mihi semper & celebrandam & venerandam, vt cui vitæ huius initium debeam. Atque vtinam illi nos tam possimus honestamento vicissim esse, quàm illa nobis non est pœnitenda. Nam quòd Martialis eam gentem rusticitatis insimulat, quòd eandem Lucanus trucem vocat, aut nihil ad nos pertinet, aut etiam laudi vertendum arbitror vtrumque. Siquidem quæ gens non aliquando fuit rudior? Aut quando Romana gens laudatior, quàm cùm præter agriculturam & militiam nihil artium nosset? Quòd si quæ quondam in Batauos dicta sunt, contendet aliquis ad huius temporis rationem pertinere; quæ maior laus Hollandiæ meæ poterit tribui, quàm si dicatur à Martialis iocis abhorrere, quos etiam ipse nequitias appellat? Vtinamque Christianis vel omnibus aures essent Batauæ, quo pestilentes illius Poëtæ facetias aut non admitterent, aut certè his non caperentur. Quòd si quis id rusticitatem vocare velit, nos conuiicium haud illibenter agnoscimus; videlicet cum integris Lacedæmoniis, cum priscis illis Sabinis, cum laudatissimis Catonibus commune. Lucanus autem (opinor) ita truces appellat Batauos vt Virgilius acrem Romanum. Aliquisi mores domesticos spectes, non alia gens est ad humanitatem, ad benignitatem propensior, cuique minus adsit vel feritatis, vel truculentiæ, ingenium simplex, & ab insidiis, omnique fuco alienum, nullis grauibus obnoxium vitiis: tantùm ad voluptatem, præcipuè conuiuiorum, aliquanto deditius. Cuius rei causam esse puto, miram rerum omnium exuberantiam, quibus voluptaris studium irritari soler: idque partim ob commoditatem importationum, quòd non solùm occupat duo nobilissimorum fluminum ostia, Mosæ, Rheniqúe, verùm etiam quòd aliquanta sui parte Oceano alluitur: partim ob natiuam regionis vbertatem, vt quæ passim nauigabilibus ac piscosis interluatur fluuiis, pascuis vberrimis abundet. Ad hæc auium infinitam copiam, paludes saltusque suppeditant. Proinde negant aliam inuciiri regionem, quæ simili spatio tantum oppidorum contineat, mediocri quidem magnitudine, sed incredibili politia. In domesticæ supellectilis nitore, palmam vni concedunt Hollandiæ, negotiatores quibus pleraque pars Orbis est peragrata. Mediocriter eruditorum nusquam gentium frequentior numerus. Ad exquisitam eruditionem, præsertim antiquam, quòd non perinde multi peruenianr, aut vitæ luxus in causa est, aut quòd apud illos plus honoris habetur egregiæ morum integritati, quàm egregiæ doctrinæ. Nam ingenium non esse negatum illis, plurimis constat argumentis: quamquàm mihi sanè qusam mediocre contigit, ne dicam exiguum, vt cetera pleraque. Hactenus Erasmus in Chiliadibus.

Regio est hæc Hollandia vbique ferè mari, Mosæ Rheniqúe ostiis instar peninsulæ septa, non admodum spatiosa, vt quæ sexaginta milliaribus nostratibus in orbem tantùm pateat. Continet tamen vndetriginta vrbes muris cinctas, quæ sunt, DORDRACVM, ante centum quinquaginta plus minùs annos insula maris inundatione facta: hæc quatuor fluminibus alluitur. Vrbs est potens, ciuibus locupletissimis habitata, & pulcherrimis ædibus tam publicis quàm priuatis exculta. Magnus hic mercatorum confluxus. est enim hic stabulum (vt sic vocem, quod vulgo *stapel* vocant) Rhenensis vini, frumenti, materiarum, aliarumque mercium quę Rheno Mosáque in has regiones nauigio venalia importantur. HARLEMVM: amplissima hæc est totius Hollandiæ vrbs, sita loco peramœno. Mœnia egressis statim occurrit nemusculum, quo ciues se festis diebus à labore & curis refocillent, idoneum. Vrbs est lanificio nobilis, vbi quotannis dena duodenaque millia pannorum confici compertum est. Hic artem imprimendorum librorum primùm inuentam, incolis & ciuibus persuasum est. DELFIVM, à fossa, quam *Delft* vulgò appellant, nomen habet. Lanificium hic quoque ciues exercent. Optima hic etiam cereuisia coquitur, quæ plurima in Zelandiam asportatur. Tulit hæc magnam ignis clademanno 1536. incendio namque pars maxima ciuitatis conflagrauit. LEYDA, ad Rhenum, non longè ab eius olim ostio, quod nunc arena obstructum cernitur. Oppidum huius regionis vetustissimum putatur; à Legione enim Romana hic olim hibernante nomen habere credunt. Nonnullas antiquitates etiamnum ibidem videre licet. GOVDA, ad Isalam amnem, quo Gouda fluuius (à quo vrbs nomen habet) euoluitur, sita. Incolis frequens est. AMSTERODAMVM, ad suum Tia vocatum magnificè exstructum: emporium est his partibus populosissimum. Per singulas ferè plateas, Venetiarum instar, nauigio si mauis quàm pedestri itinere, negotia sua quiuis obire potest. Magnus hic nauium quotidie ex Noruegia, Liuonia, ceterisque Septemtrionalibus regionibus, item ex Hispania, Gallia, Anglia, &c. appulsus, adeò vt interdum classem duceritarum, nec non trecentatum nauium oneriariarum (quas *Holchas* vocant) eò simul confluere videas. Ideoque secundum ea vrbs post Antuerpiam, in mercatura nempe, locum habere, vulgò perhibetur. ENCHVSA, ad litus maris, quod vernaculè *Suyderzee* appellant, sita. Nauium maximarum fabrica, etiam exteris innotuit. HORNA, ad eundem sinum posita. Nundinæ hic celebrantur meuse Maio, vbi butyri caseiqúe maxima, ad miraculum vsque, copia distrahitur. ALECMARIA, hic locus casei butyriqúe prouentu cęteras huius regionis ciuitates antecellit. PVRMERENDVM, arce Comitum Egmondanorum clatum est. EDAMVM, fabricandis nauibus, & optimis caseis, etiam nomen meruit. MONICHEDAMVM præterea, WESPA, NARDVM, & WOERDA. Dein ADAQVASVETERES, *Oudewater* dicunt. Cannabis in huius territorio magna fertilitas, adeò, vt hic ferè omnia retia, funes atque rudentes (quibus Hollandi Zelandiqúe in piscationibus vtuntur) conficiant. SCHOONHOVVM, quasi Ad bellos hortos dicas. Hic Salmonum (quorum hic etiam stabulum, vti viui diximus Dordraci esse) assidua piscatio. Postea est ISELSTENVM, VIANA: Itè LERODAMVM, ASPERA, & HVECKELEN, tres vrbeculæ in orbem ad amnem Linga sitæ, quingentis passibus dumtaxat ab inuicem distantes. GORICHVM, & WORICHVM, ad ripam Vahalis fluuij è regione extructa sunt. Habet Gorichum arcem adspectu venustissimam. Annonariam hanc ciuitatem quis rectè dixerit; tanta hic quotidie rerum humano victui necessariarũ nundinatio, quæ hinc in vicinas regiones, Antuerpiam in primis, nauigijs asportantur. Sunt deinde HVESDEN, ROTERODAMVM, SCHIEDAMVM: & vtrumque MONTEM, alterũ à Diua Gertrude, alterũ à septenario numero notũ est, *Seuenbergen* & *Geertruydenberge* enim appellant. Alia quædam oppida olim muris clausa: quæ etsi hodie iis, aut bellorum furoribus, aut aliis incommodis nudata conspiciantur, nihilominus suis antiquis immunitatibus & priuilegiis gaudent. Eius generis sunt, *Medemblichum, Beuerovvicum, Muida, Neoportus, Vlaerdinga, & Grauesanda*. Supra quadringentos insuper pagos, inter quos supereminet *Haga*, quam Comitis cognominant. Hic pagus Guicciardino creditur amplitudine, opulentia, venustate, & amœnitate ceteros Europæ pagos antecellere, habet enim duo millia domorum: inter ceteras Regiam ædem, ad arcis similitudinem vallo & fossa munitam, in qua Principis summum tribunal. Propè est nemus opacum, auium cantu, & ferarum adspectu & oculis & auribus iucundum. Comopolim potiùs appellauerim, & cum Cresphonte pago in Assyria ad Tigrim fluuium ab omnibus scriptoribus celebrato comparare ausim: de quo Strabo scribit, eum pagum vrbis potentia & magnitudine esse, ibiqúe Parthorum Reges hiemare solere, Seleucię vrbi parcentes.

Habet Hollandia quoque suo sub imperio aliquot insulas: vti sunt, *Voorn*, cum oppidis *Geervliet & Briela, Goereda*, cum oppido cognomini: *Somersdijck, Tessala*, & aliæ plures. Dicæcesis item Traiectensis, quæ quondam suis Episcopis parere solebat, in qua quinque vrbes quoque numerantur, se Hollandiæ gubernationi sub Carolo V. Imp. dedidit. Hæc dicta Hollandia adeò mari ambitur, fluuiisque, lacubus, ac fossis dispescitur, & tamquam in areas distinguitur, vt nulla vrbs neque pagus sit, quò non naui & curru vehi possis. Neque in tota regione locus, ex quo nõ trium horarũ spatio ad mare excurrere facile sit. Descripsit hanc Ollandiam (vt ipse vocat) Chrysost. Neapolitanus, eleganti epistola ad Comitem Nugarolum. De eadem vide historiam Batauicam Gerhardi Geldenhaurij & Cornelij Aurelij: item Petrum Diuæum, sed ante omnes Had. Iunij Batauiam. De admirabili huius regionis copia atque abũdantia lege Lud. Guicciardinum. Ruinarum Armamentarij Romani, quod arcem Britannicam vocant incolæ (qui sunt in littore Oceani Germanici ad pagum *Catvvyck op zee* appellatum, non longè à Leyda oppido) marmorearumque inscriptionum ibidem inuentarum effigiẽ, olim seorsum in lucem dedimus.

De regione Traiectensium, quæ hodie sub Hollandica quoque iurisdictione est, & hac tabula etiam continetur, consule historiam Lamberti Hortensij Monfortij.

RISIAE OCCIDENTALIS
RS.
Cum priuilegio
Workum
Harlingen
Hindelopen
Staueren
Campen
Voorst
Emeloirt
DE ZVYDER ZEE
Vrck
Enckhuysen
SCELLINCK
Suryp
Grijende
Brandarius
TVLIE
MONICK E SLOOT
Vlielant ten oosten
VLIELANDT
Vlielant ten westen
WEST VLIELANDER DIEP
WIERINGE
Medenblick
Hoorn
DE WAERT
DE SCERMER
Alckmaer
Oosteneijnde
Hogenberch
Wale
Burch
TEXEL
Coege
Hoorn
Westeneijde
MEERS DIEP
SEPTENTRIO
OCE ANI GE R MANICI
Miliaria Holland. parua, mediocria, & magna.
HOLLANDIAE
QVORVM CATTH
SEDIS NOVA DE
TIO, AVCTORE
BO A DAVENTI

DVCATVS GELDRIÆ PARS
DVCATV BRABAN
TIAE
PARS
PARS
MERIDIES
Harderwyck
Amersfoort
Hulkesteyn
Embrugghe
Barent
Vianen
Vtrecht
Wijk
Culenburg
Asperen
Gorichem
Dordrecht
Amsterdam
Haerlem
Leyden
Delft
Rotterdam
Gouda
Schiedam
Briel
Goeree
Brouwershaven
SCOWEN
VOORN
TIGCEL
DIE MAESE
Stadtduynen
Grauwe
Rauenstein
Meghem
Niulandt
Dunghen
Hoesdert
Spuyt bergen
S. Gertruydenbergh
Den haghe
Wijk te Stedt
Vyselsteyn
Montfoort
Oudewater
Scoonhoven
Nieuwpoort
Woerden
Wijk te Duerstede
Culenburg
Bommeler
Weert
Gelderen
Nijmegen
Tiel
Arnhem
Zutphen
Deventer
Kampen
Zwolle
Groningen
Leeuwarden
Sneek
Franeker
Harlingen
Alkmaar
Hoorn
Enkhuysen
Medemblik
Monnickendam
Edam
Purmerend
Zaandam
Haarlem
Leyden
Delft
Schiedam
Rotterdam
Dordrecht
Gorichem
Vianen
Vtrecht
Amersfoort
Harderwyck
Nijmegen

FRISIA.

FRISIOS antiquissimam gentem circa Rheni ostia ad Oceanum olim habitasse, vbi hodie etiamnum sedem retinent, ex antiquorum monumentis liquidò constat. Ptolemæus namque eos supra Busactores inter Vidrum & Amasium flumina describit. Tacitus, qui eos clarum nomen inter Germanos habere, & ad Oceanuum Rheno prætexi ait, in Maiores & Minores distinguit, ex modo virium. immensos lacus, à Romanis classibus nauigatos, eos ambire dicit. Idem Transrhenanos quosdam Frisios nominat: quos Romanorum magis auaritiæ quàm obsequij impatientes fuisse addit. Hos Transrhenanos à Clodio Albino Imperatore fusos, tradit in huius vita Iulius Capitolinus. Frisiorum insulas, in ipso Rheno, habet Plinius; & Frisiabones populos inter Helium & Fleuum Rheni ostia.

Manifestum est itaque, Frisios Amisium fluuium antiquitus non transiliisse. Hodie verò eorum nomen latiùs Orientem versus extenditur; ad Visurgim amnem ferè. atqui hos apud veteres Geographos sub Chaucorum nomine designari, extra controuersiam est. Sed & vlterius, in ipsa Dania, in Dietmarsiæ regiunculæ finibus, sunt quos vulgò *Strandt-vriesen*, quasi littorales Frisios dicas, indigetant. hi Sigulones fortè Ptolemæi erunt. Frisiam Eydorensem ab amne vicino, item Frisiam Minorem, nominant hanc Saxo Grammaticus, & Albertus Crantzius, qui eam Frisiorum sobolem facit. Cornelius Kempius in suo de Frisia opere totam Frisiam in septem Zelandias (quas dicas maritimas terras) diuidit. Primam vocat quæ est ab Occidente Fleui fluminis, & *VVaterlandt* hodie dicitur: Secundam Westergoe, quasi dicas Occidentalis terra: Tertiam Oestergoe, id est Orientalis. Hasque tres sub vno nomine Frisiæ Occidentalis comprehendi ait. Quarta est versus Isalam fluuium, in qua Dauentria, Svvolla, Hasseletum, Stenouica, & Vollenhoua vrbes. Quinta territorium Groningense continet. Sexta Frisiam quam vocant Orientalem. Septima est à Wesera fluuio, trans Albim, vsque ad Eydoram fluuiolum. Aliàs autem diuiditur hæc regio Frisiorum in tres: in Orientalem nempe, Occidentalem, & Intermediam, quam Groningensem appellant.

Frisiorum oppida tria ponit Ptolemæus; Manarmanis, Phleum, & Siatutanda: apud Tacitum Fleuum castellum (idem fortè cum dicto Phleum) est: & Cruptoricis stipendiarij villa. item Badu-
hennæ lucus: in quo nongentos Romanorum confectos, & aliam quadringentorum manum, post-
quam proditio metuebatur, mutuis ictibus procubuisse queritur. Idem Herculis columnas apud
eosdem superesse testatur. Gētis magnanimitas, & de se virtutis fiducia, ex Verriti & Malorigis eorum «
Principum historia clara est. hi enim (Tacitum andi) profecti Romam, dum aliis curis intētum Nero- «
nem opperiuntur, inter ea quæ Barbaris ostentantur, intrauêre Pompeij Theatrū, quo magnitudinem «
viserent. Illic per otium (neque enim ludicris ignari oblectabantur) dum consessum caueæ, discrimi- «
na ordinum, quis eques, vbi Senatus percunctantur, aduertêre quosdam cultu externo in sedibus Se- «
natorum: & quinam forent rogitantes, postquā audiuerant, earum gentium legatis id honoris datum, «
quæ virtute & amicitia Romana præcellerent, NVLLOS MORTALIVM ARMIS AVT FIDE AN- «
TE GERMANOS ESSE, exclamant: digrediuntur que & inter patres considunt. quod comiter à vi- «
sentibus exceptum, quasi impetus antiqui, & bona æmulatio. Nero ciuitate Romana ambos donauit. «

Plinius apud Frisios herbam Britannicam (sic vocatam) nasci scribit; folia habentem oblonga nigra, radicem nigram. succus eius exprimitur & ex radice. Florem vibones vocant: qui collectus priùs quàm tonitrua audiantur, & deuoratus, securos in totum reddit. hæc herba non neruis modò, & oris malis salutaris, sed contra anginas quoque & serpentes. an hæc herba hodie etiamnum cognita sit, & quo nomine, ex rei herbariæ peritioribus doceri cupio.

An huius loci indigenæ sint hi populi, an fortasse à Phrygibus Asiaticis originem & nomen, vt plurimi volunt, traxerint, aut ab aliis; (Phrygos enim Strabo etiam in Illyrico, circa Ceraunios montes, nouit;) doctioribus discutiendum relinquo. Aniles horum annales autem non possum non ridere, qui hos è Fresia, Indica regione, in hanc terram venisse tradunt. Si nugis delectarer, mallem cum Hanibaldo hos nomen habere ab eorum rege Phriso Clodionis filio. Apud mediæ ætatis scriptores, Gallicos in primis, Frisones video appellari, à *Frisons* nimirum vocabulo, quo Gallicum vulgus eos appellare consueuit. Nomen antiquum hactenus retinent. *Friesen* enim vernacula lingua & à se, & ab omnibus Germanis vocantur.

Ad Christianam religionem conuersi fuêre à D. Bonifacio Archiepiscopo Moguntinensi; sub Zacharia Pontifice Romano. Exstat historia de Rabodo Frisiorum Duce, qui cùm aqua lustrali in Christianorum cœtum inaugurandus esset, rogabat quò locorum aui & proaui eius concessissent: & cùm intelligeret eos omnes cum cacodæmonibus in malam rem abiisse; pedem retraxit, dicens se velle cum maioribus suis esse. An ab hoc Rabodo nomen vernaculū *Raboudt* deriuatum? quo vulgò hominem nequā & perditum notamus. De Frisiis in vniuersum scripsit peculiarem librū Suffridus Petrus Frisius, & Cornelius Kempius, aliique. Omnium autem doctissimè Vbbo Emmius Frisius Gretensis.

OCEANI
Hollanti Hoorn
S. Brädaris Surip
Scellinck
Boorduip
Balm
Hollum
Nieu Amelandt
Scelbach
Schiermonickoge
De Louwers
Hessesant
Twadt
Grupde
Danck
Bldt
Oestergoe
Groeningen
Hoorn
Roderwold
Feldt
Vries
Alsen
Rolde
Spier
Vlodderen
DRENT.
Waplerveen
Deueren
Dunghöloe
Bylen
Borch
Haulet
Steenwijck
Nieveen
Colderveen
Meppel
Westerhesselen
Osterhesselen
Sleen
Coevorden
Gramsberch
DLANT OVERYSSEL
Hardenberg
Heem
Omme
Dalfsen
Rechteren
Hasselt
Kampen
Elborg
Harderwijck
GELDRIAE PARS.
Heerde
Wesep
Eep
Oyen
Vorchten
Olst
Windesem
Wijhe
Raalt
Heldorn
Lemlerberg
Ham
De Velume
ZUYDER ZEE
Vrk
Emeloort
Voorst
Ens
Vollenhoue
Zwartesluis
Gheithorn
Clarburg
Steenwijck
Baerle
Scarwolde
Ysselmuyden
Grafhorst
Sonneberg
Wilsen
Oistwonde
Clarcwater
Hattrem
Hulsbergen
Dedoorn
Denordel
Swolle
Vecht R.
Vecht R.
Vecht R.

Oost ende West
vrieslandts beschryuinghe.
VTRIVSQVE
FRISIORVM RE:
GIONIS NOVISS:
DESCRIPTIO.
1568.
MANICI PARS.
Ooster Eems
Juyst
Buyss
Norderuy
Baltrum
Langeroge
Spykeroge
Wangeroge
Twadt
Dornum
Esens
Witmonde
EESENER LANDT
YEVER LANDT
Yeure
Sen wart.
Fedde wart.
Knyspens
Norden
Westrackum
Hage
Beerum
Coldinne
Lutz borch
Oostel
Werdum
Marienhoue
Griet
Pilsum
Bijnt
Alant
Meerhusen
Bruckzetel
Goens
Rosthusen
Aurick
FRISIAORIEN:
Horsten
De Jade fl.
Amalij fluvi ostium
Delfsiel
Knock
Eemden
Rijpe
Pijle
Strackholt
Wesenser meer
Freeburg
Oldersum
Rarkum
Barthe
Barge
Dollaert
Mariecour
Wolde
Yemegem
Den Oert
Bagbant
HALIS.
Logeberum
Lire
Loge
Wenigermoer
Hoghebundt
Stapelmoer
Hal
RYDER LANDT
De Loe fl.
Nortmore
Stichusen
Yplenger
BVTIAGER LANDT
Duuenbrouck
Wijmeer
Bellingwolde
Weener moer
OVERLENGER LANDT
Detrem
De Gasthe
Vriesloo
Wedde
Aschendorp
De Loe fl.
Appen
Thorne
Vlachwedde
Reegen
Amasius fl.
Onstwedde
Selslingken
OLDENBORGER LANDT
Meppen
Haes fl.
Apen
WESTPHALIAE PARS
Lingen
Cum priuilegio
Eems fluuius
Rheuen

FRISIA
OCCIDENTALIS.

FRISII hodie diuiduntur Amisia fluuio in Occidentales & Orientales. Occidentalis Frisia, quam hîc ob oculos ponimus, Frisiæ nomen quasi proprium sibi antiquissimo iure vindicat; semperque præstantior fuit habita. Olim enim regio diademate claruit, ad Caroli Magni vsque tempora: à cuius obitu variis hic tractus agitatus fuit molestiis, tametsi & ante quoque eiusdem tempora durissimum Danorum ac Norwegianorum senserit imperium. quin ipsius Oceanus, perpetuus huic terræ infestissimus hostis, eam non segniter inundãdo, alluendo, lacerandoque exercuit, nec dum inducias agens. Denique ab Episcopis Traiectensibus, Hollandiæque Comitibus grauiter olim afflictos Frisios, nemini obscurum esse puto. sed tandem sub Carolo V. Cæsare, Principe verè pacifico, halcyonios dies est adepta. Diuidunt eam hodie trifariam, in VVestergoam nempe, Oestergoam, & Septemsiluas: quæ rursum distinguuntur in viginti nouem Gretanias (vt ipsi patria lingua vocant) seu Sedes iudiciales. Describitur quoque in hac tabula Groeningensis inclytæ vrbis territorium: item tractus quem Ommelandiam vocant. his Transisalana, cum Drenta Tuentaque iungitur; regiones pingui gleba exuberantes, ac pagis & ædificiis excultissimæ, pecorumque læto prouentu gaudentes.

Vrbes huius Frisiæ sunt numero tredecim, GROENINGA, Rodolphi Agricolæ natalibus clara; DAMMA; LEVVARDVM, cum arce; hîc totius regionis Curia siue Senatus supremus, & Cancellaria, vt vulgo dicitur; DOCCVM, Gemmæ Frisij celeberrimi Mathematici patria; FRANICHER, nobilium huius regionis recessus & domicilium; BOLSVARDVM; SNEECHA, vnde Ioachimus Hopperus, vir literis & dignitate celebris, oriundus; ILSTA; SLOTEN; HARLINGA, ad Sinum maris Germanici, quem *Suyder-zee* vocant, portum habet, quem valida arx ab omni hostili insultu defendit. VVORCHVM, & HINDELOPEN, ad eundem Sinum apparent: vltimò STAVERA est, vrbs quondam potens, hodie verò Oceani inundationibus toties damnum passa, non ita florens. Sunt præterea in ea quadringenti & nonaginta pagi, quorum nonnulli priuilegiis dotati, coloniis & diuitiis affluunt: & magnus numerus monasteriorum, adeò vt modò splendore opidorum, agrorum cultura, cœnobiorum claritate nulli cedant. Quod verò in hac regione præter sola nobilitate claros, quorum ædes & prædia hîc cernantur, nulli reperiantur Barones vel liberi domini, id partim accidit ob calamitates prædictas, partim quòd olim sola sua libertate contenti, externorum Principum aulas non sunt sectati.

Pet. Oliuarius ait in suis annotationibus in Melam, vbi loquitur de Occidẽtali Frisia, se nunquam vidisse regionẽ tam angustam tot habere Parochias. Fuerunt (inquit) nonnulli, qui caussam tot templorum hanc afferunt: narrant contentionem olim inter nobiles illius tractus de loco in illis templis ortam, nam omnes volebant habere primum locũ; & cùm hæc contentio indies increbresceret, decreuerunt, qui poterant, in suis pagis proprias erigere Parochias; & sic quisque primum sibi locum propria sua sede capiebat: atque hinc tot templa. Hæc ille, apud quem plura. Vide quoque Saxoniam Alb. Crantzij. Sed qui ampliorem huius Regionis cognitionem desiderat, legat Ludouici Guicciardini descriptionẽ Germaniæ inferioris. Ælfius Edouardus Leon Frisius hanc regionem descripsit quoque Heroico carmine, ad D. Viglium Zwichemum: & prolixè admodum peculiaribus libellis Cornelius Kempius, & Suffridus Petrus. Huius antiquitates promisit nuper vir doctiss. Hieronymus Verrutius.

FRISIA OCCIDENTALIS.
Noordt Zee
Amelandt
Ameldergat of Boerdergat
Schellinck
Vlieland
Wadt
Wes:
Dat Bildt
Franicker
Harlingen
Leeuwerdi
Dockum
Acht er goe.
Leppe
Borne
Sheerenfeen.
De Zonger.
Oldryden.
Ouer ysel
Vollenhoue
Steenwijck
Blankenham
Ysselham
Scarvolt
Emelgirt
Enchuysen
SVYDER ZEE
HOLLANDIE PARS
OCCIDENS.
Twiscke meer
Slotermeer
Sneeck
Oppenhuysen
Hilslem
Ilst
Hegner Meer
Aldega
Noordwolt
Hemlom
goe.
Staueren
Scharle
Rugabrysen
Reesum
Leeuwarden
Nieuwerm
Lemmerhoorn
Esterga
Tolleg
Aesterse
Echtinus
Munckhuysen
Nietrijndt
Sterenseel
Spange
Oldemerck
Pasloe
Vlieland
Vlie
Ameldergat
Scellinck
Scarmnickoge
Banck
Dockener dep
Monckezijl
Colmer zijl
Lutkewolde
Lutkepost
Gorckstadt
Ferndoster
Opzijl
Erestrom
Cotem
Butenpost
Dreesm
Westergest
Alduwalt
Clant
Goseg
Dantzeswolde
Kernwalt
Sibrat
Reaert
Reisom
Poudgum
Aelue
Merrum
Bottinga
Hsm
Wanfert
Bedchem
Wyns
Alzierck
Raetzierck
Weltemer
Ruperts zierck
Gietzierck
Onzierck
Eisinga
Leckom
Gleien
Tzeickerk
Sauade
Hergerup
Somer
Ouerwater
Dreghem
Baienclooster
Trimunde
Noorderdraechten
Sudderdracken
Cortehem
Sigerwolt
Oldeterp
Kruerfuchly
Beets
Aldeberen
Ackrum
Tarherne
Andrug
Gerezsflaet
Terwisspel
Cortesfoarch
Langemach
Tiabrdt
Stinkerck
Gorgeae
Aldehoorn
Iobbinge
Ackmerup
Hischa
Slansgae
Niehsck
Althusck
Hascherhoren
Wilsdam
Bronzerge
Oppridzirt
Nicholtwolt
Aldeholtwolt
Aldeholpae
Nielemmer
Ubuegae
Sonnegae
Peperga
Blessdijck
Oldemerck
Pasloe
Steenwijck
Blankenham
Ysselham
Scarvolt
Vollenhoue
Emelgirt
Vbogst
Oudenbosch
Hoorn
Vlissingen
Ostende
Nieuwport
Sluis
Ameldergat
Holhum
Ameland
Ballem
Nesse
Banck
Dockener dep
Twiscke meer
Slotermeer
Hegner Meer
Aldega
Noordwolt
Hemlom
goe.
Staueren
Scharle
Rugabrysen
Reesum
Leeuwarden
Nieuwerm
Lemmerhoorn
Esterga
Tolleg
Aesterse
Echtinus
Munckhuysen
Nietrijndt
Sterenseel
Spange
Oldemerck
Pasloe
Vlieland
Vlie
Ameldergat
Scellinck
Scarmnickoge
Banck
Dockener dep
Monckezijl
Colmer zijl
Lutkewolde
Lutkepost
Gorckstadt
Ferndoster
Opzijl
Erestrom
Cotem
Butenpost
Dreesm
Westergest
Alduwalt
Clant
Goseg
Dantzeswolde
Kernwalt
Sibrat
Reaert
Reisom
Poudgum
Aelue
Merrum
Bottinga
Hsm
Wanfert
Bedchem
Wyns
Alzierck
Raetzierck
Weltemer
Ruperts zierck
Gietzierck
Onzierck
Eisinga
Leckom
Gleien
Tzeickerk
Sauade
Hergerup
Somer
Ouerwater
Dreghem
Baienclooster
Trimunde
Noorderdraechten
Sudderdracken
Cortehem
Sigerwolt
Oldeterp
Kruerfuchly
Beets
Aldeberen
Ackrum
Tarherne
Andrug
Gerezsflaet
Terwisspel
Cortesfoarch
Langemach
Tiabrdt
Stinkerck
Gorgeae
Aldehoorn
Iobbinge
Ackmerup
Hischa
Slansgae
Niehsck
Althusck
Hascherhoren
Wilsdam
Bronzerge
Oppridzirt
Nicholtwolt
Aldeholtwolt
Aldeholpae
Nielemmer
Ubuegae
Sonnegae
Peperga
Blessdijck
Oldemerck
Pasloe
Steenwijck
Blankenham
Ysselham
Scarvolt
Vollenhoue
Emelgirt
Vbogst
Oudenbosch
Hoorn
Vlissingen
Ostende
Nieuwport
Sluis
Ameldergat
Holhum
Ameland
Ballem
Nesse

FRISIAE ORIENTALIS PARS.
Twadt
Emden
Den Dollart.
Groeningen
Harssens
Hochkerck
Drent
Antiquae Frisiae situs sub Augusto Imperatore, ut fertur.
FRISII MAIORES
FRISII MINORES
Saxones
Salandia
MAIORES
Brabantiae pars
D. Ioachimus Hoppers descrit.
SIBRANDVS LEONIS LEOVARDIENSIS DESCRIB.
Cum priuilegio Imp. et Reg. Min. ad decennium. 1579.

FRISIA
ORIENTALIS.

RISIOS olim hunc tractum non inhabitasse, sed Cauchos, in confesso est. Horum meminit præter Strabonem, Dionem, Suetonium, Paterculum, Æl. Spartianum, Ptolemæus: qui eos in Maiores & Minores distinguit, vt quoq. Plinius. Maiores Ptolemæus inter Visurgim & Albim collocat: Minores inter Amasium & Visurgim; vbi hodie hi Frisij, quos Orientales vocamus, habitant. De Cauchis hæc Plinius libro decimo sexto, capite primo: Sunt verò in Septemtrione visæ nobis Cauchorum, qui Maiores Minoresque appellantur. Vasto ibi meatu bis dierum noctiumque singularum interuallis effusiùs in immensum agitur Oceanus, æternam operiens rerum naturæ controuersiam: dubiumque terræ sit, an in parte maris. Illic misera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia structa manibus ad experimenta altissimi æstus, casis ita impositis: nauigantibus similes, cùm integant aquæ circumdatæ: naufragis verò, cùm recesserint: fugientesque cùm mari pisces circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali, vt finitimis, ne cum feris quidem dimicare contingit, omni procul abacto frutice. Vlua & palustri iunco funes nectunt ad prætexenda piscibus retia: captumque manibus lutum ventis magis quàm sole siccantes, terra cibos, & rigentia Septemtrione viscera sua vrunt. Potus iis non nisi ex imbre seruato scrobibus in vestibulo domus. Et hæ gentes, si vincantur hodie à populo Romano, seruire se dicunt. Ita est profectò, multis fortuna parcit in pœnam. Hæc de his Plinius; qui eos libertatem, Romanorum tyrannidi præferre admiratur. aut inuidet potiùs. Non enim vsque adeò mirandum videtur, liberam gentem ante omnia libertatem suam tueri: quam ita præclaram dicit is, Plini, quem tu ipse extra omnem ingenij aleam positum prædicas, vt ne mortem quidem in ea repetenda fugiendam suadeat; eamque non solùm ab hominibus, verùm etiam à bestiis expeti, atque omnibus rebus anteponi meritò perhibet.

Hæc regio quondam in multas Satrapias fuit diuisa; quæ singulæ à singulis Principibus administrabantur, ad Frederici III. Imperatoris tempora vsque; qui quendam nomine Vlrichum toti huic regioni præfecit, eumque Comitis titulo insigniuit, anno nempe post Virginis partum millesimo quadringentesimo & sexagesimo quinto.

Solum huius tractus rerum necessariarum adeò diues est, vt vicinarum regionum ope minùs indigere videatur. imò multis vsque adeò abundat, vt equis, bobus, pecoribus, carnibus porcinis, lanis, butyro, caseo, hordeo, auena, frumẽto, fabis & pisis, item sale, vt eorum quotannis magnam copiam cum aliis longè distantibus locis communicent. Duas tantùm habet hic Comitatus vrbes muro cinctas, quæ sunt Emdena & Aurichum. quarũ Emdena, ad Amasij fluminis ostium sita, totius regionis emporium est, frequentatione negotiatorum celebre cum primis & illustre. facit hoc portus cõmoditas, qui vsq. in ipsam vrbem tanta altitudine se insinuat, vt in vrbis interiora naues variis mercibus onustas velis minimè deductis intromittat. Huius vrbis ornamẽta sunt Principis regionis ædes sumptuosæ, templum magnificum, domus prætoria, & ciuium domus admodum elegantes. Aurichum ferè à nobilibus habitatur, ob siluas & nemora quæ huic ferè ab omni parte imminent, in quibus se venationibus & aucupio oblectant. Est in huius vrbis agro, teste Kempio, locus Iyl dictus, muris vndique cinctus, arbustis consitus, leporibus & hinnulis percõmodus: in quo quasi in viridario siue leporario quodam fouent maximum horum animalium numerũ, quæ proposita pœna capere nemo audet: sed Comitibus operam venationi daturis in voluptatem pro tempore seruãtur. In eodem huius Aurichi territorio est collis paulo eminentior, vulgò *Obstalsboom* dictus, in quo tribunal totius gentis. vbi quondam sub dio solebant bis in anno conuenire ex septem Zelandijs, atq. ibidẽ omnes huius regni controuersias per probatissimos & consuetudinum iurisq. peritissimos dirimere. Arces præterea, villæ & prædia non pauca. Pagorum tantus est numerus, vt alter alterum interdum contingat. horum maxima pars cùm ædium platearumque splendore, tum incolarum, tam indigenarum quàm peregrinorum frequentia adeò excellunt, vt cum multis Germaniæ vrbibus de dignitate certare possent.

Gens aut mercaturã exercet, aut mechanico aliquo artificio ætatem terit, vel agricultura quæstum facit. cum vicinis aduenisque Germanica vtuntur lingua, inter se autem peculiari & genuina, à peregrinis minimè intellecta. Vestitus honestus, etiam rusticorum: ita vt ex vestitu eos pro oppidanis quis duceret. Femineus sexus habitu multum ab aliis differente gaudet. Totam capitis comam in vnum cirrum cõponunt, eumque multis argenteis deauratisque sphærulis vel nodulis ornatum, in tergum dependere sinunt. Caput ipsum in æstate reticulo ex rubri colons serico contexto, argentoque deornato redimunt. hyeme autem capitium ex panno viridi induunt, quo totum caput adeò cooperiunt, vt oculos rantùm adspiciendos præbeant: *Hatte* vocant hoc genus vestimenti. Palla siue vestis exterior, quæ à capite ad talos vsque plurimis minutisque plicis striata est, argẽteis deauratisque laminis tam frequentibus vndecũque rigescit, vt exuta, etiam erecta consistat. hæc constat ex rubro, interdum quoque ex viridis coloris pãno. Sunt in hac Orientali Frisia Comitatus alij duo, alter Esens, alter Ieueren, à primariis eorũ opidis sic vocati. De huius Frisiæ situ, natura & moribus lege Vbbonẽ Emmium.

FRISIA ORIE
MERIS GERMANICI
Norder diep
Wichter diep
Boeser diep
Het watt
Norder Nye
Bateriye
Iust insula
Oster Embse
Borckum insula
Wester Embse
Pilsumer wadt
Wester Marsch
Oster Marsch
Norder gebiede
Berhumer ampt
Broeckmer landt
Het Moer, oft Veenen
Greet mer
Em
Fenden
Emsmuth
Emsmuth
Emsmuth

Ossenbalge
Harlee
Wanger
Wanger
LIS
Het Watt.
Knypensen
Iada flu
Weser flu
But iada
Stadtlant
Brack
Harlinger landt
Wittmonds
Ardorp
Hagerhaue
Middelst
Spekendorp
Wisfermer
FRED
BORCH
LANDT
Wysens
Wyserholt
Iplengen
Nieborch
Linswegen
Westerstede
Eykensholt
Boker
Ellens
Dartmeer
Nieubroeck
Elsteer
Nieuberck
Meyenborch
Bloemmendael
STICHTE
BREMEN
ORIENS
Bremen
Stichusen
Tamendorp
GER
biedt
Joannes Floria nus describebat.
MERIDIES
RIDERIAE PORTIONIS facies, ante inundationem, qui post ea sinus maris factus est.
AMASIS FLVVIVS
EMDEN
Ewitzyer
Unterbeerd
Ockewerr
Palmar
Hagkewerr
Dewellem
Hoeveringe
Vnpt

DANIA.

DANIÆ descriptionem ex Saxone Grammatico hanc accipe: Dania mediis pelagi fluctibus intercisa, paucas solidi continuiq; tractus partes habet, quas tanta vndarum interruptio pro varia freti reflexioris obliquitate discriminat. Ex his IVTIA granditatis inchoamentiq; ratione Danici regni principium tenet, quæ sicut positione prior, ita situ porrectior, Theutoniæ finibus admouetur. A cuius complexu fluminis Eydori interriuatione discreta, cum aliquanto latitudinis excremento, Septemtrionem versus in Norici freti littus excurrit. In hac sinus, qui Lymicus appellatur, ita piscibus frequens extitit, vt non minus alimẽtorum indigenis, quàm ager omnis exoluere videatur. Huic etiam FRESIA minor adiacet, quæ à Iutiæ prominẽtia subsidentium camporũ ac gremij deuexioris inclinata recessu, maximos frugum prouentus beneficio Oceani inundantis assequitur. Cuius refluxionis vis, plus vtilitatis an periculi incolis afferat, ambiguum extat. Siquidem tempestatis magnitudine perruptis æstuariis, quibus apud eos maritimi fluctus intercipi solent, tanta aruis vndarum moles incedere consueuit, vt interdum non solùm agrorum culta, verum etiam homines cum penatibus obruat. Post Iutiam, insula ad Orientem versus FIONIA reperitur, quam à continẽti angusti admodum æquoris interiectus abrumpit. Hæc sicut ab Occasu Iutiam, ita ab Ortu Sialandiam prospectat, conspicua necessariarum rerum vbertate laudandam: quæ amœnitate cunctas nostræ Regionis Prouincias antecedens, medium Daniæ locum obtinere putatur, ab extimæ remotionis limite pari spatiorum intercapedine disparata. Ab huius Ortiuo latere, Occasiuum Scaniæ media pelagi discisciscit interruptio, optimam prædæ magnitudinem quotannis piscantium retibus adigere soliti. Tanta siquidem sinus omnis piscium frequentia repleri consueuit, vt interdum impacta nauigia vix remigij conamen eripiat: nec iam præda artis instrumento, sed simplici manus officio capiatur. Cæterùm Hallandia ac Blekingia ab integritate Scaniæ, ceu rami duplices ex vnius arboris stipite promeantes, Gothiæ, Noruagiæque longè declinationis spatiis diuersisque recessuum interstitiis adnectuntur. Hactenus Saxo Grammaticus. Vide etiam Albertum Crantzium; M. Adami Historiam Ecclesiasticam, & Sebastianum Munsterum.

MARCHIONATVS BRANDEBVRGICVS extenditur in longitudinem ad LX. milliaria Germanica. Ab Occidente finitur Saxoniæ, Misniæ, & Megalopolensium regionum limitibus. A Septentrione Sterinos, Pomeranos, & Cassubios respicit. Poloniam & Silesiam versus Orientem Solem contingit. Bohemiam, Lusatiam, & Morauiam habet à Meridie. Diuiditur in antiquam, Mediam, & Nouam. Comprehendit hic Marchionatus quoque in se Dominium Cotibusij: in Inferiore Lusatia, Peulzij, Bescouiæ, & Storkouiæ; Ducatum Crossi, in Silesia; Comitatum Ruppini, Stolpij, & Vieradij. Habet quoque regiunculam Prignitz. Habet & tres Episcopatus, Brandeburgensem scilicet, Hauelbergensem, & Lubusium in Media Marchia situm. Item vltra Oderam fluuium Sternebergum vrbem & regiunculam. Incipit Marchia antiqua à Solitudine quam Luneburgensem cognominant, & ad Albim fluuium vsque protenditur. Confinia item habet cum Magdeburgensi, Halberstadensi Diœcesibus, & Megalopoli. Huius incolæ olim fuere Senones Sueui, nec non alicubi Angriuarij cum Teutonibus. In hoc tractu sunt septem non parui nominis vrbes, hæ nempe, Tangeramonda ad Albim, quo Angra vel Tonagra aquam suam euomit, sita; quondam Caroli 4. Imp. sedes. Stendalium, quæ huius Marchiæ ciuitas primaria est. Est hic templum (*Thumstift* vocant) D. Nicolai Canonicorum regularium Ordinis Cistertiensium. Soltwedelum in duas ciuitates, Veterem & Nouam, diuisa. Gardeleben cum arce Eisschnippa vocata. Item Osterburgum, Werbum, Senohusum à Senonibus populis fortè sic nominatum. Minùs celebria sunt Arnburgum cum arce ad Albim situm, Bisemarchum, Bostera, Bucka non procul ab Albi exædificatum, Kalba, & Nesslinga, quam quoque Lerzolingam appellant. Præter hæc habet septem monasteria cum sæcularibus iurisdictionibus vt plurimum opulenter dotata, aliaque mulierum cœnobia, vti sunt Arentsehum, Damka, Diestorsum, Ktewesa, & Niedorssum. Latitudo huius longitudini par, octona Germanica milliaria non excedit; in eo tamen numerantur 465. non ignobiles pagi. Media Marchia ab altera Albis parte initium sumit, & extendit se ad Oderam & Sueuum (vulgò Spre) fluuios. Irrigatur Hauela, aliisque parui nominis riuulis. A Sueuis olim habitata fuit. Ager est admodum fertilis, frumento in primis. Nemorum, piscinarum, & pascuorum copia. Vineta etiam habet, ab Alberto eius Marchione (cui Vrsus cognomen fuit) hic primùm consita. Brandeburgum eius ciuitas princeps est; hanc Hauela fluuius in duas partes, Nouam & Veterem, dirimit; nomenque habet à Brandone Francorum quondam Duce. Hic totius regionis tribunal. Multa sunt huic vrbi priuilegia & immunitates, ab Imperatoribus, Regibus & Principibus olim ei concessa, cuius indicio est statua pedestris in Nouæ vrbis parte posita; gladium euaginatum dextra tenens, quam Rolandum ciues vocant. Non procul ab hac vrbe regiuncula est Hauellana, ab Hauela flumine, quod eam circuit, cognominata. Item Leninum Monasterium Cistertiensis ordinis. Brandeburgum sequitur Rathenauium ad Hauellam; Spandauium cum propugnaculo ad Sueuum fluuium extructo; deinde Colonia, & Berlinium, duo opida à Sueuo fluuio ab inuicem separata. hic hodie Principis Aula. Berlinum, nomen sortitum ab Alberto *Bet* (id est Vrsus) cognominato, aut, vt alij malunt, ab vrsis feris hoc loco, cùm eius fundamenta iacerentur, stabulantibus. Colonia, à carbonariis hic quondam magna frequentia habitantibus, vel potiùs à Latino vocabulo Colonorum, nuncupata videtur. Francofurtum ad Oderam, inter Hanseatici fœderis vrbes olim connumerata, quo nomine etiamnum nullum vectigal apud Lubecenses, aliasque huius fœderis ciuitates pendere dicitur. Ternis nundinis singulis annis frequens. Collegium siue Academia hic est, anno 1506. à Ioachimo Marchione eius nominis primo institutum. Prope huius vrbis Carthusianorum cœnobium riuulus est, ex colle vitifero emanans, quicquid in eum inciderit, in lapidem indurescere compertum est. Alia præterea oppida sunt, vt Brietza, Fidæ cognomen habens; item Belitza, Bernauium vbi præstantissima ceruisia coquitur. Bellinum ad fluuiolum Rhenus dictum, hic traiectus est; Mittenwaldum, Monachobergum, Bisenthalum, Blumoberga, Brandeburgensis diœcesis, Botzauium, cum arce; Falkenhagum, cum arce, Templariorum quondam statione, Fryenwaldum, & Oderobergum. Hic Marchio Albertus eius nominis secundus arcem in medio fluminis exstruxit, quo præternauigantes portorium soluere coguntur. Deinde Fridlandia, virginum cœnobium, cum vrbecula; Frisachum, Brandeburgensis diœcesis, Geresswaldum, Grummitzum, Gruneheyda, Grunewaldum, & Koppenicum, quatuor Principis viuaria, cum adiunctis arcibus. Hochelbergum pagus; Landsbergum, minus cognominatum; cum arce peruetera, Lichenum opidulum; Liebenwaldum cum viuario; Nawena; Putstamum opidulum cum arce; Neustadium, Eberswaldum, & non longè ab eo Chorinum monasterium Cistertiensis ordinis, Mulrosa opidulum & pagus, Sarmundum, Sconbecum cum viuario, Stransberga, Trebinum, Bernauichum opidulum, Zendenichum Vestalium cœnobium; Zossa opidulum cum arce, Stendelum, Suetum; Wrusenum opidum non procul ab Odera fluuio: Lietza, Selowium opidulum, multique pagi & vici. Hæc Marchia Media continet 28. milliaria in longitudine, totidemque in latitudine.

Noua Marchia à Media disungitur Odera flumine, eo tractu quo Warta fluuius prope Costrinum aquas suas in illud exonerat. Hoc flumen Warta ex Polonia originem sumit; irrigatque hunc tractum ad Lansbergum vrbem, Zandocum opidulum & Sonneburchum. Primi nominis vrbs in hac Marchia Costrinum est, à Marchione Ioanne Ioachimi primi filio restaurata, & maximis impensis munita, atque in Principis sedem delecta. Aliæ sunt Landsbergum ad Wartam, Regiomons, Bernwaldum, & Bernsteinum opidulum cum arce, Bernawicum, & Berlinicum aut Nouum Berlinum opidum. Deinde Arnswaldum vrbs, Thamum opidulum, Soldinum quondam huius primaria vrbs, Furstenfeldum opidulum, Dramburgum, Driesenum, Falkenbergum vrbs cum arce, in Pomeranorum confinibus sita: item monasterium Vestalium Himelstettum dictum, Kalis pagus, Kartaw, Lepena, vrbeculæ, Morgenwaldum cœnobium, Morinum opidulum, Nurburgus pagus, Nurnbergum, Reizcum cœnobio Rhodo, Quartzen nobilium ædes, Sciffelbenum opidum, optima ceruisia & armamentariis artificibus excellens. Præterea Osemundum, Sconflies, Woldenbergum opidulum, Sciltbergum pagus, Zeden opidulum cum virginum cœnobio, & Zandocum opidulum ad Wartam fluuium. Circuitus huius Marchiæ Nouæ plus minùs est 24. milliarium. Habet in vniuersum Marchia Brandeburgica cum iis regionibus quas eius iuris esse diximus, 55. insignes vrbes, 64. opida, 16. opidula, quæ *Marckflecken* vulgò vocant. 38. arces, siue nobilium ædes. 10. viuaria, 17. cœnobia, tam virorum quàm mulierum. Coralium, aetiten, scistum, aliasque non ignobiliores gemmas producit hæc regio. Hæc ex libello Germanico Wolfgangi Iobsti. Lector, si lubet, adde his quæ apud Irenicum & Munsterum sunt. & quæ nuper edidit Dauid Chytræus in suo Saxoniæ chronico.

BRANDEBVRGENSIS

Frisch haff.
Pome=ra=niæ
Pars.
=marck.
MEDIA.
NOVA.
MARCHIA
Stern=bergk.
Crosen duca=tus.
ATIÆ PARS.
SILESIÆ PARS.
Cotbuss do=mi=nium.
Milliaria Germ. comun.
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

BVCHAVIA,
VEL
BVCHONIA.

OMTINET hic Germaniæ tractus Fuldenſem Abbatiam: de cuius origine & ſitu hæc ſunt in Coſmographico opere Seb. Munſteri: FVLDA metropolis eſt eius in Germania regione, quam olim Buchoniam, alij Buchauiæ ſiluam, ſeu ſolitudinē appellabant, à fago nimirum, vnde hodie Fagoniam hanc & Fagunetum dicimus. Equidem id nominis à fago obueniſſe Regiunculæ, vel huius opidum Fagus, quod vulgò Fag ſeu Fach vocant, atteſtatur: cui ciuitati Taurus mons præaltus affinis eſt. Ceterùm regionis huius ſitus exſiſtit inter Thuringiam, Franconiam, Haſsiam, & VVederaugiam, cumque ſingulis harum regionum (ipſo veluti in centro locata) fines iungit. Opidis, caſtris, villis, fluuiis, ſtagnis, nemoribus, agris, hortis, pratis, fontium bonitate, totius denique fundi fertilitate (vt harum quidem regionum aſperiorum natura fert) haudquaquam aſpernanda Germaniæ pars, etſi non vitifera. Habet fluuios Fuldam, (quæ præterlabens ciuitati nomen dedit) Hunam, Guerram, & Vlſteram. Omnis regio verò ſiluis cingitur, quercu fagoque ditiſsimis. Viculos ciuitati proximos pleroſque Cellas cognominant, in argumentum veteris & feliciter exaugeſcentis Benedictini ſodalitij. Præcipuum verò huius regionis decus atque ornamentum eſt peruetuſta illa & planè auguſta Baſilica S. Saluatoris, quam longè celeberrimam memoria Diui Bonifacij reddidit, cuius auſpicio Fuldana ciuitas primùm & cōdita & aucta, vaſta antè ſolitudo. Baſilica enim hæc antiquiſsimi monaſterij, prior opido, conſtructa fuit anno CCCCCC LV. Imperatore Pipino, Caroli Magni patre. Vide plura apud dictum Munſterum. Multa quoque de huius Abbatiæ origine, Abbatumque eius rebus geſtis, ſunt in Chronographia Valentini Muntzeri, Germanicè edita: in qua tradit, aream huius Fuldenſis ciuitatis antea *Eulenloch* (quaſi dicas noctuæ antrum) nominatam. & vbi nunc monaſterium S. Petri viſitur, olim *Eulenbergh* (id eſt noctuæ mons) dictum.

VVALDECCIA
COMITATVS.

OMITATVS hic Haſsiæ portionem occupat, regionem agris fœcundam, variis fluminibus irriguam; quorum quod maximè clarum eſt, Edera vocatur, piſcoſum valde: dicitur id flumen aureas quoque arenas ferre. eſt deinde Dimila amnis, item Tvviſta, & Ahra, nec non Vrba & Ither. Terra eſt vini frumentiq. ferax. effoditur quoque ex ea argentum, argentum viuum, æs, plumbum, ſal, & alumen. Loca præcipua ſunt Waldeccia vrbs & arx, vnde regioni nomen. Aſtinchuſa, Dudinchuſa, Landauia vrbs cum arce, Mengerhuſa vrbs quoque cum arce, Comitum hîc hodie ſedes: Rodenum vrbs & arx, in cuius territorio venationes ſunt multæ: Wetterburgum arx, inter Tvviſtam & Ahram amœniſsimo ſitu: Wildunga vrbs, quæ nouo & veteri nomine & loco diſtincta eſt: iuxta quam fodinæ metallicæ; ex quibus magna vis auri, æris, & ferri quotidie eruitur. ſunt & hîc fontes acetoſi. Coquitur hîc etiam optima cereuiſia, qua præſtantiorem non habet hæc regio. Eiſenburgum arx, cuius ager vt Wildungæ aurū & ferrum ſuppeditat. quo effodiuntur quoque lapides, quibus ignem focumque tamquam carbonibus fouent. Eilhuſia arx, ſitu ſpectabilis: ab Vrba amne diuiditur. Corbachia vrbs munita: Neuburgum arx & opidum: Ither arx: & Werba monaſterium, &c.

HASSIAE PARS.
SAXONIAE PARS.
Aps Waldt.
Reid eselisch pars
Vogels berg
Kalbuch
Henneberg comitatus pars.
Isenburg comitatus pars.
BVCHAVIAE, siue FVLDENSIS DITIONIS TYPVS.
Wolfgango Regr: will auctore.
.1574.
FRANCONIAE DVCATVS PARS.
HANNAVIAE PARS.
Wertheim comitatus pars.
Scala milliarium Germanicorum Buchauiae.
1 2 3 4 5 6 7 8

WALDECCENSIS COMITATVS
DESCRIPTIO ACCVRATISSIMA.
Beurn
Desenberg.
Malspurg.
ORIENS
Waldeck.
Frankenberg.
Hassiae con:
finia.
Lærbenstein
MERIDIES.
Anno 1575.
Miliaria Germaniae.

BRVNSVICI
ET LVNEBVRGENSIS
DVCATVS.

VÆ hæ regiones sub vno hodie sunt principe. Vtraque ab vrbe in ea primaria nomẽ sibi sumpsit, à Brunsvico nempe & Luneburgo. BRVNSVICVM conditam scribunt circa annum octingentesimum & sexagesimum à Brunone Ludolphi filio, qui hunc vicum (audi Crantzium) priùs inchoauerat, qui & ex illo dictus est Brunonis vicus, iam diu Brunsvicum. insigne opidum, in media Saxonia: ad riuum Onacri, qui influit Visurgim. Cuius opidi parua priùs initia, multas per tempora habuit accessiones: & per vices amplificatum, nunc in eas excreuit vires atque opes, vt facilè Principibus suis titulum indiderit, qui exinde vocantur duces Brunsvicenses. Sed hoc longè postea. nam primo Domini tantùm nominabantur; sub Frederico autem Imp. anno 1235. renouato titulo duces facti fuere. Est hæc vrbs ex Hansæ societatis vrbium septuaginta, vna. Ab hac, in conuentu harum vrbium Lubecæ habito anno 1381. disclusi fuêre, ob fœtissimam tumultuationem, qua senatus sui partem maximam occiderant, partem vrbe eiecerant. manserêque ab ea desuncti per annos octo: donec publicam pœnitentiam & satisfactionem peregerunt. Ex quo tempore denuo admissi fuere ad eandem Hansæ communionem: hoc est, ad participationem priuilegiorum quæ in quatuor emporiis, in Flandria Brugis, in Anglia Londini, in Norvegia Bergis, in Rusia Nouogardiæ permissa sunt olim mercatoribus, ab retrò principibus, & terrarũ gubernatoribus, viuuerliis eius communionis participibus. Tutelaris huius vrbis Diuus est sanctus Anthor confessor, Treuirensis quondã Episcopus. cuius corpus dum in mœnia perduci non posset, monasterium erectum est sub titulo S. Aegidij, tum propè mœnia, nunc verò (prolatis finibus vrbis) iisdem inclusum. Hæc ex Crantzij Saxonia atque Wandalia. Encomium huius vrbis est apud Pium II. Europæ, cap. 32. LVNEBVRGVM vrbs, in monte quem Calcarium vocant, anno post Christum natum millesimo centesimo nonagesimo ferè extructa. sic dicta, non (vt fabulantur imperiti) ab idolo Lunæ, quòd ibi sacrauerit Iulius Cæsar, aut nescio quis alius; hoc enim fabulosum; sed à vicino loco Lunæ ad riuum Elmenou, vbi nunc degunt sanctimoniales ab aliquot seculis. Vrbs munitissima est; cincta fossis & vallis. Occupantur eius ciues potissimùm negociatione salis. Habentur enim hic vberrimæ atque ditissimæ salinæ, ex quibus his quæstus vberrimus. magna enim copia sal hic coquitur, atque terra marique Hamburgum, Lubecum, ad aliaq. loca distrahendum defertur. Fuêre primùm inuentę hæ salinæ anno post Christum natũ 1269. Vrbem hanc Luneburgũ eiusq. agrũ descripsit peculiari volumine Lucas Lossius. De Hildesia, quæ quinq. miliaribus distat à Brunsvico, edidit proprium libellum M. Antonius Moekerus eius ciuis.

Est in hac Tabula ad Weseram siue Visurgim fluuium Hamelen vrbs, de qua historiolam hanc habe ex litteris clariss. viri D. Arnoldi Fretaghij medici ad me: cuius hæc sunt verba: Incidi nuper in Saxonem, & Saxoniæ historicum. Is narrabat ante annos trecentos triginta, Hamelij in ducis Ericis ditione accidisse, vt cùm fors murium lues in ea vrbe vehementer grassaretur, circulator quidam eò veniens, suam ciuibus operam in abigendis muribus offerret: erat hoc iis, vtpote his quibus nil tutum ab hoc animantium genere erat, gratissimum. ille pactus cum ciuibus, pulsũ tympani omnes ex vrbe educit. petit promissum salarium. negatur. egreditur vrbem minitabundus, atque post aui decursum reuertitur, suoque per vrbem pulsato tympano, eadem qua antea mures, ciuium liberos satis multos numero educit, ad vicinum quendam collem, ibique statim cum omnibus quos eduxerat disparet. puella quædam è puerorum numero à longè, seu ex itinere defessa, seu ita statuente Deo, subsistit: domumque reuersa, narrat scitantibus quid vidisset, quòd cum ludione pueri collem subiissent. Quisque igitur suos repetitum pueros eò se, sed frustra, confert. Neque ab eo tempore sciri potuit quid de pueris factum esset. Hæc cùm legissem, rem iudicaui aut fabulam, aut, vti verè est, obstupescendam. Inter confabulandum feci huius apud alios mentionem: adfirmant omnes, aiuntque annum diemque & numerum exeuntium consignatum esse senatus Hamelensis annalibus: hodieque apud eos adhuc in more positum esse, vt in contractibus pactisque quæ scripto consignantur, & antiquioribus litteris scribuntur, scriptum inueniatur hac verborum formula, *Von onser kinder aufgangh.* i. ab egressu liberorum nostrorum. Aiuntque, plateam seu vicum, per quem educti sunt pueri, in huiusce rei memoriam à veteribus *die Bungloese strass* nuncupatam: esse ibi nefas pulsare tympanum. Si fors huius historiæ meministi, ea tibi inde à me reuocato in memoriam. Tu si quid habes quod me magis iuuare possit, per occasionem & ocium communica. Vale, & tuum Fretaghium ama. E Groninga Halberstadiensi, 4. Idus Nouemb. CIↃ. IↃ. LXXX.

NVRENBERGENSIS
AGRI DESCRIPTIO.



Ex Pighij Hercule Prodicio, huius vrbis originem atque descriptionem adferre libet; qui de hac ita: Cùm Humi latissima populatione vastarent Europam, & ab iisdem barbaris premerentur etiam Norici, incolarum præcipuas quasdam familias in Hercyniam siluam, velut in latebras, profugisse; & vbi Pegnesu & Regnesus amnes confluunt, opportuno loco sedem fixisse, atque in colle vicino naturâ loci firmo, & ab incursionibus tuto, rudi opere castellum munisse, tradunt Noricorum annales. Auctani deinde multitudinem esse ex vicinis agricolis, ac Hercynie silue pastoribus: atque diuersorum morum ac artium ex colluuie non diu post in opidi magnitudinem excreuisse locum. Sed cùm fera gens sine duce, sine legibus viuens, rapinis, ac latrociniis dedita, diu infestas redderet vicinas prouincias: visum fuisse Impp. Germanis veteranorum colonias eo deducere, & castrum præsidio munire, latrocinia compescere, & inquilinis leges viuendi præscribere. Henricum Banarum ciuitatis formam constituisse primùm, templum S. Aegidij ornasse, iura dedisse, atque castrum ampliore muro cinxisse, quidam tradidere. Contradum II. Imperio coniunxisse. Popularem gubernationem ab initio fuisse demonstrauit. Vna tantùm ciuili discordia atque seditione, Caroli IIII. tempore in Aristocraticam esse mutatam: eiusdemq, tunc auspiciis rerum gubernacula in potestatem patriciorum peruenisse: & eosdem hactenus tam aquo iure temperasse rempublicam, vt vix vlla memorabilis secessio, aut perniciosa discordia in tanta plebeiorum hominum multitudine, ac gentium diuersitate suborta fuerit. In vrbe tres ordines esse, patrum videlicet, mercatorum, operariorum siue plebis. Familias esse veteres & honoratiores viginti octo, ex quibus semper senatus corpus, siue patrum collegium suppletur: idemque constare sex & viginti viris. Ex his tredecim magistros ciuium appellari, & de R. P. consultare: alios tredecim populari lingua Scabinos dici, & fastũ ferè diebus iurisdictionem inter ciues exercere, assidentibus semper stipendiariis iurisconsultis tribus. Leges auitas sic velle, ne quis professione iurisperitus, aut titulo doctor, ad senatum, aut R. P. gubernacula admittatur. Ex bifariam sic diuiso collegio consules vtrimque singulis mensibus renouari, vt vnus semper ex vnaquaque parte semel in anno, per mensem integrum lunarem, cum insignibus suauni magistratus prodeat; atque illa per lunationes tredecim cum annua Solis conuersione in orbem redeant. Esse quinque viros ex eodem ordine, qui crimina inquirunt, diiudicant, & noxios puniunt. Esse prætorem suburbanum, qui rusticis ac pagnis R. P. subiectis ius dicit. Quæstores item ærarios ex eodem ordine duos annuatim creari, senio, fide, ac probitate conspicuos, qui vectigalium ac redituum totius ciuitatis curam gerunt, pecunias publicas recipiunt, ac dispensant. Dictos omnes magistratus, cæterósque alicuius potestatis, ex senatu & solo patriciorum ordine constitui. Ducentos dumtaxat ex tribus ordinibus ac tota ciuitate quotannis nominari, qui semel in anno, & vbi res ardua postulant, à magistratibus conuocati coëunt, & in commune consultant. Mercatorum ordinem, licet amplissimum, à publicis oneribus liberum esse, atque immunis atibus multis gaudere: ideóque priuatas opes negotiationibus varijs ex Europa non solum, sed etiam extremis orbis terrarum regionibus ac insulis eò velut in horreum congeri. Operariorum atque opificum, qui postremus & plebeius est ordo, nulla admitti in vrbe conuenicula vel conciliabula, publica aut priuata: non epulas solemnes, aut conuiuia festiua multorum, nisi religionis aut exsequiarum causa. Paci etenim publicæ id perniciosum arbitrari, eò quod sæpius compertum est, factiones seditionesque periculosas pullulare ex similibus plebeiorum congressibus, dum ebrij inter se de R. P. disputant: easdemque multis vrbibus libertatem ademisse, calamitates ingentes attulisse. Quòd si quæ inter plebeios simultas aut dissensio fuerit orta, non ad artium decanos, aut operariorum primarios eam deferri, sed ad ipsum senatum: qui confestim duos arbitros legit, qui tem cognoscant & priuato colloquio pacem & concordiam tentent. Quæ si conciliari nequit, controuersiam ad senatum reuocari, ibidemque partibus, causa diiudicata, non sine graui multa silentium imponi. Magna seueritate pugnas, rixas, iniurias, & vim priuatis illatam, quietis publicæ seruandæ causa compesci: ita vt in quinquennali illo iudicio Minoa & Rhadamanthum suas vrnas assiduè mouere quis diceret. Hæc ille de huius vrbis origine, magistratu, & republica. Plura apud eundem non satiato Lectori legenda restant. Ager huius vrbis sterilis & arenosus est, industria autem colonorum fertilior. In eodem agro Altorffium est, vbi ante paucos annos R. P. Nurenbergensis academiam instituit. Ipsa Nurenberga interluitur amne Pegnicio, cui ripas multi lapidei pontes iungunt. Eius ambitus patet octo millium spacio. Cingitur duplici muro, in quo sunt 183. turres, præter castella & propugnacula. Exstat amplissima de huius vrbis origine, situ, moribus, & institutis, libellus Conradi Celtis poetæ laureati.

BRAVNSVICENS
ET LVNEBVRGE
SIS DVCATVV
VERA DELINEA
STADE LANDT.
SEPTEMTRIO.
LA WEN
BVRG. DVCAT. PARS
FERDENS. EPISCOP.
OCCIDENS.
WEST PHALIAE PARS.
MERIDIES.
Lunen burg.
Braunsw ick.
Hannover
Scala milliarium Germanicor. communium.
1. 2. 3. 4. 5. 6.


ORIMBERG. AGRI, FIDISSIMA DESCRIP.
SEPTENTRIO.
MERIDIES.
ORIENS.
Mensura unius milliarij.
Habet urbs Nurenberga plateas et vicos 52. puteos aquarum 16. fontes ex arborum truncis emanantes 12. pontes lapideos 11. publica balnea 13.

FRANCONIA.

FRANCONIA partim plana eſt, & partim montoſa: montes ipſi haud difficiles ſunt, ager non admodum pinguis; nam plerumque arenoſus eſt. Multis in locis conſiti colles vineis, gratũ producunt vinum; maximè verò apud Herbipolim (vulgò *VVirtzburg.*) Multæ ſiluæ, & multa venatio eſt. Terra in multos partita eſt dominos, quamuis Epiſcopum Herbipolenſem Ducem Franconiæ dicant. Maguntina Eccleſia & Bambergenſis plurima obtinent loca. Palatinus quoque Comes haud paruam occupat partem. Marchiones Orantes in ea ſunt. Multæ præterea ciuitates Imperiales apud Francones florent.

De Norimberga dubium eſt, Franconiæ an Boiariæ cedat: ipſum nomen indicat ad Boiarios vrbem pertinere. Norimberga enim Noricum montem ſignificat; ob quam rem patet, Noricorum ciuitatem fuiſſe. Noricis autem Boiariæ ſucceſſere: & nunc ea portio terræ Boiariæ, quæ inter Danubium & Norimbergam iacet, Noricum appellatur. Ciuitas tamen in Parœchia Bambergenſi eſt, quæ ad Francones pertinet. Ipſi Norimbergenſes nec Boiarios, nec Francones videri ſe volunt; ſed tertium quoddam ſeparatum genus. Vrbs ea nobilis, magnificis operibus publicis ac priuatis ornata eſt. Amne Pegnitio interlabitur, in agro ſterili & arenoſo condita, atque ob eam rem induſtrioſo populo: omnes enim aut opifices ſunt, aut negotiatores: hinc multæ illis diuitiæ, & magnum in Germania nomen. Aptiſsima Imperatorum ſedes, libera vrbs, & in medio ſerme Germaniæ ſita.

Inter Bambergam & Norimbergam Forchaim iacet, famoſum niueo pane opidum. Incolæ patriam fuiſſe Pilati putant. Hæc hactenus Pius II. in Europæ ſuæ deſcriptione. Conſulæ etiam Ioannem Aubanum, Hermannum Comitem Nuenarium, Munſterum, Rithaymerum, Hunibaldum, Abb. Tritthemium, & Ioannem Auentinum, qui eius vrbem primariam VVirtzburgum, olim Pœoniam vocatam autũmat.

MONASTERIENSIS EPISCOPATVS.

DE hoc Epiſcopatu hæc habet Sebaſtianus Munſterus in ſua Coſmographia: CAROLVS Magnus tertiam Epiſcopalem Eccleſiam erexit in Mediterraneis Saxoniæ, nunc VVeſtphaliæ, in Myningrode, loco, qui poſtea ab inſigni ibi fundato monaſterio, Monaſterium fuit denominatus; ordinauitque ibi Epiſcopum Ludgerum, natione Friſium. Cuius ſucceſſor Hermannus dedicauit & cõſecrauit monaſterium & Eccleſiam trans aquas, in titulum & honorẽ Beatæ Mariæ virginis; quod monaſterium breui ita creuit, adeoque factum eſt celebre, vt nomen dederit & ciuitati & Epiſcopio, ita vt paulatim abolito veteri Mingardeuordẽſi vocabulo, inceperit dici ciuitas & Eccleſia Monaſterienſis, quod nomen præualuit in hodiernum vſque diem. Hactenus ex Crantzio Munſterus. Vide de hoc Epiſcopatu, & Oſnaburgenſi, Saxoniam Alb. Crantzij, & VVeſtphaliæ commentaria Hamelmanni.

Hæc vrbs maximam anno 1533. cladem ab Anabaptiſtis accepit, qui eam, ciuibus expulſis, inuaſerunt; Regeque ex eorum colluuie creato, eam contra eius Epiſcopum, Archiepiſcopum Colonienſem, & Ducem Cliuenſem, qui illam valido exercitu obſederant, per annum quaſi tenuerunt. Sed Epiſcopus tandem cum ſuis ſuperior factus, ſupplicium de illis, Regeque illorum (vti meruerant) ſumpſit.

FRANCIÆ ORIENTALIS (VVLGO FRANCKENLANT) DESCRIPTIO, AVCTORE, SEBAST. A ROTENHAN.

MONASTERIENSIS ET OSNABVRGENSIS EPISCOPATVS DESCRIPTIO.
Cultore Godefridō Mascop Embricense.
FRISIA
AMPT DVLMANHORST.
COMITATVS OLDEN BORCH
Henotter holt
Dulman horst
Olden borch
Stapelwoer
Baerwolt
Rede
Aschendorp
Friesente
Hontorp
Wilshusen
Holte
Knetzem
Emstick
Vsbeck
Kloppenborch
Grappendorp
Goldenstede
Meppen
Husselun
Luningen
Scage
Lanckfurden
Knehen
Bakum
Eute
Suitholt
Loen
Vecht
Hopen
Vincklagen
Wesue
Essen
Weltorpe
Quackenbrug
Cappel
Badbergen
Gerde
Vastenou
Angkum
Nikercken
Beßenbrugge
Damme
Die Dummer
Diefholt
Fuerden
Bruems
Bernow
Verne
Euersborch
Osnabrug
Wielage
Oldendorp
Oestenwolde
Broecken
Melle
Iborch
Schewendorp
Wellinckholt
Borckholt
Woldenbrug
Kinckercken
Rauenborch
COMIT. RAVENSB:
COM. DIEFHOLT
COM. RIDBORCH
Widenburg
Ridborch
Saßenborch
Greßen
Waerendorp
Beilen
Houtmar
Eninger
Westkercken
Oestenuelde
Hesebruck
Sendenhorst
Vorrhem
Vellgen
Sonnehusen
Berckem
Stroemberge
Disseden
Waerderslee
Lippe. COM. LYP.
Lübhorch
Hertzuelde
Leesboren
Cappel
TLANDT VANDER MARCK
TWENT
BENTHEM COM.
Benthem
Alstede
Ottenstede
Ochtorpe
Borck
Vreden
Wullen
Weßem
Grannow
Ahus
Statloen
Nienburg
Metel
Ingeloding
Heck
Asbeck
Borcken
Gescher
Ledden
Luttekenburl
Darwelde
Horstmar
Ransdorp
Heiden
Bersuelde
Holtwick
Oesterwick
Voerle
Coesfelt
Velen
Lembeck
Rodorp
Dorp
Lette
Reßfelt
Wedderen
Groten Reken
Luttken Reken
Oessen dorp
Dulman
Reinbagen
Ossen
Drenstenuerden
Gaerendorp
Welpendorp
Anxel
Letmbeg
Boetzler
Sutkercken
Cappenborch
Boeckum
Olden lunen
Werne
Hoeuel
Hezen
Walsfleden
Doelbergen
Langen
Hesewort
Elbergen
Buren
Schopsiege
Weesken
Emsburen
Wenhuß
Hopste
Beuergern
Grauehorst
Suirenberch
Rysenbeck
Saerbeck
Emsletten
Borckhorst
Laer
Hemberge
Ladberge
Oesthuren
Rengerinck
Fuchorpe
Emen
Tellith
Walbeck
Alterskirche
Back
Albersloe
Rickerand
Ameling buren
Vinnen
Letmbeg
Etlinge
Hezen
Olden
Vellgen
Alen
Ter Asse
Ter geist
Olden
Ter geist
Lippe fl.
Ems fl.
Vechte fl.
Dinkel fl.
Berkel fl.
Issel fl.
Aa fl.
Hunte fl.
Hase fl.
Dieth fl.
Hunte fl.
Ems fl.
Lippe fl.
Ter Ast
Borchs uor
Osna brug
Osnabrugensis Episcopatus
Vsselen
Aschuse
Nikercken
Walgeren
Bernow
Verne
Euersborch
Rullen
Hopne
Schelebrug
Wielage
Oldendorp
Oestenwolde
Broecken
Melle
Iborch
Schewendorp
Wellinckholt
Borckholt
Woldenbrug
Kinckercken
Rauenborch
Rinsloe
Hoyel
Ter Ast
Ter geist
Olden
Vellgen
Sonnehusen
Berckem
Stroemberge
Disseden
Waerderslee
Lippe. COM. LYP.
Lübhorch
Hertzuelde
Leesboren
Cappel
Cum priuilegio.
Magna
Communia
Parua
milliaria

BOHEMIA.

IN Iohannis Dubrauij historia Bohemica sic de hac regione habetur: In Germania sita est Boiemia: ea fines ab ortu Solis ad Marcomannos & Quados, ab occasu ad Noricos protendit. Meridionalem eius plagam Pannonia superior, nunc Austria dicta, occupat, sicut Saxonia & Misnia Septemtrionalem. Vniuersam Hercynia silua perpetuo ambitu cingit, clauditque circum vndique ad Amphitheatri faciem. Vnde æqua ei ferè longitudo atque latitudo, atq. vtraque paulo ampliùs ducentis millibus passuum extenditur. Carolus Boiemiæ Rex, qui deinde in imperio etiam orbis præfuit, in regiones illam duodecim descripsit, quarũ vni dumtaxat vocabulum à flumine Vultauia, quod Pragam interfluit, indidit. Reliquas vndecim ab oppidis cognominauit, sed nonnulla eorum adeò aspera prolatu habentur, vt nisi Boiemus sit, aut sermonis Boiemi gnarus, ægrè illa alio ore enunciauerit. Inter oppida Boiemiæ insigniora numerantur Marcomanniam versus, quæ hodie Morauia appellatur, Mutha, Chrudima, Hradecium reginæ, Pardubicium, Lytomissium. Inde à limite Noricorum, quos Bauaros cognominant, Glatouia, Domazlicium, Misa, Taehouia eminent. Ab eo verò latere, quod ad Austriam spectat, locum primum obtinet Buduicium, Crumlouia, Trebonia, Hradecium Henrici: sicut à Misnia, Pons, Cadana, Chomutouia, Austria. Nam Quadis, nũc Slesitis, Hiaromirium, Glacium, Curia, & quædam alia opida proximant. Introrsus porrò celebrantur, Cuthna, Colonia, Pelsina, Verona, Zatecium, Launa, Slana, Lytomericum, Taborium. Ceterùm omnibus antestat Praga, tanta magnitudine vrbs, vt vna tres amplissimas vrbes complectatur, Veterem, Nouam, & Tertiam, quam Paruam vocant, à duabus prioribus flumine Vultauia disiunctam. Aedificia in singulis, tam priuata quàm publica, dignitatis plena, & magnificentiæ. Duas præterea possidet arces: alteram Vissegradum appellant. quondam Regum sedes, nunc bellorum ciuilium iniuria, vasta, & pænè desolata. Contrà, illa altera arx, quæ minorem Pragam despectat, quemadmodum dicitur, ita iure optimo haberi debet Regia. Quippe non arcis modò, sed vrbis potiùs speciem repræsentare videtur: tantum videlicet loci, mœnibus, ædificiisque occupat. Palmam inter publica opera ferunt templum & palatium; illud Caroli, cuius statim mentionem fecimus; hoc Vladislai Regis, nuper vita functi, opus. Quantum autem inter vrbes Praga, tãtum inter flumina Albis flumen (vt rectè Tacitus ait) inclytum & notum supereminet. Sed hoc idem Tacitus de illo parum exploratè, quòd in Hermunduris oriri addiderit. Non enim apud Hermonduros Albis, sed apud Boiemos oritur, in montibus, quos illi ipsi Boiemi Cereonessos appellant, Septentrioni obtentos, & Morauis vicinos. Ex quibus ille profluens, magnam Boiemiæ partem, ac ferè meliorem irrigat: & postquam cæteros indigenas fluuios, nempe Vultauiam, Egram, Sasauam, Giseram, Misam exhausit, auctior aquis factus, inde ad Misnios & Saxones, postremò in Oceanum, nomine vbique suo euoluitur, Salmone pisce in primis fœcundus. At minores in Boiemia fluuij, riuulique, alicubi ramenta auri prouoluunt, alibi conchulas aluit, è quibus vniones eruuntur. Fontes autem calidi, aliquot in locis erumpentes, non modò lauandi voluptatem, sed auxilia etiam medendi hominibus afferunt. Porrò ipsum solum adeò frugum ferax, & copiosum est, vt & has vicinis quoque regionibus largè suppeditet. Vina tamen parciùs exhibet; & quæ nata ibi sunt, languidiora apparent, quàm vt ætatem benè ferre queant. Contrà croco in Boiemia sato insunt cuncta, quæ in peregrino preciosa habentur, succus, color, & odor. Iam illa rara ac prorsus beata telluris dos, quòd ex venis eius tanta vbertate argentum affluit, vt nisi parum aliquid silicis ad eas venas se admisceret, nihil extra argentum haurires, cùm alibi argentariæ valdè dites esse perhibeantur, in quibus metalla, quarta sui aut quinta, vel, cùm felicissimè media parte argentea, inueniuntur. Quin aurũ quoque ipsum tale statim, quale natiuæ venæ ferũt, in puteis effoditur, qui de loco Giloua cognomen suum trahunt. Tenet fama, Regibus Boiemiæ sæpiùs inde allatas fuisse micas aureas, puti auri, quarum singulæ pondo denum librarũ graues erant. Sed nec vilioribus metallis destituitur, nempe stãno, plumbo, ære, ferro. Ostentatque præterea carbunculum, calaim, amethystum, ex coribus suis metallicis abruptũ. Cæterùm secundùm metalla nõ alia res magis Boiemos, quàm piscinæ, quæ Cyprinos pisces alunt, locupletat: id quod aliàs ostendimus, edito De piscinis libello. Nunc mors incolarum reddentur. Igitur vt verba ad compendium conferam, tum morum, tum ipsius habitus, quem corpore Boiemi præ se ferunt, leo animalium generosissimus, cuius sideri Boiemi subiacẽt, quasi quandam imaginẽ exprimere videtur, si vel celsum Boiemorum proceritatem, vel latum & validũ pectus, vel rigidam fulusq; comis vestitam ceruicẽ, si deinde vocis sonum arduum, si oculos micantes, si robur & fiduciam virium intueri volueris. Solet item leo contemptu in alia animantia, & nonnullo fastu turgere, ægreq. exarmari, præsertim si per ferociam eum aggrediare. Nec ab hac parte Boiemus degenerat, sed contemptum libenter erga alios verbo factoq; ostentat, suum, ipsamq; adeò arrogantiam incessu, gestu, pompa, prodit. Est & feroculus, cùm fastidiosè tractatur: insuper ausis perinde vt leo promptus, atque in his exsequendis firmus & validus, interim tamen ambitiosus & gloriosus. Rursusque, vti leo, cibi auidus, atq. in eo condiendo instruendoque immodicè effusus. vicini præterea Saxones eundem docuerunt, nocturno certare mero, putere diurno. Sed neq. in cæteris quoque moribus Boiemi longè à Germanis diuortunt, propter eandem vicinitatem. Hactenus Dubrauius, apud quem etiam gentis origo antiquæq; sedes docentur. Cerenisia in hac regione optima, quam albam cognominant, coquitur. Sermo gentis Slauonicus est, seipsos Czechos, Germanos Niemeckos sua lingua vocant. Huius regni titulo quoque subsunt Morauia, Silesia, & Lusatia regiones. Egra etiam ciuitas anno 1315. Bohemorum hypotheca facta fuit. Vide de hac regione plura apud Aeneam Siluium; deque eius populis lege quoque Mart. Cromerum, libro primo historiæ Polonicæ. His adde (si lubet) Munsterum, Rithaimerum, Crantzium in descriptione Wandaliæ, Sabellicum En 10. lib. 2. Scripsit nuper septem libros Bohemaidos Panthaleon Candidus. Pragam huius regni vrbem primariam peculiariter descripsit Georgius Handschius. Hanc typicam delineationem sumpsimus ex tabula Ioannis Crigingeri, Pragæ anno 1568. edita.

Regni huius vrbium aliquot nomenclaturas ex Munstero hic adducere libuit. Omnes namque ciuitates huius regionis aliter ferè Bohemus, aliter Germanus pronunciant.

Bohemus.	Germanus.	
Praha,	Prag.	*hæ ciuitates regi immediatè subiecta sunt.*
Plzen,	Pilsen.	
Budiciovvize,	Budwig.	
Kolim,	Cocin.	
Cheb,	Eger.	
Strzibre,	Miss.	
Hora,	Kuttenberg.	
Tabor.	Taber.	
Zatetz,	Satz.	
Litemierzitze,	Leitmitritz.	

Bohemus.	Germanus.	Bohemus.	Germanus.	
Launy,	Laun.	*Dub,*	Ath.	*hæ ciuitates Proceribus regni subditæ sunt.*
Rockovvinck,	Rakowinck.	*Piela,*	Wisswasser.	
Klattovvy,	Glataw.	*Gilovvij,*	Gilaw.	
Berzim,	Bern.	*Krupka,*	Craupen.	
Most,	Bruck.	*Loket,*	Elbogen.	
Hradetz,	Grecz.	*Hanzburg,*	Hasenburg.	
Aussey,	Aussi.			
Myto,	Maut.			
Dyvuot,	Hoff.			
Laromiertz,	Iaromir.			

Albis fl. *Germanis* Elbe/Bohemis *Labe* vocatur.

Moltam fl. Bohemi *Vltavva* appellant.

VOITLANDIAE PARS.
MISNIAE PARS
FALATINATUS
REGNI BOHEMIAE DESCRIPTIO.
Schneberg
Die Kutten heyde
S. Peter
Schwartzburg
Reitzenhan
Wisenthal
Gotzgab
Plat
Thal
Lichtn
Schakwerd
Neudeck
Himelstern
Sonneberg
Bresnitz
Hasenstein
Commoda
Crescunt hic opt. mores.
Neuschonberg
Cloistotz
Lada
Crolop
Satz
Stoltzenhan
Sebastianesberg
Gorck
Brugks
Zum zeg
Eisenberg
Doplitz
Dixat
Ossig
Carbitz
Graupen
Aussig
Rungiboch
Plotzkaberg
Leutmeritz, hic colles sunt vineis consiti
Trebnitz
Ketzauer
Bieln
Hasenburg
Budin
Raudnitz
Melnick
S. Georgenberg
Elbogen
Carlsbadt
Engelhauß
Hörenstein
Schlatkwald
Falkenaw
Fronaw
Petscha
Kemigberg
Nebenisch
Egra
Cheb
Brüschl
Gerpa
patria
Wurschngrun
Kenigswardt
Lutitz
Topel
Badhomerfee
Rabenstein
Buchaw
Egerwerte
Radenitz
Wilamitz
Mascha
Kisch
Vladarsi
Teusing
Dda
Floe
Holwitz
Drowitz
Ugrndorff
Selbenig
Launa, hic ager optimi tritici et fructuũ est feracissimus
Tuntz
Schlanz
Prag
Rakonick, habet opt. cerevisiam.
Dechnitz
Strasitz
Pirgsitz
Hic optimas habent ferri fodinas.
Carlstein
Beraun
Memeding
Sebenitz
Krusowitz
Wattafl.
Crascha
Plass
Kutzgraw
Schebruck
Heiligenberg
Zerwitz
Meut
Rockizan
Kamara
Miska
Knij
Bernaw
Durcheuren
Newaus
Ermsdorff
Neustetl
Weyden
Rottendorff
Lug
Ieuchin
Pfreimbt
Schwandorff
Schwan berg
Plan
Tribel
Tachaw
Haide
Kladra
Mieß fl.
Miß
Pilsen
Kisberg
Schckerze
Radien
Rosenthal
Kloaw
Regw
Marietha
Platna
Tarsewitz
Przesnitz
Wilschitz
Ibventz
Prcibran
Przibas
Fraunberg
Taintz
Tauß
Rysenberg
Grunberg
Retz
Waldmunchn
Glattaw prestat opt. caseis
Horesowitz
Pisecka
Bur
Elischaw
Gleissenberg
Forst
Chamb
Furt
Rötzing
Schlettenhoffn
Stracknitz
Budna
Remberg
Oberberg
Prahaltz, salis emporium.
Paßawer wald
Regenspurg
Grauenaw
Cum priuilegio.
Weldaw
Danubius fl.
Passaw
Schlegl.

SILESIAE PARS.
MORAVIAE PARS.
AVSTRIAE PARS.
Teuffels grund
Fons Albis fl.
Nisroda
Brauna
Neiß fl.
Glotz
Landeck
Habichswerda
Tornau
Waidstein
Hoelb
Saboth
Buntzel
Trossej
Arn
Aupa fl.
Trautenaw
Politz
Wunschelburg
Humole
Reinertz
Lesin
Strentza
Lisse
Karsti
Hoff
Jaromir
Nahod
Radisch
Altnbuntz
Gitschin
Bischowe
Pausson
Zschelakowitz
Kopidelno
Mitterwalt
Konigingretz
Newest
Limpurg
Konitzgebora
Chlumetz
Podiebrod
Reichenaw
Neustete
Ytfal
Behemisch Broda
Olmitz fl.
Lititz
Uber das Gesencke
Chaurim, olim Cesarsis
Alt Colin
Albis fl. Elb. Germ. Lube Bohemis
Pardubitz prestantissimas gladios hic fabricat.
Zampach
Planeis
Przelautsch
Gauprecop
Aische
Chrudim
Maut
Behemische Tribel
Lanskron
Czasla
Schibran
Schutzburg
Rosenburg
Kuttenberg
Argentifodina
Cloner
Genewitz
Renoff
Lichtinburg
Wodian
Richenburg
Litomissel
Setsch
Schelakowi
Nourad
Potwortz
Preslawitz
Huberg
Studens
Linska
Zwitta
Neustete
Merhrische Tribaw
Mislitz
Wodian
Furwitz
Britta
Bila
Kreutzberg
Politzke
Ingerwitz
Para
Nitzcheratz
Lipnitz
Hompolitz
Deutschen Broda
Thorm
Neustettel
Prisen
Hausenick
Litta
Boritz
Patzow
Horzebnick
Steken
Pronslis
Schweiß
Stein
Polm
Sarn
Osmuntz
Lombitz
Pilgram
Lobskirchen
Igla
Kemnitz
Merferitz
Der Schu
Sobeslaw
Drisch
Prin
Pockaus
Dölesch
Goldberg
Trebitz
Neuhaus
Platz
Fysans
Gamitz
Freling
Droskowitz
Weltschin
Cromelaw habet argenti fodinam
Rosenberg
Bohemiæ longitudo latitudo, prete quæ, nam rotundam faciem Pe circumdantibus montibus accipit, cuius diametrij trium dierum itinere Pedesto absolutur. quorij montium quæ ad Septentrionalem plagæ vergunt Sudetæ appellantur, ardui sane ac præcipites, vbi Gabrita silua ingens Extenditur, qui mundes cum alijs Danubio prokinis vnde Albis fl. proripit in cornmam cæsent, quos vndq; profundissima nemora latissime occupant: Hercinia enim silua vniuersa Bohemiam comprehdit.
1 2 3 4 5 6
Scala miliarium.

SILESIA.

IOANNES Crato, Imperatoriæ Maiestatis Consiliarius & Medicus primarius, hæc nobis de hac sua patria, ex suis Silesiæ Commentariis collecta, in Geographiæ candidatorum gratiam communicauit.

DE Silesiorum appellatione non esse tantopere inquirendum, nec ab Elysiis vsque eam deducendam, facilè existimare possunt ij qui regionem istam, quam nunc tenent, Quados incoluisse, ex veterum scriptis perspectum habent. Idem autem Saxonibus & antiquis Germanis Quad, quod Polonica seu Sclauonica lingua Silesium dicimus, significat. Fuit enim gens quæ ex variis locis in ista confluxit, belli magis quàm pacis studiosa, plura destruens quàm exædificans, & dominorum impatiens. Primus verò Rex, quem dominum habuit, Boleslaus Polonus fuit. Is natus est anno à Christo nato 967. matre Bohema, Ducis Wenceslai ex fratre nepte. Huic filius Mieslaus fuit, qui Rixam Comitis Erenfridi Palatini filiam, Imperatoris Othonis III. ex sorore Melchitide neptem, anno millesimo & primo in vxorem duxit; ac primus coronã Regiam ab Othone III. accepit. Eo verò demortuo, cùm Poloni per seditionem Imperatoris neptem atque filium Casimirum è regno eiecissent, Conradus Imperator Bohemo Silesiam cum conditione tributi numerandi adiudicauit. Is fuit Vuratislaus, qui haud dubiè Vuratislauiæ vrbi, quæ vulgò Breslavv appellatur, nomen dedit. Sed de hoc nihil affirmare ausim. Illud minimè dubium, Silesios nequaquam Polonis addictos fuisse, cùm se, Ioanne primo Rege Bohemiæ, qui Caroli IIII. Imp. pater fuit, hoc agente & perficiente, Bohemis adiungerent. Sunt qui à Principe Ligio, eo loco vbi est Vuratislauia, vrbem Budurgim Ptolemæo dictam, fuisse conditam asserunt, qua auctoritate, vel potiùs opinione ducti, nescio. Nam Mieslaum Poloniæ ducem, quem ab Othone III. Imperatore primum Regem creatum, & anno à nato Christo 965. Christianismum amplexum, ædificasse in insula, quam Odera efficit, ædem sacram Ioanni Baptistæ ligneam anno 1048. Historiæ certæ testantur. Ex quo colligere licet, nihil tum temporis eximium fuisse Vuratislauiæ. Addo & hoc, quòd Gotefridus, sacræ illius ædis Præsul primus, homo Italus, Smogram pagum vrbi Vuratislauiæ prætulit, atque in eo scholam atque collegium suum habuit. Hoc ipso autem tempore aliarum vrbium Silesiæ præcipuarum, Lignicij, Glogouiæ, Lubenæ, &c. fundamenta iacta esse coniicitur; nam ex monumentis & Annalibus nihil certi ostendi potest, cùm in tota Silesia omnium vetustissimæ literæ Frederici secundi Cæsaris, quæ anno millesimo ducentisimo scriptæ sunt, exstent; reliquis vel incendiis, vel vastationibus, quæ immanes fuerunt, direptis atque perditis. Virtute autem Frederici Barbarossi, & Silesia pacata est, & inter filios Vladislai Regis Poloniæ ita distributa, vt à regno Poloniæ non diuulsa esse videretur. Sed cùm Poloni Silesiam à Germanis compleri, & Principum voluntatem ab eis minimè abhorrere animaduerterent; neglectis Principibus Silesiæ legitimis regni hæredibus, Vladislao Loctico, in primis Germanis infenso, honorem regium detulerunt. Hæc res occasionem præbuit, vt se in fidem Regis Bohemiæ Ioannis, qui Henrici septimi Imperatoris filius fuit, & ducta vxore filia Wenceslai Regis Bohemię, regno potitus erat anno millesimo trecentesimo secundo, conferrent. Itaque ab hoc Ioanne Lucelburgio duodecim Regibus Bohemia Silesiæ paruit: quorum sex Romani Cæsares fuerunt, vnus genere Bohemus, vnus Pannonius, quinque ex familia Austriaca, duo Poloni, sed sanguine Materno Austriaci. E Polonica autem stirpe remanserunt in Silesia Principes hoc tempore superstites Lignicenses & Teschnicenses; Munsterbergenses enim è stirpe Regis Bohemi Georgij originem ducunt. Ceterùm Vuratislauia, quæ Metropolis Silesiæ est, cùm anno millesimo trecentesimo quadragesimo primo tota conflagrasset, & in cinerem versa fuisset, ex lapide in eam formam ædificari cœpta est, qua hoc tempore perpaucis vrbibus Germaniæ, ordine, elegantia ædificiorum, amplitudine platearum, conspicitur. De aliis verò ornamentis verioribus Reipub. nihil attinet dicere, cùm vniuersæ Germaniæ perspectum sit, vix in vlla regione tot scholas optimarum disciplinarũ doctoribus instructas reperiri, & cultura ingeniorum excellere. Non debeo de meis ciuibus nimium magnificè aliquid dicere, sed reuera, nulla, propemodum regia atque aula est, nulla clara aut laudata R. P. in qua Silesiorum eruditioni & virtuti non sit locus. Nobilitas etiam etsi agrorum culturæ & œconomiæ dedita est, ad bellicas tamen artes ita instructa, vt illorum fortitudine reliquias Pannoniæ defensas æqui rerum æstimatores numquam sint infitiaturi. Frumenti regio ferax est, ac rarus in ea locus qui non singulari studio & diligentia ab hominibus nostris excolatur. Piscinis abundat. Odera fluuius insignis ad Ortum & Septemtrionem eam alluit, cùm Sudetes ad Meridiem à Bohemia disterminent. Sed situm monstrat tabula Chorographica. De Silesia scripserunt Æneas Siluius, atque alij quidam rerum atque locorum ignari. Sed Laurentius Coruinus, patria Nouoforensis, potuisset certiora in medium afferre, nisi ea ætas fatalibus quibusdam tenebris inuoluta fuisset. Hæc hactenus de sua Silesia Ioannes Crato. Habet hæc Silesia in se duodecim Ducatus; Episcopatum vnum, cuius Episcopus residentiam suam habet Nissæ, interdum Vratislauiæ, vbi est ecclesia cathedralis, & collegium canonicorum. Sunt & quatuor Baronatus. Eruitur in hac regione circa Strigam & Lignitium terra sigillata, sic dicta, vt olim Lemnia, quia huic par viribus. qua mihi non semel pro sua humanitate amicitiaque donauit vir eximius Iacobus Monauius ciuis & patricius Vratislauiensis, patriæque suæ decus.

Annales Silesiæ scripsit nuper Ioachimus Cureus, in quibus huius regionis, & eius vrbium opidorumque situm, antiquitatem, Reipublicæ administrationem, & res gestas tanta diligentia describit, vt eius absolutam historiam studiosus hinc petere posse videatur. Franciscus Faber eandem carmine descripsisse, mihi Iacobus Monauius auctor est.

BRANDE
FRANCKFVRT
BVRG. MARCH.
Mulrose
Paradis
Schrothofen
Zulch
Odera flu.
KROSSEN
Spree flu.
Peske
Fere
Guben
Netka
Grunberg
Naunburg
Sommerfeld
Kottwitz
Sprenberg
ORTTRANT.
Tribel
Sorow
SAGAN.
Senftenberg
Pribus
LVSATIAE
PARS.
RVLAND
Witchenau
KAMITZ
BAVDZEN
Reichenbach
Lubben
BISCHOFSWER
Ostrite
Merseffelde
Sitta
Oybin
Kratze
GORLITZ
Lauban
Lisa
Freidland
OCCIDENS
Hercynia silua.
BOHE:
MIAE
Freistad
Neustedten
Primka
Sprottau
Bunzel
Naumburg
Lemberg
Greiffense
Liebech
Frideberg
Thermę
Greiffenberg
Warten berg
Schlawa
Benten
GLOGAW
Seitsch
Fraustal
Punitz
Sowin
Gorka
Kosten
Storchenest
Schitteln
Wintzig
Gura
Tracheberg
Rauden
Bollewitz
Stenau
Stroppen
Wolaw
Kindel
Kuberg
Tuben
Pardwitz
Teubus
Nymka
Aoris
LIGNITZ
Grolberg
Tiun
Neumarkt
Lissa
Nickelstad
Kostenplatz
Wolstad
Goldberg
Striega
Jauer
Schaffe
Kant
Schonau
Hirschberg
Kanfer berg
Kroppen
Hof
Kinast
Schnide berg
Pastenstein
Gretzberg
Wilde berg
Leutmans dorf
SWEI
NYLZ
Gorke
Neurode
Silber berg
Reichenbach
Teplau
Grissa
Risenberg
Frattenau
Braun
GOLTZ
Wischellburg
Reinhart
Hamel
Habelschw.
Mitwalde
Neudeck
Glatz
Warta
Glatz flu.
Neisse flu.
Bober flu.
Queis flu.
Katzbach flu.
Bober flu.
Schwarz wasser flu.
Weistritz flu.
Bolkenhain flu.
Schweidnitz flu.
Oder flu.
Bartsch flu.
Oder flu.
Oder flu.
Oder

41
42
43
52
51
50
Opvida
Monasteria
Arces
notat.
ONI AE
PARS.
ORIENS.
Olobock
Brabow
Wartta flu.
Welon
PETERKAW
Kobelgura
Kampno
Bruntzel
Prauska
Reichtal
SMORGA
Prima Silesiorum schola. 966.
Landsberg
Klobotzko
Creitzberg
Rosenberg
Lublinecz
Czenstochaw
Olstijn
Zatkij
Waldowitz
Kolischen
Schiglen
Tarnowitz
Schworlinetz
Krumlau
Czarnowas
Nackel
Chmelnitz
Strelitz
OPPELEN
S. Georgenberg
Peiskretchem
Benschin
Falckhenberg
Krapitz
Oyest
Beutten
Gleibitz
Sosnicowitz
Leschnitz
Pilhowitz
Czelet
Schlaka
Kosla
Kostental
Rauden
RATIBOR
Liebeneck
Misslowitz
Beraun
Kran
Nouagura
Lipowitz
Sora
Lassa
Strumie
Pleßa
Sathor
CRAKAW
Jegersdorf
Frendetal
Herlditz
TROPPA
Oderberg
Skotzoro
Bendsche
Kinsberg
TESCHEN
Bijlitz
Kanit
Ostra
Patschow
Wagstad
Iubneck
Dansstad
ODER
Parn
Eilenberg
Giebe
Nistko
Frideck
Jablunka
Sternberg
OLOMVNZ
MORA VIAE PARS.
Cum privilegio decennali.
Scala milliariorum.
3
6
9
12

MORAVIA.

MORAVIAM ſic deſcribit Ioannes Dubrauius in ſua hiſtoria Bohemica: Moraviam veteres Marcomaniam vocabãt, quia fines Germaniæ, quà Danubio in Pannoniam pergitur, terminabat. Quippe Germanis Marck, limes dicitur, atque inde Marcomanni limitum finiumq; accolæ appellati. De quibus Arrianus in commemoratione Germaniæ: Earum gentium, inquit, poſtremi ſunt Quadi ac Marcomanni; deinde Iazyges Sarmatarum gens, pòſt Getæ, deinde Sarmatarũ magna pars. At inpræſentiarum quoniam circumſcriptos Mora fluuio habet fines, ab eodem fluuio incolæ Moraui, & ipſa regio Moratia appellatur. Eam, vt non ſe habet, tribus è partibus iuga montium, aut ſiluæ ſaltusque, aut fluuij limitant ab Oriente ab Vngaris, ab Occidente à Boemis, à Septemtrione à Sleſitis. Nam à Meridie Auſtriam verſus plana eſt, & alicubi Thayſa flumine, alibi riuo quodam ignobili ab ea dirimitur. Amnium in Morauia, princeps Mora habetur, qui Olomuzium principem ciuitatem circumfluit, & ab illa in Pannoniam defluens, in Danubio tandem ſe ſuis & aduentitiis aquis auctus exonerat. Nam & Nigram, & Suittvvam, qui Prunnam ciuitatem, dignitate proximam Olomuzio; dein Thayſam, qui Znoynam, obitu Sigiſmundi Cæſaris memorabilem; poſtea Iglan, qui Igliniam ciuitatem præterfluit, Mora recipit, ac Danubio mox reddit. Cæterùm Odera fluuius haud procul Olomuzio ortus, ſuo vocabulo vſque in Oceanum delabitur. Sunt qui illum à Ptolemæo Viadrum vocari autumant. Oderam vocant ab aucupibus vocabulo mutuato, qui ſpeculas auibus ſpeculandis captandiſque conſtitutas, Odri appellant: hodieque huiuſmodi ſpeculæ in Morauia ad fontem Oderæ ab aucupibus conſtituuntur. Sed tamen nec Hanam præterire libet, quamuis tenuibus interdum aquis fluentem, attamen eos agros rigantem, quibus non alij in Morauia à frumento fertiliores, ita vt frumentarij coloni à largo frumenti velut vbere, iure ſuo illos ſumen Morauiæ appellent: in illis præterea ſæpius quam in aliis numiſmata M. Antonini, Commodique, & aliorum nonnullorum Cæſarum, tam aurea quàm argentea exferantur. Quæ ſanè fidem bellorum cum Marcomannis olim in Morauia geſtorum manifeſtam faciunt.

Hoc verò iam mirabitur aliquis, vt eſt profectò admiratione dignum, inueniri in Morauia thus & myrrham, non ex arbore deſudante vt alibi lectam, ſed è ſolo terræ erutam, vno tantùm in loco, cui Gradiſco nomen, in quo ad hunc diem thus non ſolùm quod maſculum vocant à ſimilitudine teſtium, ſed quod alia præterea virorum mulierumque membra oſtentat, effoditur. Nuper autem Venceſlaus veterum Procerum familia, eorum qui à Quercu cognominantur, clarus, dum in agro ſuo Sterenbergenſi fundamenta aggeri Piſcinario molitur, corpus hominis integrum inuenit, quod nihil niſi myrrha erat, quam ille per amicos diſtributam, noſtri etiam tum priuati memor, nos plus media parte lacerti humani donauit, quo aliquoties pro ſuffitu vſi ſumus.

Regionis poſitio quatenus interiùs patet, campeſtris, campique ſunt molli & pingui ſolo, ideoque ſegetibus valde idonei; ſicut colles vinetis, propter terram vineis magis quàm in Bohemia amicam; itaque & bonitate & vbertate vini antecellit. Culta verò tota, cultoribuſque adeò referta eſt, vt nullum gregibus armentorum, quæ niſi in ſolitudinibus commodè paſci nequeunt, locum reliquerit. De cetero, Moraui ſermone, ritibus, moribuſque perinde morati vt Bohemi ſunt. Hactenus Dubrauius.

Anno 895. hanc regionem Chriſtiana fide erudiit S. Methodius, curante hoc Arnulpho Imperatore. Sub Henrico IIII. Imperatore, An. 1086. adiudicata eſt, ſimul cum Luſatia & Sileſia, Regno Bohemico. Sermo genti mixtus eſt, Bohemicus tamen præualet, nam Germanica lingua in vrbibus tantum inter Optimates in vſu eſt. Regio, vt ſcribit Dubrauius, vini ferax eſt, ſed generis dilutioris; & quod potorem (vt Ritheymerus inquit, & nos quoque experti ſuimus) non omnium rerum cura eximit. Numiſmata, quorum hîc mentionem facit Dubrauius, apud nos ſunt, hoſtium ſpoliis inſignita, cum inſcriptione DE MARCOMANNIS. Oderæ fluminis vocabulum Dugloſſus in ſua Polonica hiſtoria ſcribit Heneta lingua inundationem aut rapinam ſignificare. Olomuzium, huius regionis Metropolim, & ſedem Epiſcopalem, deſcribit Stephanus Taurinus in ſua Stauromachia. De Morauia vide, præter Dubrauium, Æneam Sylluium in ſua hiſtoria Bohemica.

SALENTINI	*Terra d'Otranto.*	HISTRIA.	*Istria.*
APVLIA PEVCETIA.	*Terra di Barri.*		

Vmbilicum totius Italiæ in agro Reatino, Cutilium lacum constituit Plinius, ex Varronis sententia. Huic lacui vicinus est ager Rosellanus (Rosea rura Velini, Virgilio) totius Italiæ fertilissimus; qui tantæ fertilitatis erat, teste Varrone, vt pertica in eo relicta, postridie non appareret propter herbam; ob idque Italiæ lumen dictus. Olim dixere Campum Stellatem, totius Italiæ solum amœnissimum; nunc verò, loca circa Bononiam & Mutinam, Blondo auctore. Sabellicus, Italici nominis principibus vrbibus, ex vulgi prædicatione, hæc epitheta adscribit: Dites Venetiæ, Mediolanum ingens, superba Genua, pulchra Florentia, Bononia ferax, Rauenna vetus, Roma sancta, & Neapolis nobilis. Sed huius Italiæ elogium, tanta, quanta ipsa ceteris in Orbe regionibus præfulgeat, verborum maiestate à Plinio exaratum, non possum non hoc loco, priusquam ex ea discedam, parergi loco apponere. Sic is enim lib. 3. cap. 5. de ea inquit:

ITALIA omnium terrarum alumna, eadem & parens, Numine Deûm electa, quæ cælum ipsum clarius faceret, sparsa congregatet imperia, ritusque molliret, & tot populorum discordes ferasque linguas, sermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiterque vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Sed quid agam? Tanta nobilitas omnium locorum, quos quis attigerit, tanta rerum singularum populorũque claritas tenet. Vrbs Roma, vel sola in ea, & digna tam festa ceruice facies, quo tãdem narrari debet opere! Qualiter Campaniæ ora per se, felixque illa ac beata amœnitas? vt palàm sit, vno in loco gaudentis opus esse naturæ. Iam verò tota ea vitalis ac perennis salubritas cæli temperies est, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij saltus, tam opaca nemora, tam munifica siluarum genera, tanta frugum & vitium olerumque fertilitas, tam nobilia pecorum vellera, tot opima tauris colla, tot lacus, tot amnium fontiumque vbertas, totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumque terrarum commercio patens vndique, & tanquam ad iuuandos mortales ipsa auidè in mare procurrens. Neque ingenia, ritusque ac viros, & lingua manuque superatas commemoro gentes. Ipsi de ea iudicauere Græci, genus in gloriam suam effusissimum, quotam partem ex ea appellando Græciam magnam.

Descripserunt hanc regionem ex veteribus C. Sempronius; M. Cato; Polybius lib. 2. & diligentissimè, vt cetera, Strabo. Ex recentioribus Blondus, Ioannes Annius Viterbiensis, in Commentariis in Berosum & ceteros auctores cum eodem impressos; Pontanus libro 1. Gestorum Alphonsi Regis; Volaterranus, Sabellicus, Bernardus Saccus, & Dom. Niger; sed absolutissimè Leander. Galliam Cisalpinam, quæ non minimam Italiæ partem comprehendit, Gaudentius Merula pulcherrimè descripsit.

MARE LIGUSTICUM
Maris Mediterranei
SARDINIAE PARS.
ILLBA
Olbia
Sorula
Bossa
Cirnaio
Petra
Ussaria
Longiarde
Asinara
Sassari
Alghero
Oristano
Cagliari
Iglesias
Sulcis
Nuoro
Ogliastra
Gallura
Anglona
Marmilla
Barbagia
Mariana destructa
Stagno Cherbino
Stagno de Olena
Stagno
Iglesias
Sulcis
Oristano
Cagliari
Sassari
Alghero
Iscla Rossa
Iscla Rissa
Iscla Pesinera
Iscla Cerbera
Iscla Cerbera
Iscla Cerb

ITALIAE NOVISSIMA
DESCRIPTIO AVCTORE
IACOBO CASTALDO
PEDEMONTANO.
CROVATIA.
LICHA.
IAPRA.
BOSSENA.
DA
LMA
TIA.
ALBA
NIA.
SIVE SVPERVM, nunc
GOLFO DI VINETIA
ORIENS
INFERVM
pars
SICILIAE
INS. PARS.

FORVM IVLII.

ORI IVLII *nominis originem, inquit Leander, diuersè prodiderunt scriptores. Quidam id à Iulio Cæsare putant fluxisse. Blondus ab vrbe Foroiulio denominari, videtur asserere. Regionem etiam hanc Aquilegiensem ab illius metropoli vocatam, monumenta litterarum produnt. Ad extremum, Patriam dictam constat Venetis; quod nomen in hunc vsque diem quoque manet. Olim Liburniam vocatam scribit Blondus: at vnde, nec quando, nec qua de causa, docet. Primùm rerum hîc potiti Euganei, Veneti, Troiani, Galli, posteáque populus Romanus; sub quibus constanter stetit, donec integra fortuna maiestásque nominis Romani fuit: qua demum inclinante, in Barbarorum in Italiam irrumpentium maximéque Longobardorum potestatem venit, mansítque vsque ad Caroli Magni tempora. Postea imperium regionis apud Aquilegiensium Patriarchas fuit, donec tandem Venetí (qui fines imperij hac in parte protulerunt) eam totam suæ ditionis effecerunt, eáque adhuc hodie potiuntur.*

Situs regionis est huiusmodi: incipit à planitie mari apposita, móxque paulatim crescens, primùm in colles, tandem in montes altissimos euehitur, qui propemodum vndique fines adeò claudunt, vt hac vallata montium iugis planities tamquam muro, theatrum videatur, faucibus autem vnis pateat, per quas, vti porta, Sontij fluminis traiectu ab Taruisio aditur. Ceteros itaque terminos Alpes vbique premunt; ideóque nisi per maritimos portus, aut conualles montium, seu ipsos vertices, accessum præbet. Portus habet in ora quàm plurimos. Sunt in hac nobilissima regione campi lati & irrigui, maximéque fertiles; abundat enim vitibus generosissimi succi, quarum vinum Plinius in vinorum censura primo loco celebrat, Pucinúmque vocat, à loco. Montes qui ad hanc regionem pertinent, omnibus ferè metallorum generibus fœcundi sunt, nempe ferro, plumbo, stanno, ære, argento viuo, argento ac auro. Marmor etiam habent candidum, nigrum, varium; lapillos carneolos, beryllos, &c. item crystallum. Fructus hic omnigeni, pomáque nobilissimi saporis; silua tum ligno materiáque, tum venatu magnifica; prata nitidissima, pascuáque gregibus pecudum vtilia. Cœlum temperatum. Agri cunctis rebus, tam necessitati mortalium, quàm deliciis & voluptati opportunis, per se abundant. Indigenæ quoque non solùm ad humanitatis artes, sed etiam ad mercaturam aliáque luculenta viuendi instituta quàm aptissimi sunt. Vrbes in ea maximè celebres, sunt; Aquilegia, vbi Patriarchatus. hanc ditem Mela cognominat: domicilium olim Imperatorum, adeò vt altera Roma diceretur. XII. M. *pass. in ambitu habuit. In ea aliquando censa sunt* CXX. *millia ciuium. Felicitas vrbis præcipuè à negotiorum frequentia procedebat, quoniam ex cunctis propemodum Orbis partibus ob summam loci opportunitatem, & aditum tam mari quàm terra commodissimum, merces conuehebantur. Desiit id autem summum mercaturæ studium, vnà cum ipsius ciuitatis fortuna, caput dein efferentibus Venetis, qui negotiandi rationem omnem ad se traxerunt; adeò vt ex florentissima frequentissimáque nunc propemodum ad solitudinem sit perducta. Vtina, quæ & Vtinum, campestri loco sita, munitissimam habet arcem, in colle hominum operis facto;* XL. *stadia hodie in circuitu complectitur. Tergeste in littore maris, colonia Romanorum. Goritia, quæ olim fortè Noreia. multa hîc supersunt vetustatis monumenta. Ciuitas Austria (olim Forum Julium fuisse multi perhibent) in faucibus mõtium natura loco munitissimo sita est. mediam percurrit amnis Natiso, ponte lapideo nobili iunctus. S. Danielis oppidum in præcelso difficilíque monte situm. Portus Gruarus, in dextra Liminis ripa. Dein Spilimbergum, Maranum, Mons falconis, & cætera quæ apud Leandrum videre licet, ex quo hanc summariam enarrationem descripsimus. Scripsit Ioannes Candidus Historiam Aquilegiensium; cuius operis ac laboris socium esse Gregorium Amasæum, scribit Leander. De antiquitatibus vrbis Aquilegiæ exstant quoq. Sabellici libri sex.*

FORI IVLII ACCVRATA DESCRIPTIO.
Cum Priuilegio.
IVLIAE ALPES.
MARCHIAE TREVIGIANAE PARS.
TAGLIMENTO FLV.
CIVIDAL DE
FELTRE
ESONA
CENEDA
AVIANO
SACILE
AVDERZO
MOTTA
TARVISO
FOSETTA
VENETIA
Palada de lemene
PORTO GRVARO
LATISANA
Scala milliarium Italicorum 1000 passuum
10
20
30

Ex Bibliotheca Nobilis et doctissimi Ioannis Sambuci, Imperatoriæ Mat.s Historici. 1573.

VERONÆ VRBIS DITIO.

CENOMANORVM vrbs eſt hæc, in Gallia Ciſalpina, ſiue, vt hodie vocant, Lombardia; Venetorum ditionis: in vtraque Atheſis ripa magnificè exſtructa, at quatuor pontes ripas iungunt. Idem fluuius, vti eam pænè mediam diuidit, ſic eandem quoque circumquaque cingit: itaque hic fluuius ciuitati cuſtodiæ, ornamento, & vſui eſt. Ager vrbis eſt præcipuæ bonitatis, multa gignens in vrbem conuehenda; olei vim maximam, frumenta incolis in mercaturam ſuperabundantia, vinorum varietatem atque præſtantiam, pomorum omnis generis copiam, & lanam ceteras Italiæ ſubtilitate ſuperantem. Vrbs eſt ſitu optimo & amœno, ſplendidis ornatiſsimiſque ædificiis, tam priuatis quàm publicis, exornata. Habet multa inſigniaque vetuſtatis monumenta: inter quæ amphitheatrum, quod vulgus Arenam vocat; inter omnia quæ in Italia aliiſque Europæ partibus exſtare creduntur, integerrimũ, minuſque temporum iniuria, aut barbarorũ furore laceratũ. Item arcus triũphalis, in cuius inſcriptione hæc vrbs, COLONIA AVGVSTA VERONA NOVA GALLIENIANA nominatur. Sunt & alia antiquitatis veſtigia, quæ hîc breuitatis cauſa omittimus.

Ditio ſiue ager huius vrbis patet in longitudine, à Baruchello opidulo Riuam vſque (quæ eſt in vltimo Benaci lacus receſſu) 65. milliaria Italica: in latitudine, quæ ſumitur à Turre confinium ad vſque Riuoltellam 40. Comprehenditque in vniuerſum 1443378. campos, (ſic Italicum vulgus menſuram qua agros dimetiuntur, nominat, iugera Latinè interpretatur Seardeonius.) quorum 122312. fertiles, 220266. verò ſteriles ſunt: qui tamen indies colonorum diligentia feraciores redduntur.

Eſt in hoc tractu altiſsimus mons, (tabula eum inter Benacum lacum, & Atheſim fluuium oſtendit) Baldum vocant. Herbilegis hic maximè notus eſt, qui ad hunc vndique confluentes, multa herbarum radicumque genera, in medicinis neceſſaria, & vitæ humanæ opitulantia, colligunt.

Eſt etiam hic in valle quodam Policella dicta, locus Negarina nomine; vbi ſaxum duriſsimum viſitur, in quo mammæ ad iuſtam muliebrium formam ſculptæ; ex quarum papillis perpetuæ ſtillant aquæ: quibus ſi lactans mulier papillas aſperſerit & lauerit; exiccatus aliquo, vt fit, vel morbo, vel alio caſu, illi lacteus humor reuocatur. Sunt & aliæ huic tractui aquæ, non minus ornamento à natura quàm vſui attributæ. Sed auidiores huius territorij cognoſcendi lectores habent Blondi & Leandri Italiam; eos conſulere licebit. Scripſit & Torellus Sarayna de Veronenſium antiquitatibus, origine, politiis, viriſque illuſtribus, &c. integrum volumen. Lacum Benacum carmine deſcripſit Georgius Iodocus Berganus, libris quinque. Veronæ vrbis, & Benaci lacus laudem lege in Oratione funebri Iul. Cæſ. Scalig.

VERONAE
VRBIS TER-
RITORIVM,
à
Bernardo Brognolo
descriptum.
Septemtrio.
TIROLIS COM.
VAL
PE DE PE-
TRARCHA
VAL POLI.
LAG AR-
INA.
Monte Baldo.
Lago de
LAZVD-
CA-
RIA.
VALLI
RAN
DENA.
RIVIE-

TINO.
VALLE
DEL VERO
NESE.
FER
RA
RE
SE.
VERONA.
MANTOA
PADVS
M ridies.
BENACVS.
BRESCIANO.
Scala Milliarium Italicorum.
4.
8.
12.
16.
20.
23.

MEDIOLANENSIS DVCATVS.

LEANDER in descriptione sua Italiæ (post prolixam huius Ducatus gubernationis descriptionem) hæc de eius vrbe primaria Mediolano refert: Vrbs est Mediolanum opportuno admodum situ; quo, præter agri ipsius vberrimas fruges, è Gallia Cisalpina res omnes, tam ad vsum humanæ vitæ quàm ad delicias vtiles, comportari queant. Spatium complectitur amplissimum, vsque adeò quidem, vt inter maximas Europæ totius vrbes censeatur. Suburbia longa lataque admodum habet, quibus plurimùm augetur, plerisque tam ingentibus, vt cum magnis Italiæ ciuitatibus certent. Superioribus tamen annis strages vastas pertulere, ob perpetuorum inter Carolum V. & Gallos ac Venetos bellorum incendia, quibus propemodum maiori ex parte subuersa dirutaque sunt, quamquam nunc continuo studio reficiantur. Vrbem, ipsaque suburbia, latæ aquarum fossæ cingunt; per quas vndiq. nauigiis annonæ copia defertur tam magna, nihil vt non vili hîc pretio fiat. Summam mehercules admirationem habet, omnium rerum, quæ sunt ad vsum mortalium vtiles, huius vrbis insignis abundantia copiaque. Tam multa hîc, & tam diuersa artificum genera, tantaque frequentia, planè vt referri nisi difficillimè haud posset; vnde & vulgi natum verbum celebre, Qui Italiam reficere totam velit, eum destruere Mediolanum debere; nimirum, quo ex his sedibus artificum examina per omnes Italiæ partes spargantur. Habet vrbs ædificia mirè splendida magnificaque; nominatim Ædem perauguſtam amplissimamque, quam DOMVM vocant, immenso sumptu, ac tam admirabili arte factam, vt paucis omnino Orbis terrarum vniuersi templis conferri possit, siue magnitudinem & artificium, siue pretia marmorum & opera spectes: etenim non solùm vndique foris intusq. crustis niuei marmoris intecta niter, verùm etiam mirabilibus ex marmore statuis arte summa elaboratis est ornata. Præterea sunt nobilia Fana permulta, inter quæ Gratiarum ædes, sodalitatis Prædicatorum, è regione munitissimi castelli Portæ Iouiæ sita; sumptuosum in primis Hemisphærium à Ludouico Sfortia factum habens; sub quo cum vxore ipse poni volebat, sepulchro ibi ex marmore nobili constituto. Cœnobium huic Fano insigne cohæret Prædicatorum, cum præclara bibliotheca; cumque nobili triclinio, cœnæ Christi & Apostolorum admirabili pictura decorato, quod est Leonardi Vincij Florentini opus, summam artem auctoris omnium picturæ peritorum censura probans. Priuatorum in vrbe domus amplissimæ permultæ conspiciuntur. Est & Arx portæ Iouiæ, munitissimum præcipuumq. totius Europæ propugnaculum, quod vlla profectò vi capi numquam potuit. Sed alia multa præter hæc præclara ædificia Mediolanum habet, quæ breuitatis causa præterimus. Hactenus Leander, qui cetera eius territorij oppida locaque eleganter depingit. Vide de his etiam apud Volateran. in sua Geographia, Georgium Merulam, Bernardum Arlunum, & Bonauenturam Castillioneum, qui de Insubribus, eorumq. priscis sedibus, antiquitatibusque peculiarem edidit libellum. Scripsit & Bernardinus Corius lingua Italica Historiam Mediolanensium. Laonicus Chalcocondylas quædam de huius vrbis felicitate tradit, inter alia quoque fabellulam de dracone Mariangelorum temporibus hanc vrbem vastante, ex qua huius vrbis insigne originem deduxisse verisimile est, eleganter describit. Procopij sententiam de hac vrbe addere lubet, qui scribit hanc post ceteras vrbem Romam facilè præire magnitudine, ciuium copia, & reliquis fortunæ bonis.

LIGVRIA, quæ in hac Tabula etiam integrè describitur, Varo & Macra fluminibus, Apennino monte, & mari Ligustico (quod vulgo Leoninum dicitur) circumscribitur. Hanc hodie Ripam Genuensem, ab eius metropoli Genua, Vocant. Hæc vrbs aliquando ad Tanaim vsque imperij sui fines produxit; Theodosiam enim (hodie Caffa) suæ ditionis effecit; Cyprum, Lesbum, Chium insulas, & Peram Thraciæ vrbem in potestatem redegit. Hodie toti Liguriæ, & Corsicæ insulæ imperat. Emporium celebre, cuius ciues potentissimi, mercatura & negotiationibus per omnes ferè Orbis partes maximum sibi nomen atque diuitias compararunt. Genuensium Historiam diligenter descripsit vernacula lingua Augustinus Iustinianus, Nebiæ Episcopus; & nuperrimè Petrus Bizarus, & Hubertus Foglietta, lingua Latina. Habet etiam quædam de eadem vrbe, Fr. Petrarcha in suo Itinerario sacro. Laonicus, lib. 5.

DVCATVS MEDIOLANENSIS, FINITIMARVMQ; REGIONVM DESCRIPTIO, AVCTORE IOANNE GEORGIO SEPTALA MEDIOLANENSE.
Scala miliarium Italicorum
PROVENZA.
Varus fluuius
Nizza
Mónico
Basone.
Aspramonte.
Labrocha
Grassa.
M. DEL AGNEY.
M. VISO.
M. GENEBRE.
M. SENIS.
S. Clemente.
Ambruno
S. Martin.
Brian ron.
Lumimborgo.
Bezan.
Sexana.
Naole.
Lispol.
Breil.
Villa franca.
S. Maria di monte.
Vinti miglia.
Sorgo
Tenda
Por Moris.
M. CORNA.
Andoria.
Albenga.
Final.
Noli.
Ranzotti
Sauona.
Isola di S. Ermo
Genua
Sestri
Lanagno.
Cuburao.
Monerba
C. Daruasso.
Cinque terre.
Por Venere.
Pore.
Spezia.
S. Stephano.
C. Corsa
Magra flu.
Saraxana.
Lauenza.
Montioni.
Carara.
Mossa.
Serchio fluuius
Arnus fluuius
PISA.
Cum. priuilegio.
P. Santa.
Massacrose.
Via regia.
TVSCANAE PARS.
LVNEZANA.
Ropsa.
Casal.
Manerola.
S. Stephano.
Rosagni.
Ozera.
Cabana.
M. CERVERE.
Cirogna.
Rosarola
Prino.
Cornele.
Rusalea.
Borgo nouo.
Trebia flu.
PLACENSA.
Rustica.
Horenzola.
Solignano.
Casl. aqua.
Asfas.
Longina fluuius.
Bucolo.
Bardo.
Bardon.
Meleto.
Alpina fluuius.
Salo.
C. Guelpho.
S. Segda.
Roc Biaca.
TARRO.
Castelantia.
Basganouas.
Torchiara.
Parma flu.
Brisey.
Lenza fluuius.
PARMA.
Colorno.
Brisello.
Sobioti.
Montechio.
Gisfalla.
Casal maior.
Sadadam.
Bo.
Mulazo.
M. BORGALLA.
Pontremulo.
Mote longo.
Berto.
Villa franca
Villa
Trescalie.
Brisey.
Fornono.
Bardi.
Villa de Scoti.
Bosio.
Nubiano.
Rocdeserpe.
Gaano.
Mrano.
Rosarola
Prino.
Cornele.
Rusalea.
Borgo nouo.
Trebia flu.
PLACENSA.
Rustica.
Horenzola.
Solignano.
Casl. aqua.
Asfas.
Longina fluuius

Lago Maior
Lago de Como
MILANO
COMO
LECCO
BERGAMO
VAL SERIANA
VAL BREMBANA
VAL TRAVERSA
VAL DE PRAGELATO
VAL DE SOLICINA
VAL PREMIA
VAL DE SARCHA
VAL DE SOL
VAL DE RENDENA
VIZANA
BRESSA
Lago de Ico
Lago de Iseo
Idri
Salo
Lona
Tenri
Stenico
Maiano
Oxana
Adimaro
Vermdio
Bigolino
Ladron
Nani
Gration
Losen
Nicolera
Bio
Gauardo
Calcina
Castiglione
Montichi
Gambara
Guedo
Chiese fluvius
Castion
Sabio
Ronchi
Tornaso
S. Iacobo
Montifel
Carmignon
Chocaio
Adello
Chiar
Orse
Cadigne
Manerbi
Bagnolo
Belfan
Iseo
Sali
Pian
Volpina
Pisogno
Marche
Ladrino
Casina
Chey
Prugno
Brenze
Bren
Como
Malon
Adolo
Valle
Sarnion
Mela fl.
TROPIA
DE MO
NICA
M. TONALE
M. BRAIO
Pdi legno
Urte
SCALPHI
M. MIROCVLO
Scalper
Casion
Casar
Louer
Tauarna
Rua
Sernego
Martinengo
Pontenelle
Calco
Mesaniga
Cerauzzo
Morengo
Clogna
Albano
Bergamo
Triuiola
Brugnan
Cassiano
Nicola
Pandino
Vaila
Trui
Villa
Brembo
Medolago
Azon
Gugio
Borogna
Vallnigra
Oxido
Serina
Gandino
Cerrina
Fuminigro
Angra
Belluiso
Uriga
Stazona
Grosoto
Sandalo
Cepino
Bormio
Socio
Albera
Abuer
Sondrio
Tresino
Tiro
Pistamala
Tiran
Bruscio
Belmont
Vallo
Tufsnt
Bono
Cerasa
Diuersino
Delbio
Li roy
Morbegno
Mala
Albiasc
Morbrono
Lemulci
Tagio
Bripio
Ussia
Robia
Mera
Alta
Monza
Ceranschio
Vimercato
Gorgonzola
Angago
Peuil
Mocc
Sopiale
Pischiera
Cassiano
Nicola
Cassiano
Cantu
Incino
Desio
Cara
Balsamo
Berlasina
Lomazo
Rho
Serono
Soma
Castano
Gallare
Cesprie
Busto
Buffalora
Abia
Legnan
Apiana
Tinda
Castion
Cadolago
Leo
Brini
Menasio
Asfrugo
Isola
Musso
Gera
Cordevo
Tor de nuoi
Bondo
Chiaurna
Coder
Visorono
Cerasa
Bruio
Knuno
Casin
Iacobo
Piaro
Rendino
Andr
Ronchai
Sonuigo
Belinzana
Soldo
Protiga
Lugano
Sonuigo
S. Lucrezia
Muscch
Spulio
Brogno
Molon
Bu
Magadino
Locarno
Gordera
Maga
Canobio
Cuaro
Bersago
Porto
Comar
Ormin
Gaura
Varen
Sesto
Isa
Biumio
Porto
Ronco
Cadenabio
Lenno
Omagno
Palanza
Oggebio
Cuaro
Canobio
Bersago
Gordera
Magadino
Locarno
Muscch
Spulio
Brogno
Molon
Bu
Sonuigo
Rhenus fluvius
Slando
Ravon
Faoslina
S. Tabrino
Cassin
Knuno
Bruio
Albera
Coder
Visor

CREMONENSIS AGER.

VRBIS *huius antiquitatem constare, ex eo qui dixit,* Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ, *omnes intelligunt. Sed longè antea coloniam Romanam factam, anno nempe Vrbis conditæ* D. XXXVI. *tradit Liuius, aliique. Sita est hæc vrbs in Gallia Cisalpina, sub Cenomanis populis, vt Ptolemæus; vel in decima Italiæ regione, vt Plinius perhibet, ad ripam Padi fluminis. Agrum habet planum, omnis generis frumenti, etiam vini, fertilem: cetera, quæ humano generi ad vitam tuendam expetuntur, beneficio fluminis, affatim in vrbem afferuntur. Multas calamitates perpessa est, frequentibus afflictata ruinis: Primùm Antonianis temporibus, quando ab Augusto Imp. rerum potito ager est militibus datus: Deinde Vitellianis, apud Bebriacum peracta pugna, cùm quadraginta millia armatorum irrupere; calonum, lixarúmque amplior numerus, vt Tacitus refert, quàm omnia sacra profanáque in igne considerent. Solum Mephitis templum stetit ante mœnia, loco seu numine defensum. Gothorum quoque tyrannide, deinde Longobardorum sub Gedulpho Rege, Anno à Christo nato* D. C. XXX. *euersa. Frederici etiam Aenobarbi vim pertulit, deiectis vsque mœnibus. Post hæc bellũ ciuile inter Guelfos & Gibellinos in ea exarsit, anno* M. CCC. XII. *Tandem sub Mediolanensium Vicecomitibus & Ducibus aliquantisper vires resumendo refloruit. atque hactenus sub iisdem feliciter & tranquillè reipublicæ statum conseruat. Habet hæc vrbs arcem, si quæ alia in Italia, munitissimam, hostibúsque formidabilem. Est in ea quoque turris altitudinis admirandæ, in primis si cum Italicis conferatur: vnde vulgari eam prouerbio & rhythmo celebrant, cùm aiunt: Vnus Petrus in Roma, vnus Portus in Ancona, vna turris in Cremona. Huius vrbis Annales nuper descripsit Ludouicus Cauitellius, eius patricius. Auctor ipsius huius tabulæ edidit librum de huius vrbis antiquitate, rebúsque gestis.*

CREMAE TERRITORIVM.

EST Crema Venetorum opidum, præsidium & arx, in confinibus Mediolanensium. Hoc, vt Leander scribit, sub eorundem Venetorum imperio ita creuit incolarum frequentia, ædificiorumque elegantia, vt maximè inter Italiæ nobiliora loca nomen meruerit. vnde vernaculo adagio dicunt, Barleta in Puglia, Pratum in Tuscana, Crema in Lombardia: horum trium in Italia locorum nobilitatem, splendorem, & diuitias, denotantes. Veneti sæpiùs tentauere ex hoc opido ciuitatem facere: incolæ tamen hactenus restitere, verentes, ne, quod iam inter maximi nominis opida censetur, vix tum inter ciuitates mediocres nomen sit habiturum. Situm est in amœna planitie; loco amplum & spaciosum, mœnibus munitissimum; opibus inclytum, populo frequens, & rebus ad vitam mortalium necessariis affluens: habet enim territorium fœcundum, cultura diligenti multo fertilius redditum: multique aquarum riuuli, piscium vario genere repleti, agros irrigant. Scribit Blondus, hoc opidum à Friderico Barbarossa, post afflictam Cremonam, in eius ciuitatis damnum opprobriumque exædificatum. Sunt alij, teste Leandro, qui putant à ciuibus Parasij vrbis, ab Episcopo Mediolanensi ob hæresim destructæ, conditum: Cremæque nomen illi inditum, in crematæ patriæ memoriam. Iudicium lectoribus relinquo.

AGRI CREMONENSIS TYPVS.
BERGO: DITIONIS
MATIVM PARS.
CREMAE DITIONIS.
PARS
LAVDAE POMPE
AE DITIONIS PARS
PLACENTIAE DITIONIS CONFINIA.
OCCIDENS.
BRESCIA Venetorum ditionis.
Vrago, Cremonensis dioecesis.
Jorzi noui, Venetorum ditionis
Ponte Vicho, Reipub. Venetorum.
Quinzano, Venetorum reipublicæ
Ollio fiume.
Serichia flu.
Serimorto flu.
Muzza fluvius
Adda fluvius
Po fiume
Nurro flu.
Chiuenna flu.
Lanla flu.
PADVS FLVVIVS.
CAMPAGNOLA
CREMA, Venetorum ditionis.
CREMONA
PIACENZA
Scala Milliarium Italicorum
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

SEPTENTRIO.
Bressanensium confinia.
Mediolanensium confinia
Lectori
Ne tabula hoc loco omnino vacua extaret, hoc (ceme territorium à quodam patrię studioso descriptum hic studiosis exhibere placuit.)
MERIDIES
ORIENS.
MANTOA
Asola, Venetorum ditionis.
Canto, Mantuanorum ditionis
Marcaria, Ducis Mantuani
Borgo forte Ducis Mantuani
Oglio flu.
Mincio flu.
Tor o
Adda flu.
Chiauica
Cazzuoli
Cauollara
S. Agata
Dosol
Guastalla Dni Cesaris Gonzage
Cum Priuilegio.
PADVS FLVVIVS.
Pomponesso
Bozoletto
Brisello, Ducis Ferrariensis.
Colorni, Dni Francisci Seuerini.
Parma flu.
Lenza flu.
DITIONIS
PARS.
VM
MENSI
Torsella, Parmensium ditionis.
Cello, Cremonensis diœcesis.
Casal maiore
Casal bellotto
Stufol.
Sabio
Villa di Pasquali
Breda
Brugnoli
Villa noua
Vigo bonechiso
Gambalone
Caminada
Cauella
Vigore
Ponteriuia
Molta
Quatro case
Cazzuoli
Correggio uerde
Boncadel
Cocognara
Il Cocozzo
S. Martino
Vadano
S. Pietro
Portaiola
Gazolo
Belfortis
Pomera
Bocca
Comesazzo flu.
Gambsina flu.
Scolathes
Cicolo, Regnum diuersis.
Riolo
Cautale
S. Maria
Conda
Comesazzo, Carionuta
Bozolo
Bonprezasso
Tornada
Ca di bone.
Chamotta
Ruscrollo di denero
Belmona flu.
S. Maria barnarino
Picolesco
Pezole
S. Polorina
S. Maria
Drizona
Cantoni
Torsella del pizzo
Belena
Cussola
Valdoria
Martigna
Lagnol.
Vico bel lupano
S. Maria
Stagno
Roca bianca
Torro flu.
Tauernella
Cremona
Colorno
Vidalengo
Calue zano
Morzanga
Carauaro
Brignano
Vailat
Cassine
Scanalo
Palazzo Monchi
Spin
Bagnol
Vaggian
Obriano
Pasta fetta
Cheua
Casaletto
Robiano
Pandino
Lodi
Adda flu.
Roman
Cologno
Galiuam
Castel
Camisan
Battugian
Soncin
Cigengo
Portego
Rengo
Romenengo
Castellion
Madignan
Vergonzana
Ruiolo ve gia
Ruiolo argina
Ruiolo nouo
Ruiolo gantia
Alcesa zano
Montedem
Rouredo
Gredera
Cauerlla
Bisina
Caupisigo
Pranengo
Vaiar
Campagnola
Pierenega
Zain
Casellett
Torlin
Trascor
Ceuo
Ceuaroga
Cidan
Bolz
Zapel
Pisa gnaton
Ozzi
Izza
Fach
Offanengo
Seregnan
Terfolasio
Cremona
Ros
Ca di fiera
Isola
Ca di fiera
S. Lorenzo
Pizzo horno
Ca di fiera
Pozzo bono
Ca di fiera
Ca di fiera
Ca di fiera

BRIXIANVS AGER.

AGER Brixianus partem eius tractus occupat quem olim populi, Cenomani dicti, tenuere: patetque eius longitudo ad octingenta stadia, siue centena millia passuum: in latitudine ad quadringenta stadia, siue millia passuum quinquaginta: teste Helia Capriolo: situsque est inter Benacum, Sebinumque lacus; Alpes, & Ollium flumium. Hunc eundem agrum scribit Ioannes Planerius inter amœnissimos Galliæ Cisalpinæ campos maximè esse memorabilem. Habet enim, vt tradit Baptista Nazarius, in se aurum, argentum, æs, plumbum, ferrum, alumen, marmor porphyreticum, & aliud ex atro & viridi variegatum, quod serpentinum vocant; ophiten Plinius: aliosque lapillos pretio nobiles. etiam marchasitem, quem pyriten vocant antiquitas. Vrbs Brixia, vnde huic tractui nomen, hactenus quodammodo vetus vocamen retinet: Brescia enim incolis appellatur, quam eandem propter eius opulentiam elegantiamque ritro & vulgari prouerbio Sponsam vrbis Venetæ cognominant. Nemo veterum fere siue Historicorum, siue Geographorum, huius non meminit. A Gallis Senonibus ædificatam, scribit Trogus. Caput Cenomanorum dicit Liuius. Plinius in Epistolis hæc de ea ad Iunium Mauricum, *Brixia est illa, quæ ex nostra Italia multum adhuc verecundiæ & frugalitatis antiquæ retinet, ac seruat.* Ducatus titulo quondam insignitam, lego apud Diacon. 5. Long. cap. 36. At quia nemo recentiorum (ne dicam quoque veterum) hanc vrbem doctiori aut luculentiori stylo descripserit, quàm Pigius in Hercule suo Prodicio: de eadem hunc eundem audi: Brixia, quæ ad radices montis est posita, antiquitate amplitudineque ædificiorum cum multis vrbibus Italiæ certare potest. De hac autem epigramma non inelegans tale prodidit Iulius Cæsar Scaliger, nostri sæculi poëta præclarus: Quæ pingues scarebras specula despectat ab alta Postulat Imperij Brixia magna vices. Cælum hilarum, frons læta vrbi, gens nescia fraudis. Atque modum ignorat diuitis vber agri. Si regerer patrias animis concordibus oras, Tunc poterat dominis ipsa iubere suis. Propter dissensiones etenim vrbs olim Gallorum & Insubrum vicinorum iugo oppressa, varias passa est calamitates: nunc tandem sub Venetorum Imperio quieta floret opibus, ac mercatura frequenti, rebus omnibus adfluens, solertis ingenij populo ac nobilitate magna frequens. Agro item olei, vini, frumentorum, fructuumque omnis generis excellentissimorum fertilissimo locuples: habetque metallorum venas fœcundas, in primis ferri & æris: vnde maximus ciuitati redit quæstus. T. Liuius aliique magni auctores tradunt, Brixiam regum Romanorum tempore à Gallis Cenomanis esse conditam, quam postea Romani, Transpadana Gallia in potestatem redacta, suæ ditionis item fecerunt. Constat ex Liuio, fidem populo Romano constantissimè quondam præstitisse, atque præcipuè difficillimis Annibalici belli temporibus. Coloniam Romanorum factam esse volunt bello sociali confecto, cùm Veronam & alias trans Padum vrbes Cn. Pompeius Strabo Pompeij Magni pater colonias deduceret. Nec diu postea, C. Cæsaris auspicio simul cum aliis Transpadanis ius Romanæ ciuitatis accepit, atque sub Impp. Romanis deinde, quamdiu Imperium in Italia stetit, admodum floruisse constat. Testimonio sunt antiquitatis monumenta varia, quæ adhuc in eadem vrbe, vicinoque territorio passim reperiuntur: nimirum pulcerrimæ marmorum inscriptiones, statuæ, statuarumque tituli, atque illustrium hominum epitaphia plurima, ex quibus vrbis illius amplitudo prisca facilè colligi potest. Hactenus Pighius. De hac vrbe peculiare opusculum scripsit Baptista Nazarius, in quo omnes huius agri antiquorum lapidum inscriptiones recenset. Totam huius vrbis historiam comprehendit Helias Capriolus libris duodecim. Non pauca quoque de eadem Gaudentius Merula, in libello de Cisalpinorum antiquitate ac origine, & Chrysostomus Zanchus, de Orobiorum siue Cenomanorum origine. nec non Leander Albertus. & nuper And. Baccius lib. 6. de Vinis Italiæ. Est in hoc territorio etiam Quintianum opidum, viginti millibus pass. à Brixia Meridiem versus situm, prope Ollium amnem: de quo opusculum nuper edidit huius ciuis Ioannes Planerius; qui illud litteris & armis celebre facit, in quadam epistola ad Paullum Manutium. An hoc Quintianum sit, cuius Optatus Afer meminit, doctioribus inuestigandum relinquo.

Secat hoc territorium per medium quodammodo Mela vel Mella fluuius Virgilio cognitus: etiam Catullo, hoc versu, *Brixia Cygnæa positus in specula, Flauus quam molli percurrit flumine Mella.* Hic Mellæ nomen retinet in hunc vsque diem. Non percurrit tamen ipsam, vti videre est, vrbem, sed haud procul inde, ipsius agrum. Fluuiolus qui vrbem perfluit, hodie Garza vocatur. at antiquitus eundem quoque Mellam dictum autumo. Dicamque Mellam, cùm vrbem appropinquare incipiat, se in duo diffundere, nomen vtroque alueo olim retinente, insulamque amnicam (vt Nilus, exempli gratia, Heracleopolitem) efficere, dennoque eodem nomine in vnum confluere, & in Ollium se postea exonerare.

Sed priusquam ex hac tabula discedam, de eius lacubus hic addere aliquid libuit. Benacum lacum (quem Catullus Lydium vocat) nomen habere putat Capriolus à Benaco vrbe, in eius ora olim exstructa, & cuius vestigia hactenus exstant in pago Toscolano dicto, quem vides circa ripam eius Occidentalem, ad eiusdem nominis torrentem. Huius vrbis testimonium conseruatur in antiquo lapide, cuius inscriptionem exhibet in sua Ortographia Manutius. Hodie hic lacus Garda vocatur, ab eiusdem nominis arce, illi quondam dicto Benaco, in altera ripa, Orientali nempe, opposita. Hic lacus, vt scribit ad Cardinalem Polum in quadam epistola Alexius Vgonius, optimis piscibus longè aliis præstat: amœnissimis collibus circumseptus est. vndique fontes scatent. hac illa nemora, prata virentia, vineæ, oliuæ, abietes, lauri, cedri. opida præterea, rebus omnibus necessariis referta, in modum coronæ illum ambiunt: ita vt nihil omnino ei desit ex hisce rebus, quæ loca campestria (visu quidem pulcerrima, & vsu grata atque iucunda) efficere possint, &c. Cùm hæc scribo, redit in mentem sermo quem memini me aliquando de hoc lacu cum doctissimo optimoque & iucundæ memoriæ viro Domino Benedicto Aria Montano habuisse; (vidimus enim vterque eundem, etsi non simul,) in quo alter alterum obtestabatur, se numquam in vita vidisse locum situ amœniorem, vel adspectu pulchriorem, ita vt minùs mirabamur, Catullum suam Sirmionem, & Lydij huius lacus vndas suo venusto carmine tam impensè laudasse. Alius lacus est in hac tabula Sebinus aut Seuinnus (vtrumque enim apud Plinium lego) ab Ollio flumine factus. hunc hodie nominant Iseo: ab opidulo eius nominis in huius ripa constructo. Est quoque lacus Idro nunc dictus. quo autem hic nomine, aut vllo, à veteribus cognitus fuerit, mihi sanè non liquet. Scio à docto quodam viro pro Brigantino Plinij haberi. à qua sententia nos dissentire, diximus in nostro Thesauro.

Cum priuilegio Imperiali, Regio, et Belgico. 1590.
TIROLIS COMITATVS
PARS.
Al pes.
RHÆTIAE LIMITES.
Bresciano
BRIXIANI AGRI TYPVS.
Brixia, Cygnea supposita in specula.

MANTVANI
DVCAT.
PARS.
CRE
MONEN:
SIS
AGRI
PARS.
ME:
DIOLA:
NENSIS
DVCAT.
PARS.
BERGOMATIVM CONFINIA.
CREMAE TERRITORII
PARS.
LACVS BE NACVS
Mantua.
Mincius flu.
Goito
Borghetto
Cerlongo
Gazoldo
Castrillino
Gadizzolo
Casal'alto
Lanuzzata
Desenzano
Sermione
Rocca
Cassiano
Drogolo
Lonato
Molino
Clarinato
Lacha
Casal moro
Asola
Chiese flu.
Oglio flu.
Mincio flu.
Calvisano
Manerbio
Prabio
Sobre
Albaro
Motta
Goli
Castellero
Cigoli
Comello
Serfia
Campagna
Gozzoli
Fenrilo
Bassano
Manerbi
Verola
Montefella
Verola V.
Scorzarolo
Quinzana
Pedernello
Federnago
Orzano
Forfengo
Mezolo
Zenzolo
Cremona
Ossonte
Cremezano
Cavrino
Mozella
Gerola
Rezza
Sabionetta
Lorg Vecchi
Cividano
Cremagnola
Ladriano
Cremo
Chari
Ponchio
Palazolo
Soncino
Ossimengo
Fontenelle
Rivengo
Crema
Pravengo
Martinengo
Montechio
Villengo
Cauriolo
Barzaldego
Derfiesse
M. Orfeno
Adre
Saraga
Cassiano
Ollius flu.
Milliaria Italica decem
SEBINVS
BRESCIA
Rovato
Pedrengo
Cologni
Campagna
Provaho
Monte Rotondo
Brouato
Borgona
Calvo
Cauno
Tremosi
Cremi
Pedrengo
Cassiano
Cassirezzago
Trezzano
Comezano
Berlingo
Brandaro
Leprato
Ospedaletto
Travesio
Padernio
Pesfiano
Pesfirolo
Isseo
Provaglio
Orme
Bettella
Borgo
Cosfile
Novoco
Casal
Cadignato
Villa Gufago
Rovrodel
Ossiano
Villa
Valen
Librio
Mazzano
Cazzago
Roncadelle
Mella flu.
Cellatico
Cellatico
Cellatico

PEDEMONTANA REGIO.

TAVRINORVM regionem nunc Pedemontium vocamus, tamquam pedem montium; quoniam ad radices Alpium est, quæ Galliam Sabaudiamque ab Italia diuidunt. Fines ponemus ab Oriente, Padum; à Meridie, Ligurum Alpes; ab Occidente, Galliæ Alpes; à Septemtrione, Duriam ripariam. Agros habet amœnis fructiferisque collibus plenos, qui frumentum, aliasque fruges, & optima vina, cum nobilissimis fructibus producunt. Vrbibus, opidis, pagisque perhonestis nitent.

Ducatus Taurinus sub Longobardis appellabatur, à quibus in Prouinciæ formam, cui Dux præerat, redactus est. Longobardorum verò imperio deleto, primùm in Italiæ Regum, quos Imperatores Cæsares instituêre, potestatem venit: pòst in Regulorum diuersorum, diuque seculis vltimis ditioni Principum, Comitum, Ducumque Sabaudiæ fuit habita, donec anno M. D. XXXVI. partem eius Franciscus I. Franciæ Rex cepit. (nunc verò Sabaudiæ Duci restituta est.) Metropolis est ciuitas Taurinum, ad ostium in Pado Duriæ; quam Ptolomæus, Plinius, & Tacitus Augustam Taurinorum vocant. Priscis temporibus hanc nobilem fuisse vrbem, vel hinc intelligere licet, quòd Colonia Romanorum erat. Iacet ad montium radices, forma quadrata, cum portis quatuor, nobilitate ciuium maximè clara, splendidis etiam ædificiis ornata, inter quæ sunimum templum. Gymnasium habet omnium disciplinarum: mirificéque rebus omnibus ad vsum vitæ necessariis & vtilibus abundat. Agro est perbono ac fertili, maximè verò versus Orientem & Austrum, cum vallibus ferri copia fœcundis. Taurinum Longobardorum sedem fuisse Paulus Diaconus perhibet. His, vsque ad captum bello Caroli Magni Desiderium Regem, paruit: deinde autem in Italia Regum, Imperatorum, Montisferrati, Marchionum, & Sabaudiæ Regulorum (quibus hodie etiamnum paret) fuit. Ad Padi fontem versus Ripellum & Paisana, sunt marmorum nobilium lapicidinæ.

Ad capitis Padi dextram incipit planities quædam amœna, Vallis Padi dicta, vel (vt incolæ vocant) Lusernæ; ab opido nimirum, quod habet, Luserna. Procurrit in longum millia XXX. latitudinis ad summum IIII. In aditu eius Orientali capite, Mambrinum est; in exitus fine versus Occidentem, Crux lapidea præcelsa. Coloni vulgò nominantur Christiani, sed ritus & cæremonias Christianorum haudquaquam sequuntur; imò perquam nefaria flagitiosaque colunt instituta: quale præ cæteris est, quòd menstruo tempore diem obseruant, quo cuncti in Ædem conuenientes, post Antistitis impuri ac scelesti concionem, exstinctis obscuro noctis luminibus, in venerem detestabili, ac prorsus à sanæ mentis nemine non vituperato exemplo, promiscuè ruunt. Hæc ex Leandro delibauimus, qui plura habet. Lege quoque de hac regione Dominicum Nigrum.

Paradinus in sua Sabaudia scribit, Principatum Pedemontanum continere in se præter vrbes insignes & magnitudine celebres, quæ sunt quinque numero, plus minùs quinquaginta opida munita, pulcherrimaque: tum municipia ducenta, muris, propugnaculis, & turribus vallata. Habere etiam multos Comitatus, Marchionatus, Baronatus, aliosque multos Satrapas, omnes Duci Sabaudiæ obtemperantes.

Vides in hac tabula etiam Montisferrati descriptionem, quæ hodie Mantuanis Principibus paret; de qua hæc Blondus: Ad Tanarum amnem ora incipit celebris, nunc Monsferratus appellata, cuius fines sunt hinc Padus, inde Apenninus; & Tanarus ipse à fronte sua ad ostia quibus fertur in Padum, & superiori in parte Montes Moncalerio proximi, vbi Pedemontium incipit. Ferratensisque ora penè omnis Marchionibus est subdita in Italia nobilissimis; qui ex Constantinopolitanis Imperatoribus oriundi, 150. annis eam oram possederunt. Hactenus Blondus. Vide de hac quoque Merulam libro sexto Historiæ Vicecomitum.

PEDE
MONTA-
NAE VICI-
NORVMQVE
REGIONVM
AVCTORE IA-
COBO CAS-
TALDO DE-
SCRIP.
PARTE DI SAVOIA
PARTE DEL DELPHINA
PARTE DI PROVENZA
PARTE DEL TERITORIO DE NEZA
MON CENIS GRANDO
MON GENEVA
MON VISO
MON GALES
MONTE CALVO
MONTE SEMOLA
MONTE TORAGIO
COL DE LA CORNA
COL DE LAGNEL
COL DE TENDA
COL ARGENTA
COL DELA NOSTRA DONNA DELLA FENESTRA
Isola de Arbenga detta la Galinara
C. Delle melle
Monaco
Cum priuilegio
MARE LIGVS

MILANO
Nouara
Tortona
TORTONE
Alexandria della paglia
Nizza
Pauia
Pinarolo
Voghera
Bergum
Lucrose
Gabella
Sauignone
Montegino
APENINO
Torigia
Stropa
Prato
Dargogna
Sella
Mezana
Dauaga
Rapala
Porto Fin
CODEMONTE
miliarium Italicorum

PATAVINVM TERRITORIVM.

AGER Patauinus (quæ Marchiæ Treuisanæ portio) olim latiùs, nunc his terminis continetur: A Meridie Athesis fluuius procurrit; à Septemtrione Muso paruus amnis dilabitur; ab Oriente æstuaria Venetiarum; ab Occidente autem Colles Euganei, & ager Vicentinus. Vnde hoc carmen perueteri vrbis Patauinæ sigillo insculptum legitur: *Muso, mons, Athesis, mare, certos dant mihi fines.*

Patet omnis hic circuitus centum & octoginta passuum millia: in quo spatio sunt tercentum & quadraginta septem villæ seu pagi. Patauio municipali iure hoc tempore subiacent septem insignia oppida, quæ sunt: Montinianum, Castrum Baldum, Atheste, Mons Silicis, Sacci oppidum, Campus S. Petri, & Cittadella. Item sex vici, Miranium, Oriacum, Titulum, & Liuianum, Arquadum Francisci Petrarchæ sepulcro celeberrimum, Consyluium, & Anguillaria. Sunt præterea in hoc territorio Euganei colles Poëtis decantati; & iuxta hos Aponus vicus & fons, cuius Claudianus & Martialis meminere; Item Cassiodorus in epistolis vbi Theodoricus Rex eos restaurandos curat. Huius agri Patauini tanta est fertilitas, vt ex abundanti frugum copia vicinis quoque ciuitatibus, absq. vlla suorum ciuium inopia, quæ ad vsum vitæ necessariâ sunt, largè multa suppeditet. Generositas vini magna est. Venationes, aucupia, & piscationes frequentes. Adeò fluminibus irrigatur, vt (maximo incolarum commodo & vtilitate) nullus agrestis vicus vltra quinque passuum millia distet à flumine. Hanc omnium rerum mirabilem copiam atque abundantiam vulgò triuiali prouerbio demonstrant, dicentes: *Bononia la grassa, Padua la passa.* ac si Latinè dicas, Patauium fertilitate, Bononiam (quæ fertilissima est) superare. Hæc de territorio, nunc de ipsa vrbe, quæ huic nomen dedit. Hæc in plano sita est vndique amnibus irriguo. Vrbs admodum munita, lata & profunda fossa aquis repleta, validissimis muris cincta, & populo frequens. Pomœrium habet amplum, adeò vt hostis non habeat quibus eam obsidens protegi queat. Habet prætorium speciosissimum & plumbeis laminis opertum. Gymnasium totius Europæ celeberrimum, à Carolo Magno (vti ferunt) inceptum, & à Frederico II. anno M. CC. XXII. stabilitum, & post XL. annos à Pontifice Vrbano IIII. confirmatum. Habetur item in hac vrbe Hortus (quem Medicorum cognominant) sphæricus & amplus, omni exoticarum herbarum medicinalium genere consitus, pro instruendis iuuenum ingeniis in re herbaria; opus singulare & egregium. Ciuium inter præcipuas artes est lanificium, quod est quotannis sexcenta librarum millia, & amplius. Hæc ferè ex Bernardino Scardeonio, qui de huius vrbis situ, territorio, antiquitatibus, & viris claris, rebusque memoria dignis, integrum volumen edidit, hunc auidus Lector consulat; eique, si volet, Leandrum de sua Italia iungat. De paludosis huius tabulæ locis quos ad oram maris depictos cernis, legendus est Cassiodorus 12. Variar. ad Tribunos maritimorum.

TARVISINVS AGER.

MARCHIAM Taruisinam, & decimam Italiæ prouinciam Blondus in sua Italia constituens, in eâ Feltriani, Bellunum, Cenetam, Patauium, Vicetiam, & Veronam vrbes clarissimas collocat; cuius caput Taruisium ei nomen dedit. Hanc vrbem Silis fluuius amœnissimus alluit, claritate, & leuitate nulli inferior, qui, decem millia passuum ab ea ortum ducens, nauigabilis in Adriaticum mare influit. Plurimis etiam in ea scaturientibus irrigatur aquis, ac validissimis muris cincta, & populo frequens est: nobilissimis quoque ædificiis cùm diuino cultui, tum ciuium vsui paratis ornata. Habet Taruisium agrum amœnissimum, atque iucundissimum, ad hominum, animaliumque necessitatem opportunis rebus vndique circumfertum: nam in eo est planities magna, quæ non solùm omne genus frumenti, vinique nobilissimi summam vim fundit, verùm etiam pasciis, & pecoribus abundat. Sed neque arduos montes habet, neque infœcundos. Item colles vitibus, oleis, aliisque fructiferis arboribus consitos, & venationibus ferarum opportunos. In quo quidem agro numeratur multa insignia oppida: nam ab Oriente, & Septentrione sunt, Opitergium, Coreglanum, Sarrauallis, Motta, Portus Buffaleti, Sacile. quibus adduntur Comitatus Sancti Saluatoris, Collis alti, Sancti Pauli, Cordiniani, Vallis Marini, Cæsareæ, & Mellis: ab Occidente verò, & Meridie Basianum, Asylum, Castrum fratrum, Nouale, & Mestre. Item in eo vici nonnulli exstant ac villæ, seu pagi quamplurimi. Sed, qui huius Territorij situs, antiquitates, & viros claros, resque memoria dignas eognoscere desiderat, adeat doctissimum Ioannem Bonifacium, qui nuperrimè eius historiam absolutissimè descripsit. Extat quoque Ioannis Pinadelli Taruisini, AGER TARVISINVS, carmine descriptus, sed nondum editus. Hactenus auctor ad suam hanc Tabulam. cuius venia confido me posse ex Zachariæ Lilij Orbis Breuiario hæc addere, TARVISIVM vrbs Venetiæ insignis, cuius nomen prior inter vetustos habet Plinius. Totilam quintum Gothorum regem & quidem præstantissimum genuit. A quo dignitatem inchoasse videtur, quam nunc habet, videlicet, vt tota Venetiæ regio Marchia Taruisana nuncupetur. Nam idem rex magno exercitu comparato totam Italiam armis subegit: Vrbemque Romam ingressus diripuit & incendit. Quidam verò prodiderunt vrbem Taruisij à Troianis conditam fuisse, quam fluuius Silis amœnis interfluit vndis, & in Adriaticum mare decurrit. Est autem ciuitas ipsa mœnibus, arce, & aquis munitissima: pontibus, priuatis ciuium ædibus ac templis Deo dicatis ornatissima, variisque mercibus insignis. Frumento, vino, & oleo abundans. Piscibus & fructibus copiosa. Castellis & vicis plurimis referta. Quin etiam vrbem ipsam ornatissimam reddunt viri religione, probitate, moribus, omnique genere laudis præstantissimi. Hæc Lilius.

OCCIDENS.
VICENZA
PADVA
MERIDIES.
SEPTENTRIO.
Il Treui:
sano.
Polesene
de Ruigo
Val
Turbana
Rotta
Sabadina
Cittadella
VENETIA
Milliaria.
PATAVINI TERRITO-
RII COROGRAPHIA,
IAC. CASTALDO AVCT.
SINVS HADRI-
ORI
ATICI PARS.
ENS

TARVISINI
AGRI TYPVS
Auctore Io. Pinadello Phil.
et I.C. Tarusino.
Cum privilegio
decennali.
Alpes Tridentinae
TRIDENTINA
REGIO.
SEPTEMTRIO.
ORIENS.
Patauini
agri
pars.
Fori Iu:
lij pars.
Golfo di Vinetia, olim Sinus
Hadriaticus.
Scala milliarium Italicorum
MERIDIES.

LACVS COMENSIS,

OLIM

LARIVS.

LARIVS LACVS, (quem hodie Lago di Como ab opido ſibi adiacente vocant) à Laro aue, Græcè ſic dicta, & Latinis Fulica, quibus abundat, nomen accepit. A Septemtrione in Auſtrũ ad 60. millia paſſuum producitur; vndiq; coronatur montibus, quorũ cacumina, caſtanearũ arborum nemora habent; latera, vineæ oleæq;; radices verò, ſilua; in quibus ferarũ venationes frequentes. In margine autem lacus, Caſtella conſidunt; inter quæ in Meridiolani ripa, Comum eſt, clarũ opidum à Gallis Orobiis, aut, vt quidam vult, à Cenomanis conditũ. Romanam Coloniam poſtea à Diuo Iulio ibi deductã, in quibus quingenti illuſtres fuère Græci, auctor eſt Strabo; ex quo Nouum Comum appellatũ eſt; in amœniſsimo loco poſitum, adeò vt ad ſolas delicias excogitatum videatur: nam à frõte pulcherrimum lacum, à tergo campeſtria culta, & omni genere fructuum feraciſsima habet; accedit etiam aër ſaluberrimus, iucundiſsimuſq;. De æneâ ſtatua ex hac vrbe quondam rapta, vide Caſsiodorum 2. Variar. cap. 35. & 36. Hoc opidum duos Plinios æternitate viros dignos nobis protulit, in quorum memoriam hæc elogia in fronte ædis Diuæ Mariæ Virginis, pietatis ergô, à gratis ciuibus marmori inciſa, anno 1558. ex Italia redeuntes, legimus,

A dextra valuarum.

ORDO POPVLVSQVE COMENSIS C. PLINIVM SECVNDVM, MACTVM INGENIO VIRVM, DIGNATIONE CLARVM, DOCTRINA ADMIRABILEM, VT QVI OLIM IMP. CÆS. VESPASIANORVM AMICITIAM MERVERIT, OFFICIA MAXIMA GESSERIT, AC SCRIPTORES VNIVERSOS COPIA ET VARIETATE SVPERAVERIT, MVNICIPEM SVVM INCOMPARABILEM STATVA ET ELOGIO ORNAVERE.

A ſiniſtra valuarum.

C. PLINIO CÆCILIO SECVNDO, QVI CONSVLATV, AVGVRATV, MILITIÆ GESTIS, AC ORANDIS CAVSIS, POEMATIB. ET HISTORIIS CONFICIENDIS, CÆSARE TRAIANO AVGVSTO INCVLENTISSIME LAVDANDO, ADFICIENDAQ. IMMENSA LIBERALITATE PATRIA SVA, EIDEM IMMORTALE CONTVLIT ORNAMENTVM, ORDO COMENSIS CONCIVI SVO DESIDERABILI, HONORE ACCEPTO MONVMENTVM POSVIT M. CCCC. LXXXVIII. KAL. MAI.

Tantus honor dulciſque iuuat me fama Secundum,
At mage concines hæc poſuiſſe meos.

Functus eram ſed tum veteri præclarus honore:
Viuebam, pery, nunc quoque vita mihi eſt.

Sed quare non addã de hoc lacu eiuſdẽ etiam Plinij lib. 2. ad Caninium hæc verba? Studes? an piſcaris? an ſimul omnia? Poſſunt enim omnia ſimul fieri ad lacum noſtrũ. Nam lacus piſcem; feras ſilua, quibus lacus cingitur; ſtudia altiſsimus iſte ſeceſſus adfatim ſuggerunt. Idem Epiſt. 4. ad Licinium Suram, fontis cuiuſdam miri hiſtoriam ad hunc lacum habet. Hunc Lacum Paulus Iouius elegantiſsimè deſcripſit integro libello, ex quo etiam hanc tabulam noſtro vſui excerpſimus, depingit item accuratè Caſsiodorus, libro Variarum 11. ad Gaudioſum. Deſcripſit & Bencdictus Iouius res Comenſium: ſic quoque Thomas Porcacchius. Sed vide etiam Leandrum in ſua Italia, & Dom. Nigrum in ſua Geographia.

VRBIS ROMAE

TERRITORIVM.

DE vrbe Roma, quondam Orbis Imperatrice, eiusque territorio, quia hic locus amplam pro eius dignitate deſcriptionem non admittit, atque omnino de ea tacere, quàm pauca dicere, præſtare videatur, auctores, qui eam ſcriptis ſuis celebrarunt, hîc enumerare, ſat viſum fuit. Quorum ex vetuſtioribus ſunt: Q. Fab. Pictor, Sex. Ruffus, & P. Victor. Ex recentioribus Blondus eandem in ſua Italia; Fabius Caluus Rauennas, Barth. Marlianus, Andreas Fuluius, Georg. Fabricius, Lucius Faunus, Andreas Palladius, Pyrrhus Ligorius, & Lucius Maurus. & nuperrimè Io. Iacobus Boiſſartus. Collegit & deſcripſit Iacobus Mazocchius eius antiqua epigrammata, Ful. Vrſinus familias, & Vlyſſes Aldroandus eius ſtatuas. Hubertus Goltzius non minori artificio, quàm diligentia, maximisque impenſis, eius Faſtos æneis Tabulis, libri forma expreſsit.

LARII LACVS VVLGO COMENSIS DESCRIPTIO, AVCT. PAVLO JOVIO.
Excurrit Larius a Meridie in Septentrionem, pronior tamẽ in Oriente
Bubinius mons cum specula et templo Deiparę Virginis.
Abbatia aquę frigidę
Carnesina
Museum P. Iouij. Vbi olim Plinij platanus fuit cuius epistolio celebrata Vico.
Brandelli arx Luitprandi regis opus
COMVM, duorum Pliniorum patria
Mirabella
Gentium prom.
Plenium
Coloniola
Parlasca
Coenobium
Mons Platus
Palantia
Turnii prom.
Fons Plinianus
Lemna
Pomponiana
Quartianum
Carenno
Fugalera
Vestium
Bagnana
Scendonium
Lecenum
Roccum
Cauneolum prom.
Comacuana insula hinc Dragorum fabula
Lauactum prom.
Gregalia
Turrium
Pieris
Colonia
Stratium
Balbianum
Lemum, hic olim Plinij quem Comum Pliniorum patria dicitur
Carneyna
Curtiuna villa
Brienium
Aventinum
Caractum
Lelium
Turregia prom.
Asina vallis
Mons Regalis
Diuę Marię
S. Michaelis
Barrus mons
Pons Videlicus
Sedua fl.
Pesarena
Leccum
Castellum
Pariete
Castellum
Manduliaca
Ouium
Clusium
Cabrinnus fl.
Lacus Albanus
Colseo
Albano
Alba longa
Sauello
Monte Porzio
Porcigliano
Palaceo
Fusano
Ostia
Porta
Castel de guido
Osteria
Castiglione
Carnazano
Anguillara
Lago di Bracciano
Vigna
Bracciano
Mantiana silua
Galera
Bandita
Chiesa
Botachia
Torricella
Castro SALINI
Ruffina
Galera fl.
Mola grotta
Palmarolo
Porchecchio
Castel mal nome
Iulio Matteo
Magliana
Castro MERO
Magliana fl.
Canutelo
Le mal giani
Vaccaiuolo
Grotta
Osteria
Dragoncelli
Dragoni
Tiberis fl.
Aqua Virgo
Aqua Iulia
Aqua Claudia
Aqua Marcia
Aqua Tepula
Aqua Anio
Aqua Alsietina
Aqua Sabatina
Aqua Traiana
Aqua Felice
Aqua Vergine
Aqua Paola
Aqua Pia

TERGESTINVS SINVS.
ISTRIAE
PAR.S.
Porta de Ples
Ronchi
Sterpenica
Fons Sontij
Chiarna
Tolmino
Aquileia hic terminus est ditionis Venetorum et Ducum Austriæ
Idria fl.
Hic argenti viui fodinæ sunt
Lubiana
Ronciua
S. Croce
Cernio
S. Georgi
Vipao fl.
Senasechie
Gorizia
Gradisca
Rauscano
Reuffenbergo
S. Angelo
Fons Timaui
Duino grande
Cumen
S. Sergio
Proscho ol. Pucinum, hinc vina a Plinio tantopere laudatia
Trieste ditionis Ducum Austriæ
Muglia
Risano ol. Formio fl.
Capo d'Istria ol. Iustinopolis
Isola
Dragogna fl.
Golfo Lusigno
Pirun
Huonaga
Punta de Saluori
Grado oppidu & insula hic S. Marci sedes ebur: nea religiose custoditur
S. Maria de barbana
Belforte vel Duino piccolo
Aquileia
Locus ubi S. Marcus scripsit euangelium
Caorle
Palud
Mottia
Porto busiseto
Brugne
Sacile
Chaneua
Polizenio
Auiano
Tiglamento fl.
Tiglamento ol. Tilauentia fl.
Sistiana
Duino
Sterpo
Fasicho
Aris
Persions
Marano
Cadrongo
Valuasson
Venetorum et Ducum Austriæ
Vipuzano
Trusso
Cormona
Cuidad d'Austria ol. Forum Iulij
Grumgoliano
Rauscio
Buy
Valenc. ol. Vinum et Vina
Tauorgniano
Rosinbergo
Tolembergo
Chadenberg
Poinsingo
Atiniso
Fiscenio
Gemmas
Flaiona
Cobrio
Solenbergo
Cerpo
Mauriano
Monte real
M. Cauallo
Tolmezo
Sedia
Tolmidia fl.
Tolmidia
Bara
Chiarna
Strusfela
S. Mauro
Lubiana dim. Sambiaci
Lubiana fl.
Ronciua
Cernio
Vipao fl.
Rosel
Senasechie
Gorizia
Gradisca
Duino
Cumen
Muglia
Risano
Capo d'Istria
Isola
Dragogna
Pirun
Huonaga
Punta de Saluori
Golfo Lusigno
Caorle
Palud
Mottia
Porto busiseto
Brugne
Sacile
Chaneua
Polizenio
Auiano
Torre
Pordenone
Pratis
Fruttis
Porto Plin
Saluarol
Sumpaoabola
Sesse alta
Asiana

TVSCIA.

TVSCIAE (quæ olim Hetruria) termini sunt, ab Oriente Tiberis; ab Occidente, Macra fluuij; à Meridie, Inferum marc; à Septemtrione, Apenninus mons. Terra pernobilis, pulchra lautáque est. Indigenæ ad omnia summo, pacis bellíque temporibus, ingenio; promptissimo non minùs ad studia litterarum, quàm negotiationes. Gentem cæremoniis & cultui diuino maximè semper addictam fuisse, ex priscis auctoribus constat. Oram Tyrrheni maris, saltus maiori ex parte occupant hoc æuo, quemadmodum & ætate Vopisci, vt ipse in Aureliani vita perhibet; maximè verò trans Arnum aliquantò, vsque vltra Plumbinum. Interior regionis pars est ferè montosa.

IN ea hæ sunt vrbes, maximè præ ceteris memorabiles; Florentia, Sena, Luca, Perusia, Pisæ, Viterbum, &c. FLORENTIA sita est in vtraque Arni fluminis ripa, quatuor pontibus iuncta; splendore ac elegantia summa est, quamobrem vulgò Florentia bella nominatur, vt quæ flos videatur Italiæ. Nobilissimis enim ædificiis tum diuino cultui, tum ciuium vsui paratis, nitet. In primis est admirabile Fanum D. Mariæ Floridæ, totum ex marmore crustatum, cum Hemisphario stupendi operis; iuxtà turris stat eximia tintinnabulorum, tota item marmorea; modicóque post interuallo veterrimum Martis templum, forma rotunda, magno ingenio constructum, & nunc D. Ioanni Baptistæ sacrum. Valuas habet ex ære, fusili opere, tam raro artificio factas, eas præsertim, quæ contra Fanum D. Mariæ Floridæ sunt, vt omnes omninò, quibus ingenij vis adsit vlla, reliqua in Europa tota similes esse nusquam arbitrentur. Sed omnia huius vrbis ædificia, tam sacris quàm publicis rebus destinata, enumerare hoc loco non datur. Qui cetera velit, Leandrum consulat.

SENA iacet in colle, procelsis cincta crepidinibus tophinis, frequentia nobilium ædificiorum nitens; in quibus ædes maxima D. Virgini matri sacra, splendidis ac sumptuosis, quæ in tota Europa sunt, Fanis adnumerãda; siue pretium marmoris, ex quo tota cõstat; siue excellentiam operis ac artificij, quo facta, spectes. Præterea, sunt ædes amplissimæ quadrato lapide structæ, Pij II. Pontif. opus, aliáque multa pernobilia ædificia. Spatiosi ornatíque fori commendationem prætermittimus, cum insigni fonte Branda, semper nitentibus aquis copioso.

PERVSIA colli insidet Apennino; maiori agri parte fructiferis & amœnis assurgentes collibus, vini nobilis, olei, ficuum, pomorum, aliorúmque optimorum fructuum fertilibus. Subter vrbem ad Asisiam, item Tuder versus, iuxta Tiberim, campi sternuntur iucundi, tritico, ceteróque frumento copiosi. Naturâ loci vrbs præmunita est, nobilibus ædificiis, tum priuatis ciuium, tum cultui diuino dicatis, nitens: itémque nobili ac largo fonte, qui medium vrbis habet. Populus frequens, & animis ingeniísque summis: nec minùs ad litteras quàm ad arma promptus.

PISA, vrbs olim felix, & admodum beata, non solùm ante rei Romanæ florem, sed etiam illa iam vigente; ac item postea multis annis fuit. Docent id insignes victoriæ nauales quas habuit, quibus & insulam Sardiniam suæ ditionis fecerunt. Panormum Siciliæ Saracenis eripuerunt: & ex eius belli spoliis templum maximum, quod DOMNVM vocant, Episcopique splendidas ædes ædificare cœperunt. Gymnasium habet omnium disciplinarum, anno post Christum M. CCC. IX. institutum.

VITERBVM iacet amœno spatiosóque loco, iugis Cyminiis à tergo imminentibus, plurimis haud pœnitendis operibus nitens; inter quæ fons est insignis, & maxima cum admiratione spectantium copiosus.

LVCA in planitie sita est, non procul à collibus, ædificijs perhonesta. Gens lauta, prudens, ingeniosa; vt quæ libertatem sibi diu sapientissimè conseruauit integram, etsi finitimorum bellis haud raro fuerit petita. Reliqua quære apud Leandrum.

Descripserunt hanc regionem olim Myrsilus Lesbius, M. Cato in originibus; & eorum Commẽtator Ioannes Annius Viterbiensis, qui etiam seorsum de antiquitatibus Hetruriæ edidit libellum; Guilielmus Postellus, Volaterranus, atq; è peregrinis Laonicus Chalcocondylas lib. 6. &c. Ioannes Campanus pulchrè Transumenum lacum litteris mandauit.

LOMBARDIAE PARS seu GALLIAE CISALPINAE SE
Apennini montes.
Carfagnana
Pietra piana
Mugel
Lunæ portus
Pisa
Pistoia
Fiorenza ol. Fluentia
Chianti
Monteri
Gorgona
Capraia
Porto Baratto ol. Populonia Prom.
Portus Traianus
Troia
Palmaiola
Elba, olim Ilua
Insula inexhaustis chalybum generosa metallis
MARE THVSCVM
SIVE TYRRHENVM
CORSICAE INSVLAE PARS
C. Corso
LIGVRIAE PARS
OCCIDENS.
MERI

THVSCIAE
DESCRIPTIO AVCTORE
HIERONYMO BELLARMATO.
Me Iamus tenuit primus, formataque ab illo
Imposita leges populis, & nomina Tonto,
Inferno, & Supero: vrsos auxique colonos,
Imperiumq; Italos trans fines; foedera natis
Dum seruata meis, sed me discordia preceps,
Romulae genti domitam seruare coegit:
Quę decus antiquę longo post tempore linguę
Auxilij male grata mei, male grata laborum
Abstulit, & mansit nomen quod Thura dederet
Arrhabas aut Isidi quod vel mutare Pelasgi
Non ausi sacras quibus has consecimus oras.
Thuscia dixi.
Cum priuilegio.
5. 10 15. 20. 25 30.
VMBRI
ORIENS.
SABINI
FALISCI
GRAVISCI
LATII PARS.
Montuniata
Tiberis fl. olim Albula
Lacus Thrasimenus
Lago di Perugia
Vulsinus lacus
Lago di Vico olim Vsus lacus
Sabbatinus lacus
Coralium hic nascitur
Porto Hercole
Monte Argentato
Mons Argentarius
Giannutri
INFERVM

FLORENTINVM DOMINIVM.

De vrbe Florentia audi Blondum Flauuium, is enim in Illustrata sua Italia de ea hæc verba, Huius vrbis origo refertur in Syllanorum militum, quibus is ager à Sylla assignatus fuit, aduentum: & quia primas illi sedes ad Arna fluenta ceperint, Fluentiam inde primò dictam volunt. Et quidem Plinius; apud quem primùm eius loci mentio facta est, Fluentinos dicit profluenti Arno appositos. Venerunt verò hi milites ad annum conditæ vrbis sexcentesimum & septimum supra sexagesimum: vnde initium Florentia habuisse videtur ante Christi Dei nostri aduentum annos circa octogiuta tres. Multis ea ciuitas per Gothorum tempora incommodis agitata est. Nec tamen à Totila aut alio quopiam tunc aut aliàs vnquam destructa fuit. Idque quod de ræedificatione à Carolo Magno facta aliqui sentiunt, non probamus; quum gesta Caroli ab Alcuino eius præceptore scripta, tantummodo dicant illum Romam euntem, bis in Florentia Dominicum Pascha celebrasse. Seruata verò est ab ingenti desolationis, quod incurrerat periculo, vnius ciuis Farinatæ Vbertiti virtute, cum Pisanis Senensibusque & aliis Etruscis in conuentu apud emporium habito, Florentiam destruendam esse censentibus, Farinata licet longo postliminio in ipsam patriam reuersus, eam se dixit, quam non ædificasset, se viuo, ab illis destrui non passurum. Itaque Florentia acceptis vi, & in se populariter traductis Fesulanis, ad annum salutis quartum & vigesimum supra millesimum, plurimùm opibus & gloria est aucta. Quo item anno Henricus I. Imp. ecclesiam S. Miniatis ad muros Florentiæ ædificauit. Arsit verò Florentia duobus incendiis, paruo in temporis spacio, ad annum salutis sextum & sepruagesimum supra vndecies centenum. Ex eo ferè tempore primùm per Priores artium & Vexilliferûm iustitiæ, sicut nunc fit, gubernari cœpit. fuitq. inter primos Vexilliferos ex nobili genere Stroza vnus, basilica insignis, quæ per nostram ætatem curante Philippo Brunalitio nobilissimi ingenij Florentino stupendi operis fornice est ornata, gloriosæque Virgini dicata: anno salutis duodecies centeno & nonagesimo quarto inchoata est: & quarto abinde anno Palatium item superbissimum, quod inhabitant priores, ædificari cœpit. Quintoque postmodum anno productum est pomœrium, & mœnibus quæ nunc exstant est ampliata. Hactenus Blondus. Pistorium fuisse primam vrbem quam Florentini imperio suo subegerint, tradit ex Aretino Leander in sua Italiæ descriptione. Ibidem de huius vrbis varia imperij forma, hæc huius verba: Postquam à Carolo Magno instaurata fuit, binos consules annali magistratu creauit, addito centũ patrum senatu. Hæc reipublicæ species dein mutata, Decemuiri creati, quos Antianos vocabant, anno M.CC.XX. vt Volaterranus tradit. vel vt Blondus M.CC.LIIII. Libertate postea M.CC.LXXXVII. anno, ab Imp. Rudolpho senis aureorum nummûm millibus, vt auctor est Platina, redempta, Decemuiri ad Octouiros redacti, dictique Priores artium, cum vno Iustitiæ Confalonerio. qui magistratus bimestris tantum erat. dein legebantur alij. Hæc forma ciuitatis quantum ex historiis colligere potui; ter ad hunc diem immutata fuit. Primùm anno M.CCC.XLIII. quum Florentini Lucam L.millibus aureorum nummûm à Mastino Scaligero emerant. amissisque bello copiis auxilium à Roberto rege petere coacti, Gualterium Gallum Athenarum ducem præfectum accepere, qui magnis artibus ac fraude occupato vrbis Dominatu in Curiam profectus; Priores cum ceteris magistratibus ab imperio deposuit. Nec diu tamen retinere tyrannidem potuit. etenim hortante Angelo Acciouolo prædicatorum ordinis, vrbis episcopo, populus arma sumsit, exactoque tyranno, Prioribus & Confalonerio magistratum restituit. Altera mutatio temporibus Alexandri VI. P. M. euenit, cùm eius filius Cæsar Borgia dux Valentinus, Petrum, Ioannem, & Iulianum Medices, Laurentij filios exules reducere nequicquam conatus, demum id effecit vt Petro Soderino Confaloneriatus perpetuus daretur. qui vnà cum Prioribus artium bimestri tempore pro veteri more creatis, prudentissimè Remp. gessit: donec à Raimondo Cordona Ferdinandi Arragoniæ Neapolisque regis legato, Ioannem Cardinalem Medicem cum Iuliano fratre restituente pulsus, anno M.CCCCC.XII. redditaq. tum forma magistratuum prior, ad annum M.CCCC.XXX. duraui. Interea quanquam vrbs arbitrio nutnque Pontificum Maximorum, Leonis X. qui Ioannes Medices erat, & Clementis VII. qui Iulius Medices Iuliani primi filius nothus, regeretur, Cardinale Cortonense tutelam curamq. Hippolyti ex Iuliano secundo nati, & Alexandri filij nothi ex Laurenzino Petrique secundi nepotis hic gerente, nihilominus tamen veteres ex more magistratus creabantur. Eo igitur anno, quum libertatem ante triennium Romæ Clementem VII. in Hadriani mole obsidentibus Cæsarianis, ciuitas arripuisset, & in ea retinenda perseueraret, Philippus Auraniæ princeps cum Imp. Caroli V. legionibus, postulante Clemente, nepotem suum Alexandrum, quem iam antè ducem Pennensem appellauerat, in vrbem reduci, eam annonæ penuria conflictatam in Caroli ditionem compulit. Carolus ex voto Clementis Alexandrum mox Priorem perpetuum creauit. Ita magistratus Priorum & Confalonerij sublatus. Deinde cùm Imp. Carolus Alexandrum ducem Florentinum, tradita illi in matrimonium filia notha Margarita, creauisset, anno M.CCCCC.XXXV. biennioq. pòst ante diem VII. Id. Ianuarij Laurentius Medices, Petro Francisco genitus, quò patriam, vt aiebat, in libertatem vindicaret, cum misera cæde trucidasset, Dux illi suffectus est Cosmus Ioanne Medice natus. Hactenus Leander. Cui addam Ioannis Pinadelli amici mei verba hæc: Cùm notum Pontifici Pio V. esset Cosmum Medicem illo tempore Florentinorum ducem magnam operam pro religione posuisse, pecunia etiam liberalissimè in bellis contra hæreticos exhibita, anno M.CCCC.LXX. mense Februarij ad Vrbem venientem, in Aula regia (*locus in Vaticano sic dictus*) coronauit. & in Magnum Ducem cum suis successoribus creauit. in cuius corona Pontifex illa verba inscribi voluit, PIVS QVINTVS PONT. MAX. OB EXIMIAM DILECTIONEM, ET CATHOLICÆ RELIGIONIS ZELVM, PRÆCIPVVMQVE IVSTITIÆ STVDIVM, DONAVIT. Atque hæc hucusque de huius vrbis magistratu atque imperio.

Libet hic attexere historiolam, quia rara, neque ab hoc tractu prorsus aliena. eam habet Siffridus Presbyter, in Georgij Fabricij Rerum Misnicarum volumine, vbi hæc: Otho III. Imp. cùm esset apud Mutinam ciuitatem cum vxore sua, ipsa Imperatrix ciuidam comiti se prostituere voluit: sed cùm ille consentire nollet, illa indignata, prædictum comitem apud Imp. adeò infamauit, vt eum Imp. sine audientia decollari præciperet. Qui antequam decollaretur, rogauit vxorem suam, vt indicio candentis ferri post mortem, eum comprobaret innocuum. Adest dies, in qua Cæsar se pupillis & viduis exhibebat iudicaturus. Adfuit & fœmina, comitis secum caput habens; quæritque qua morte sit dignus, qui iniustè aliquem occidisset. Quo respondente, capitis priuatione. Illa ait, Tu es ille vir, qui maritum meum ad suggestionem vxoris tuæ iniustè occidi mandasti. Quod dum illa per candens ferrum probasset, Cæsar in manus fœminæ se tradidit puniendum. Interuentu tamen Pontificis & procerum, decem dierum induciis, deinde octo, deinde septem, quartò sex à vidua accepit. Tunc Imp. caussa examinata & cognita, vxorem suam viuam cremari fecit, & dans viduæ quatuor castra, vitam redemit. Castra hæc sunt in episcopatu Lunæ in Etruria: & vocantur ab induciis dierum, Decimum, Octauum, Septimum, Sextum. Hæc iste. quæ hic adiicere placuit, quòd horum castrorum apud nemineṁ alium mentionem fieri intellexerim. nec quoque in hac tabula, accuratè tamen à suo auctore delineata.

Stato di Parma.
Stato di Ferrara.
SEPTE
LOMBARDIAE
Apennini montes.
Liguria.
Lunigiana.
Stato di Ferrara.
Ca Fagnana.
Stato di Luca.
MARIS TYRRHENI PARS.
OCCIDENS.
Gorgona
Meloria
Capraia
Elba
PISA.
Lucca
Livorno
Scala mill. Italicorum
5 10 15 20

RIO.
PARS.
Stato di Bologna.
ROMAGNA
HADRIATICI SINVS PARS.
Stato della Chiesa
Stato d'Vrbin
VMBRIA.
Apennini montes.
Stato della Chiesa.
Lago di Perugia
Val di Chiana.
Stato della Chiesa.
FLORENTINI DOMI
FIDELISSIMA
OVA DESCRIPTIO.
D. Stephano Monacho Montifolieti.

PERVSINVS AGER.

AGRO Perusino, etsi multas adiuerit & lustrauerit regiones Ioannes Campanus, nullam tamen aliam cultiorem amœnioremque se cognouisse vnquam, scribit. Vasta omnia & mōtuosa procul intuentibus: cùm autem propiùs accedas, nihil tum cultu agrorum, tum benignitate cæli, tum & terræ vbertate felicius. Tiberis fluuius hunc agrum medium secat, rigatque. A quo paululum recedens vrbs Perusia est, in ipso monte Apennino sita, ab Achæis olim (vt Trogus testis est) condita: & ex XII. Etruriæ ciuitatibus primaria. Hanc Augustum Imperatorem à se Augustam nuncupasse, litteræ cubitales portis incisæ, ostendūt. Vrbs est natura loci munitissima, ædificiis sacris prophanisque, & populo ornatissima. Hæc sola inter omnes Italiæ vrbes (vt de ea tradit Blondus) felicitatem nacta est penitus inauditam, quæ eandē penè status & rerum conditionē, quam ante conditam vrbem Romam; & postmodū Roma sub Regibus, Consulibus & Imperatoribus, atque tyrannis agente, habuit, nunc retinet. Passa est tamen varias & vix tolerandas agitationes. A Fabio Maximo nāque Cos. vt Liuius refert, eius ciuium quatuor millia & quingēti occisi fuere. Triumuirorū tempore Augustus eam obsedit, & ad vltimam famem compulit, vrbemque cepit, diruitque; cremataque fuit tota, exceptò tātùm Vulcani fano, vt Appianus auctor est. Postea eadem septem annis crudelissimi Tolitæ obsidionem passa est; atque tandem direpta, &c. Hodie Pontificibus Romanis paret, & celebri gaudet Academia, quæ circa annum M. CC. XC. florere cœpit; vt placet Middendorpio. Claruere in ea auorum nostrorum tempore Bartholus & Baldus Iurisconsulti celeberrimi.

Est in huius territorio quondam Romanorum clade nobilis Trasumenus lacus, quem Plestinum cur nominet in suis Annibalicis Appianus, ignoro. Complectitur hic, vt habet dictus Campanus, in suo ambitu circiter triginta millia passuum. Lucidus est & perspicuus, nec recipit alienas aquas, nec refundit suas. Insignis huius aquæ suauitas: adeò vt viuo manare fonte videatur. Tribus insulis adornatur, quarum duæ sibi ferè contiguæ, ad septentrionem vergentes: vna Maior, altera Minor vocatur. Hæc inculta & deserta, tantùm templum fert in acumine. Illa, quæ ad Cortonensem spectat agrum, ducentis propè familiis habitatur. Tertia, quæ versus Meridiem consistit, & maior ceteris, frequens hominibus est. Harum incolæ solis ferè piscationibus incumbunt. Frumentum vix serunt. Vineta autem plantare non negligunt. Lignatum pabulatumque in finitimos campos siluasque egrediuntur. Harum trium insularum mentio fit in archiuis Ludouici I. Imp. vbi eas MAIOREM, MINOREM, & PVLVENSEM vocat. Video eas hactenus vetera nomina retinere. Littoris oram nulla intersusa stagna aut paludes impediunt: hæc oliuetis abundat, quæ in collibus qui circùm lacum exornant; mira fertilitate conspicua. In planicie verò inter lacum & colles, canabis & lini tanta copia, vt ne in reliqua quidem Etruria maior. Paucis in terris meliora vina: poma quoque suauissima. Piscium genera in lacu non sunt multa, copia tamen inaudita, qua ceteros Italiæ lacus antecellit: cuius piscationes toto fiunt anno, (etiam ipso Brumæ tempore, quod nullus alius admittit in Italia lacus.) Hi pisces aduehuntur hyeme ad Etruscos, Vmbros, Picentes: Romam quoque plurima quotidie iumenta comportant. Lucium hic piscari vario colore, & quasi viridibus aspersum maculis, ait idem Campanus, de quo mira refert; eum nempe coire cum serpentibus, indeque illum hunc varium sortiri colorem. Item remansisse aliquando lucium in sicco, quem cùm vulpes capere contenderet, alterum pedem eius dentibus esse deprehensum; atque ambos inuentos esse mortuos. Hunc lacum aliquando totum arsisse, tradit Plinius 2. cap. 107.

Agri Florentini fines.
Contado di Castello
Agri Florentini fines.
Marchionatus Castilionensis.
Ager Senensis.
Oruieti territorij fines.
TRASVMENVS LACVS. qui PLESTINA ab Appiano dicitur, in Annibalicis.
Piano di Marte.
Piano di Carpine.
Paterno.
Materno.
Cortona
Castig. Aretino.
Vagliano.
Petrignano.
Lauiano.
Pozzuolo.
La piaua.
Castiglione
Fratta uecchia.
Cascina.
Casa maggiore.
Giugliella.
S.Christophori abb.
Lopi.
S.Fatucchio.
Porto Philippo.
Vaiano.
Paterno.
Beccati.
Canta gallina.
Chiane palude, olim Glanius flu.
Salci.
Fabbro.
M.Lione.
Abb Eremi
M.Gioue.
Torre del pantano.
Panicaiola
Tesa flu.
Torre de Orlando.
Panicale.
Paciano.
Castel della pieue.
Madona.
Macereto.
Nestore flu.
Loro.
Pietra fitta.
Castiglione.
Fosco abb.
Gaichi.
Greppo schietto.
M.Vorgnaro.
M.Lagello.
Migliano.
Poggio Aquilone.
Mancianо.
Pietra mala.
Passignano.
Corgna uilla.
Le Ciuitelle.
M.Ruffiano.
Castel rignone.
Castel fiume.
Preggio.
Bastia di crete.
Osteria
Reschi.
Pierla flu.
Badia.
Lisciano.
Marte flu.
Richuigili.
Solbicciaio.
Cocco.
Callisciano.
Monte.
Rocca della cornia.
Rocca del conte Angelo.
Caua flu.
Anguillaia.
M.Melino.
S.Sauino.
Frustra osteria.
S.Lomeo.
Agello.
Mugnano.
Mandoleto.
S.Maria de colli.
Poggio delle corti.
M.Freddo.
Monticello.
Spedale di Fontignano.
Colle di S. Polo.
Castiglione.
Pieue di Caina.
M.Petriolo.
S.Apollinari.
Mercatello.
Spina.
Nouo.
Campignano.
S.For.
Morcella.
Mancianо.
Casaglia.
Persenone flu.
Fontana flu.
Milliaria Italica, mille passuum communium
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Vibinatium limites.
Nuceriae pars.
Asisij fines.
PERVSINI agri; exactissima noui ssimaque descriptio: auctore Egnatio Dante.
S.
Oc.
Or.
M.
Pagna.
Cam.
Perugia
Tiberis flu.
Tiberinus flu.
Nera flu.
Nar flu.
Tiber flu.
Chiagio flu.
Tarino flu.
Spiro flu.
Val fabrica
Poggio di Sarto
Torrano
Castel di Idarno
Castellina
Coccorino
Piscina
Casa caldo
Col di Mincio
Poggio Hercul.
Bastia
S. Maria de gli angeli
Cuccia
Col di Mangio
Bettona abb.
Perugia abb.
Poggio de Suno
Diruta
Castel Lione
Pugna flu.
Pietro
Col
Ramazzano
Colmella
Farneto
Palonico
Rupa
Perotola
Cintella d'Arno
Brufa
Ierseiano
Bonegio
Boneggio
Vena di M. Paciano
Vitiano
Ripa
Castel Felato
Castel Fidato
Piscina
Pian Nouo
Poggio
Casa
Pian
Torre di colle d'albero
Castello ponto
Castiglione
Colle Tauoleno
Zolfagnano
Morleschi
Frontile
Bucecca
Seagnano
Osteria di F. Antonio
Castiglione Gallano
Val. Cappata
Poggio Hercul.
Poggio Mirto
Poggio Mirto
Poggio Mirto

SENAE VRBIS TERRITORIVM.

CÆSAR Orlandius Iurisconsultus Senensis, hanc tabulam, vnà cum eius Vrbis summario, ex libro à se (vti in suis ad me literis fatetur) de eius origine scripto, Theatro nostro inserendam Roma misit.

SENA, ciuitas adeò antiqua; vt eius origo apud probatos auctores nullibi reperiatur. Nam quod à nonnullis scribitur, eam fuisse conditam à Gallis Senonibus, qui Brenno duce anno ab V.C. 363. spatio septem mensium (vt Polybius & Plutarchus scribunt) eodem Vrbe potiti fuerunt; nullo certò, aut saltem probato auctore constat. Etenim Io. Saresberiensis, primus huius opinionis auctor (qui ex eo quòd operi suo Policratici nomen indidit, propterea Policrates, seu Policarpus à plerisque appellatur) lib. 6. cap. 17. nullum huiusce suæ opinionis testem adducit. Ipse autem lib. 8. cap. 23. se Hadriani Quarti Pontificis maximi familiarem fuisse testatur. Apud omnes autem constat, Hadrianum hunc ab anno 1154. vsque ad annum 1159. in solio B. Petri sedisse, & proinde huius Iohannis testimonium de orgine Senæ longè ante ipsum conditæ, recipiendum non esse.

DE hac ciuitate meminit Cornelius Tacitus lib. 20. Annalium, Coloniam Senensem eam appellans. Quæ verba de alia Sena, quæ etiam hodie in Piceno exstat, & Senegallia vulgò appellatur, nequaquam intelligi possunt, vt aliqui falsò opinantur. Siquidem tempore Taciti & Plinij, ea ciuitas Piceni, non iam amplius Sena, sed Senagallia, seu Senagallica, vel Senagallia appellabatur. Quod ex verbis Plinij & Claudij Ptolemæi liquidò constat. Plinius enim Coloniam Senensem inter mediterraneas Etruriæ colonias disertè enumerat, idemque paulo post etiam Senegalliam in sexta regione Italiæ collocat. Ptolomæus verò, non solùm in Latinis, ac typis excusis, sed etiam in Græcis, iisdemque antiquissimis, & manu scriptis codicibus, Senam inter mediterrancas Etruriæ ciuitates, Senam verò Callicam (sic enim eam appellat) inter alias Senonum ciuitates, prope Anconam & Fanum fortunæ, recenset.

Episcopatus dignitatem quo tempore primùm hæc ciuitas adepta fuerit, quamquam adhuc non satis exploratum sit, illud tamen certò constat, quòd inter 46. plus minùs Episcopos, omnes vrbi Romæ propinquos (qui in prima Rom. Synodo sub S. Hilario Rom. Pontif. eius nominis primo, anno à natali Christi 465. conuenerunt) interfuit etiam Eusebius Episcopus Senensis. Itemq; in secundo Concilio Lateranensi; sub Martino pariter primo, anno 652. ab eodem natali celebrato, inter 125. Episcoporum subscriptiones, leguntur etiam hæc, videlicet; Maurus Cæsenatis Ecclesiæ Episcopus. Maurus Episcopus S. Senogallienfis Ecclesiæ. Maurus Episcopus S. Senatis Ecclesiæ. Eodem loquendi modo, quo etiam Clusinus, Roxellanus, & Eauentinus Episcopi, eorum Ecclesias Clusinatem, Roxellatem, & Eauentinatem appellant. Pariterque inter eundem ferè numerum 125. Episcoporum, qui subscripsertunt epistolæ Agathonis Rom. Pontificis, quam Legati ab eo ad sextam œcumenicam Synodum Constantinopolitanam celebrandam missi, anno 673. secum attulerunt, legitur etiam subscriptio huiusmodi, videlicet; Vitalianus Episcopus S. Ecclesiæ Senensis. Quo fit, vt cauillari non possit, quod Episcopus Senensis sit idem qui & Senogalliensis: vel quod pro Episcopo Senate, legi debeat Episcopo Cæsenate. Tum quia ex Plinio & Ptolemæo suprà citatis perspicuè constat, quòd etiam eorum ætate Sena illa Piceni, non iam amplius Sena, sed Senogallia appellabatur: tum etiam quia supradicto Concilio Lateranensi, non solùm Senatis, sed etiam Sæsenatis, & Senogalliensis Ecclesiatum Episcopi, vno eodemque nomine appellati, subscripserunt. Et insuper secundæ & quartæ Synodis Romanis, sub Cælio Symmacho circa annos Domini 498. conuocatis, subscripsit etiam Venantius Episcopus Senogalliensis.

Cæterùm Pius II. Pont. Max. an. 1459. (quo etiam anno idem Pius Pontifex creatus fuit) Sena oriundus, Ecclesiam Senensem ex Episcopali in Archiepiscopalem erexit, illique Suanensem, Clusinensem, Crassetanensem, & Massanensem, Episcopos, in Suffraganeos assignauit, eorumque Ecclesias eidem Archiepiscopos subiectas esse decreuit.

Hæc Cæsar Orlandius de patriæ suæ origine & antiquitate nobis misit; idque non alia (vti scribit) ratione, quàm vt Blondi, & nonnullorum recentiorum scriptorum, qui de ea contrà quàm res se habet scripserunt, opinio prorsus (si fieri possit) euellatur.

Montem Argentarium eleganter describit Claudius Ptolemæus Senensis, libro 6. epistolarum ad Cabrielem Cesanum.

MARCA ANCONÆ.

QVEM hæc Regio Picenum vocata fuit, hodie Marcam Anconitanam ab eius vrbe primaria appellant. Quondam quoque Marca Firmiana ab eius opido dicta fuit, vt Blondus prodit. Ab Isauro flumine vsque Druentum amnem, inter Hadriaticum mare, & Apenninum montem exporrigitur. Picenos, Vmbros, & Senones hunc tractum quondam incoluisse, litterarum monumentis constat. Habet hæc Regio agrum fertilem, omnis generis frugum copiam producentem; sed lignarijs quàm frumentarijs fructibus longè est præstantior. Silius eius laudem præcipuam in oleis prædicat.

Vrbs eius primaria (vti diximus) Ancona est, à situ nomen habens; quòd in Cumero promontorio, tamquam cubitus in Hadriaticum mare prominet. Vnde huius vrbis antiqua (quæ ex terra interdum eriuntur) numismata cubito calamum manu tenente, insignita conspiciuntur. Habet hæc vrbs portum antiquitate venerandum, à Traiano Imperatore exædificatum, quod ex eius marmorea inscriptione ibidem ostenditur. Est & Aelia Ricina, quod & Ricinetum, hodie id oppidum Recanati vocant, in monte situm est, cuius nundinas (quibus certis anni temporibus gaudet) ex omnibus penè Orbis partibus frequentatas vidimus. Non longè ab hinc est diuæ Mariæ Lauretanæ fanum, validissimo muro cum vico illi adhærente cinctum. Cuius delubri magnificentia ac loci religio tanta est, vt, in ipso statim introitu nemo non in admirationem rapiatur. Fanum hoc omni bellico instrumento, tum ad defendendum, tum ad feriendum, ne à piratis diripiatur, egregie munitum est. Vicus ferè cauponibus, stabularijs, calcearijs, alijsq; id generis hominibus constat, à quibus hic toto anno ex omnibus propemodum regionibus votorum causa maximo numero confluentibus necessaria subministrantur. Est & oppidum cum arce Fabrianum. huius incolæ ferè ex charta nobili, quæ inde Fabriana nuncupatur, victum parant. Sunt præterea alia præclara in hac regione opida, quorum descriptionem apud Leandrum luculentam habemus. Hanc regionem carmine descripsit Franciscus Pamphilus.

Apenninus mons hoc loco, vbi huic regioni imminent, editissimis iugis se ipsum superat, in quibus Antrum illud horribile est quod Sibyllæ cognominant (Grotta de la Sibylla *vulgò*) *atque Campos Elysios fingunt. Vulgus enim in hoc Antro Sibyllam quandam somniat, qua hic regnum amplum magnificis Regijsq; palatijs plenum, hortis amœnissimis consitum, lasciuientibusq; puellis, & omnis generis deliciarum copia abundantem possideat. Atque hæc omnia cõmmicari cum ijs qui eam per hoc antrũ (quod omnibus patet) adeunt. Postquam verò per annum in eo permanserint, liberam egrediendi facultatem (si velint) eis à Sibylla largiri prædicat, atque ex eo ad nos reuersis, felicissimo deinceps toto vitæ tempore vti asserit. Hoc Antrum nostratibus quoque innotuit, sub nomine* Vrow Venus bergh, *quasi dicas, Dominæ Veneris montem. Inde versiu quidam rhythmici Teutonici vulgò cantitantur de quodam paruo Daniele (sic enim cantio eum vocat) qui postquam toto in hoc antro anno mansisset, eius vitæ tandem pœnituit, eoq; hanc suam Venerem deserens, Romam proficiscitur, Pontificemq; adit, & peccatum confitetur. Pontifex hoc peccatũ minimè veniale credens, baculum quem forte effetum & aridum ad manus habebat, in terrã defigens, sua illi peccata remissum iri dicit, quàm primùm hic baculus rosas ferret. Daniel ex hoc responso de sua salute desperans, mœstus abiuit, demiroq; (duobus ex sorore nepotibus secum ductis) ad suam Venerem reuertitur. Triduum verò post visus est baculus efflorescere: quæsitus vbique terrarum Daniel, sed nusquam apparuit. Creditur enim, eum reliquum suæ vitæ tempnum in antro hoc finiisse. Hæc huius cantilenæ historia, digna cuius fides huic suæ Sibyllæ, aut Veneri imaginatæ, deferatur.*

CORSICA.

CORSICA Maris Mediterranei insula, varijs olim populis inhabitata fuit. Hodie bifariam in duas partes eam distinguunt. Plagam qua orientem Solem respicit, Latus interius; partem verò huic obuersam, Latus exterius vocant. Pars quæ Italiæ propinquior est, Cismontana; & quæ versus Sardiniam excurrit, Vltramontana dicitur. Incolæ tamen alter altertum Vltramontanum, se ipsum verò Cismontanum, ad montium situm respicientes, appellant. Insula est ab omni parte aditu difficilis, cùm præruptis vndique collibus comprehensa sit. Interiùs similiter magna ex parte montosa, ideoque frumenti non adeò fertilis est; vino tamen commendatur, quod hinc Romam exportatur, Corsicumq; à loco nomen habet. Gignit & equos feroces, & canes venaticos spectatæ magnitudinis. Musmo quoque animal, Plinio auctore, hic est, arietis genus, quod lanæ loco villum fert caprinum. Mofoli hoc hodie vocant. Hoc animal tamen à Strabone in Sardinia describitur. Incolas pro strenuis militibus Italia habet. Mel amatum veteres hic inuenirì scribunt. Hæc insula primùm à Thyrrhenis occupata fuit, deinde à Carthaginiensibus: his eam eripuerunt Romani, qui eam tenuerunt vsque dum Saraceni eos expulerunt. Hos ex ea profligarunt Genuenses. Tandem capta à Pisanis, Pontificibus cessit. Vltimò ad Genuensium iura rediit, quibus hactenus obedit. Hanc insulam tam accuratè, ex Augustini Iustiniani commentarijs, describit Leander Albertus, vt omnino nihil in ea desiderari posse videatur.

Septentrio. Fiorentino.
Cum Priuilegio.
SIENA.
BORBONE.
VESCOVADO.
VAL DE LA
CHIANA DI SOTTO.
VAL D: ORCIA.
MONTAGNATA.
MAREMMA DI QVA AL FIVME.
MAREMMA DI LA AL FIVM
MONTE ARGENTARO.
Lago de Castiglione. FRILIS LACVS.
THVSCI MARIS PARS.
Occidens.
Meridies.
SENENSIS DITIONIS, ACCVRATA DESCRIP.
1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.
Ad Montem Argentarium olim thinn
captura fuit, teste Strabone; et
hodie hic maxima copia piscantur
it huius montis Rutilius Claudius
tianus in suo Itinerario.

Orie ns.
Vanacini
Brau one.
Vasi na.
Giouelli na.
BANDA DI DENTRO.
Bastilica.
Golfo di Manza.
Golfo Ventilegni.
Nebio.
Valle Ostri cone
Sagona.
Balagna.
BANDA DI FVORI.
Golfo di Aiazzo
Golfo Tilano.
Meridies.
Occidens.
Millaria Italica.
COR SICA.

MARCHA ANCONAE,
OLIM PICENVM. 1572.
Meridies.
Monte de la Sibilla.
ABRVZZO.
Oriens.
Regni Neapolitani fines.
ROMAGNA.
Occidens.
SABINI.
ANCONA
GOLFO DI VENETIA, olim Hadriaticus sinus.
Septentrio.

APRVTIVM.

IN REGNO NEAPOLITANO prouincia est quam vulgò Abruzzo vocant, Latini Aprutium; vnde, vti in obscuro, ita nõ à Brutiis, vt quidam sortè putauêre, indubitatum. Sunt qui scribunt ab apris sic nominari, quòd saltuosa sit regio, & porcis scateat silueſtribus: sunt qui ab asperitate montis Apennini, hoc tractu horridi admodum atque præcipitis. Melior pars credit nominis antiqui Prætutianæ reliquias in eo hactenus superesse. Hanc regionem enim quondam Samnites habitasse, & inter eos hos Prætutianos, cum Pelignis, Marucinis, Ferentinis, Vestinis, Marsis, Caracenis, & Albensibus, sibi persuadent Volaterranus, Blondus, Dom. Niger, Leander, & Scipio Mazzella. Terminos huius hodie faciunt mare Hadriaticum à Septemtrione; Trontum, olim Truentum, à parte Occidentali; Fortorum, quondã Frento flumina, à parte Orientali: à Meridie habet Apenninum mõtem: quamuis & vltra hunc aliquibus in locis sese extendat. Hanc autem Alfonsus Magnanimus Arragoniæ Rex diuisit in duas, in Aprutium Citeriorem nempe & Vlteriorem: quam Vlteriorem solam hæc tabula comprehẽdit. Diuiditur hæc à Citeriore, flumine Pescara, ab antiquis Aternus dicto. Tradit Scipio Mazzella in sua regni Neapolitani accuratissima descriptione, hanc regionem esse situ naturaque munitam, & incolis strenuis habitatam: eius agrum esse vini & armenti secũdum. Vrbes huius primariæ sunt Aquila, Interamna, Amatrica, Atria, Pinna: & quondã Amiternum, atque Furconium: ex cuius ruinis Aquilam hinc quinque millibus distantẽ ædificatam in colle scribunt Volaterranus & alij. Vrbs hæc sita est in agro omnium rerum fertilissimo: vt cuius brassica capitata (cauli capucci vocant) triginta, interdum quadraginta libras adpẽdere tradit Mazzella; adeò vt non frustra Martialis dixerit, *Nos Amiternus ager felicibus educat hortis.* Croci in huius pomœrio tam insignis prouentus, vt inde singulis annis pretium quadraginta millium ducatorum aureorũ recipiant. Forum hîc rerum venalium celebratur quotannis à populis circumiacentibus. Habet cẽtum & decem templa. Circa hanc vrbem describit Blondus saxum, sub quo fons olei, Petronici vocati, manat: quod oleum à multis petitũ addit: at diligentiùs à Teutonis Hungarisque colligi & asportari, quàm ab ipsis Italis. Idem supra hanc vrbem, circa Aterni fluminis fontem dicit sibi ab accolis ostensam pyrum colli innatã, taliter fastigiato, vt aqua pluens in eam arborem, triplici facta diuisione in tres magnos amnes, diuersas petẽtes regiones, Velinum, Truentum, & Aternum, dilabatur. Amiternum autẽ olim vrbs in historia celebris, & nobilis historici Sallustij patria: hodie eius fundamenta tantùm apparent. Reliquias tamen hîc adhuc theatri, templorũ, turriumque ostendi, ait Blondus. Tradit Mazzella ibidẽ hactenus exstare Saturni fanum, sepulcrũ Drusi filiæ, & in marmore sculptũ triumphum Samnitum, de Romano exercitu sub iugum misso, ad Furcas Caudinas. Teramum, Interamnia olim dicta, quod inter tres amnes, Tordinum nempe, Vitiolam, & Fiumicellum, posita. Est hæc huius prouinciæ ciuitas primaria; cuius Episcopus multis titulis dignitatibusque ornatus est: eiusque dominus Ducis nomine gaudet. Adria antiqua Romanorum colonia, hodie Atri. Sunt qui Hadrianum Imp. hinc oriundum dictumque putant: item mare Hadriaticum. Furconium olim magnæ famæ Episcopatus: cuius Episcoporum mentio frequens in Conciliis habitis ab hinc octingentis annis Romæ, aut alibi in Italia. Hodie tantùm eius vestigia apparent: à Longobardis enim destructa fuit: & eius Episcopatus Aquilam translatus ab Alexandro IIII. Insigne huius regionis est Aquila argentea coronata, insistens tribus montibus aureis, in campo Azuri, siue Cyaneo, vt habet Scipio Mazzella. Plura cognoscere de hac regione qui desiderat, dictos suprà à nobis scriptores adeat.

APRVTII
VLTERIORIS
DESCRIPTIO.
1590.
Ducatus
Spole
ti
pars.
OCCIDENS.
VMBRI.
APENNINVS
MONS.
Val Como
Rieti
Italiæ vmbilicus
Aquila
Cicoli
PELIGNI.
NATALIS BONIFACIVS SEBENICENSIS DESCRIBEB.

Aprutij Citerioris pars.
SINVS HADRIATICI QVI HODIE GOLFO DI VENETIA PARS.
ORIENS.
Tronto flu. Terminus Reg. Neapol.
Truentum olim dictus
Salinello flu. Suinum olim
Trontino flu.
Chiratro flu.
Vomano flu. qui olim Vomanus
Piomba flu. Matrinus forte olim
Salino flu. qui Tifernus olim
Piscara flu. Aternus olim
Piscara fortezza regia
Chietti citta regia
MARVCINI.
VESTINI.
Civita S. Angeli
Civita di Penne
Giulia noua
Atri
Pianella
Cum privilegio decennali, Imp. et Reg. M.tm

REGNVM NEAPOLITANVM.

NIVERSVM hoc regnum hodie continetur inter Hadriaticum & Tyrrhenum mare, ab amne Truento, & Fundis, vſque ad Fretum Meſſanæ: continetque nouem opulentiſsimas amœniſsimasque Italiæ regiones. Eæ ſunt, Latij pars, Campania felix, Lucani, Calabria, Magna Græcia, Salentini, Apuli Peucetij, Apuli Dauni, & Aprutium.

Vrbs, quæ regno dedit nomen, lautiſsima ciuitas Neapolis, maris littori & amœniſsimorum collium radicibus appoſita eſt: aërem habet placidiſsimum & mollem, agrum iucundiſsimum; eoque hac ætate Principes, illuſtresque viri non minori frequentia quàm olim, Neapolim concurrunt: etenim vniuerſi ferè regni huius Reguli maiorem anni partem hac in vrbe exigunt, ædesque ſplendidiſsimas fermè omnes habent: vnde Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Equitum, Doctorum, Baronum, ac nobilium hominum plena confertaque adeò eſt, vt pauciſsimas Orbis terræ ciuitates huic exæquari incolarum nobilitate poſſe cenſeam. Vrbs ſpatium amplectitur magnum, inter mare, amœniſsimosq. colles ædificata magnificè, mœnibus firmiſsimis, præſertim haud pridem iuſſu Caroli V. Imp. conſepta, munitaque. Ædes cùm Diuorum, tum hominum ornatiſſimas ac ſplendidiſsimas, arcesque pænè inuictas habet. Ædes præ ceteris ampliſsimæ ſunt, Ducis Grauinenſis; item Salernitani Principis. Viæ ciuitatis perelegantes, directæque. Curiæ quaternæ, quas Sedes appellant; Capuana, Nidenſis, Montana, Diuiique Gregorij; quò Principes, Duces, Marchiones, omnesque ceteri ordines ad conſultandum de rebus publicis conueniunt. Arces fortiſsimæ ſunt hæ: Caſtellum nouum. hoc Alfonſus primus inſtaurauit, operibusque maximis ſepſit, adeò vt firmiſsimis Europæ totius propugnaculis adnumerari meritò queat. Caſtellum hinc Capuanum, quod nunc conciliis habendis, & imperij ciuitatisque negotiis attributum eſt. Item Caſtellum Oui, modico, extra vrbem ſpatio, in ſcopulo (Meagrum veteres appellabant) cinctum mari. Præter hæc, Caſtellum Santemerenſe eſt in rupe, mœnibus vrbis imminente, ſuperioribus annis à Carolo V. mirificè communitum. Extra muros Auſtrali parte moles in mari, opus arte ſumma factum conſpicitur, ad Portus commoditatem atque tutelam, nauibus ex omnibus ferè orbis partibus perpetuò pleni. Gymnaſium etiam omnium diſciplinarum Neapolis habet; ad quod ſtudioſorum ex toto regno maximus fit concurſus. Vbertus Folietta libello, quem Brumanum inſcripſit.

Extra magnificentiſsimam hanc ciuitatem, ager amœniſsimus atque iucundiſsimus eſt, non ſolùm rebus ad hominum animaliumque neceſsitatem, ſed etiam ad voluptates atque delicias opportunis vndique confertus. In primis omne genus frumentum, viniique nobiliſsimi ſummam abundantiam fundit, adeò, vt qui non viderit, tantùm vnius iugeri cum frumenti, tum vini vbertatem eſſe poſſe, haud facilè credat. Colles item hoc in agro feraciſsimi, pleniique nobiliſsimorum fructuum; & aliqui theatrorum inſtar areas planas cingentes, venationibus ferarum opportunas. Præterea circum Neapolim horti amœniſsimi cultiſsimiq. medicis, ac eiuſcemodi generoſis arboribus, ornati, dulciſsimoq. riuulorum vndique diſcurrentium murmure reſonantes ſunt. Nec vſquam abeſt odorum ſuauitas, quòd paſsim abundantia myrti, lauri, gelſamini, roſmarini, roſæ, &c. adſpirat. Breuiter, horum locorum amœnitas, elegantia, delectatio, vix intra modum humanum conſiſtere mihi profectò videtur: vt mirari nemo debeat, cùm olim, tum hac ætate, præcipuos homines vitam hic degere ſolitos. Hæc ex Leandro excerpſimus; apud quem plura: qui hanc vrbem eiusque territorium atque regnum tam abſolutè deſcribit, vt Lectorem ad alium auctorem, præterquam Scipionem Mazzellam (qui peculiari volumine, ſummaque diligentia, hoc regnum Italica quoque lingua delineauit) minimè relegare viſum fuerit. Exſtat quoque libellus Alexandri Andreæ, de bello inter Philippum Hiſpaniæ Regem & Paulum IIII. Pontificem maximum geſto, ex quò his non ſatiatus Lector, quædam de hoc regno non aſpernanda paſsim inueniet. libellus hic à Hieronymo Ruſcello editus eſt lingua Italica. Sed & Ioannes Baptiſta Caraffa, Pontanus, & Pandulphus Collenutius, huius Neapolitani regni hiſtorias deſcripsêre: in quibus multa quoque de regionis ſitu tradunt. Gabriel Barrius accuratè admodum ſuam Calabriam litteris comprehendit, & Sanfelicius Campaniam.

Maris Hadriatici siue Sùperi pars, nunc
Diomedeę insulę. nunc S Maria de Tremiti.
Inferi maris
Cum priuilegio.
PICENUM
SABINI
TREBULANI
CINIMENSES
MARSI
PELIGNI
VALVENSES
VESTINI
HERNICI
LATIUM NOVUM
ABORIGINES
SUPERAEQUANI
MARRUCINI
FRENTANI
CARPINI
SAMNIUM
CAMPANIA
LAUICOLI
CAMPUS STELLATUS
CAMPUS FALERNUS
LACUS FUCINUS
Sinus Formianus
Sinus Tritrolanus
Sinus Gaetanus
Sinus Cumanus
Aquila
Sulmona
Chieti
Atina
Aquino
Sora
Alatri
Anagnia
Ferentino
Tagliacozzo
Ascoli
Tivoli
Frosinone
Gaeta
Ischia
Procida
Palmaria
Ventotiene
Ponza
Capua
Caserta
Nola
Benevento
Sessa
Teano
Isernia
Termoli
Vasto
Lanciano
Ortona
Pescara
Teramo
Ancona
Fano
Rimini
Cesena
Forlì
Faenza
Imola
Bologna
Modena
Reggio
Parma
Piacenza
Cremona
Mantova
Ferrara
Rovigo
Padua
Venetia
Verona
Brescia
Bergamo
Milano
Pavia
Genoua
Lucca
Pisa
Siena
Florentia
Arezzo
Perugia
Spoleto
Rieti
Viterbo
Roma
Tiuoli
Ostia
Terracina
Capua
Napoli
Ischia
Procida
Palermo
Messina
Catania
Siracusa
Trapani
Marsala
Sciacca
Agrigento
Gela
Augusta
Taranto
Brindisi
Otranto
Lecce
Bari
Barletta
Manfredonia
Termoli
Vasto
Lanciano
Ortona
Pescara
Teramo
Ancona
Fano
Rimini
Cesena
Forlì
Faenza
Imola
Bologna
Modena
Reggio
Parma
Piacenza
Cremona
Mantova
Ferrara
Rovigo
Padua
Venetia
Verona
Brescia
Bergamo
Milano
Pavia
Genoua
Lucca
Pisa
Siena
Florentia
Arezzo
Perugia
Spoleto
Rieti
Viterbo
Roma
Tiuoli
Ostia
Terracina
Capua
Napoli
Ischia
Procida
Palermo
Messina
Catania
Siracusa
Trapani
Marsala
Sciacca
Agrigento
Gela
Augusta
Taranto
Brindisi
Otranto
Lecce
Bari
Barletta
Manfredonia

fo di Vinetia
Capo di Leuco
Castrum
Hydruntum
Porto di S. Gioanni
Lichotus
Porto Cesareo
Brundysium
Molfetta
Bari
Monopoli
Barletta
Trani
Andria
Bitonto
Rubo
Canosa
Cirignola
Ascolum
Cornetto
Troia
Monteruino
Jasano
Oria
Lezano
Casal
Celia
Grottaglie
Corusino
Lepurano
Mazzafra
Taranto
Sinus Tarantinus
S. Andrea
Lacinium Pro: nunc Capo dell' alice.
Diosconon
Calypsus vel Ogygia.
Ciro
Cariati
Petelia vel Strongili.
Castella
Crotone
Policastro
Belcastro
Cutanzaro
Sinus Scyllaceus.
Carcinum Prom:
Cocintus vel Carcinium Pro:
Epizephyrium Pro:
Polistena
Mistia
Sinus Napetinus
Hypponiatis
Sinus Pestanus
Dim scopulus
Sinus Tarantinus
Sinus Scyllaceus
Sinus Napetinus
Sinus Pestanus
Ionij pars.
Maris
SEP.
ORI.
OCC.
MER.
FRETVM nunc el Faro
MAMERTINVM di Messina
Messina
Monte Gibello, olim Aethnamons.
Melaz
SICILIAE PARS.
ANI VERISSI
ANTIQVORVM ET
TRADITIONEM DE
HO LIGORIO AVCT.

APVLIA.

IVIVS Regionis hanc enarrationem ex Antonij Galatæi libello de situ Iapygiæ concinnauimus: Hæc quod ad terrarum situm attinet, temperatissimam Orbis partem fortita est. Variis nominibus à diuersis Auctoribus subinde appellatam fuisse constat. Aristoteles & Herodotus Iapygiam dixêre, Peucetiam alij; alij Mesapiam; alij Magnam Græciam; alij Apuliam; alij Calabriam, (namq. nunc Calabria, Brutia quondam dicebatur.) Fruges, olera, fructus præstantissimi hic sunt. Auena huius regionis cum hordeo, & hordeum tritico aliarum certare potest. Meloues optimi saporis, & citria vbique bene proueniunt; Herbæ Medicis vtiles omnium efficacissimæ. Cælum salubre, solum non aridum, neq. palustre. Sed hæc tanta munera quibusdam etiam malis videntur mixta: nam & hic Natura Arachneum animal gignit nocentissimum, cuius venenum fistulis & tympanis pellitur. Sunt & Chersydri serpentes; & Bruchi quoque; quæ omnia tactu fœdant. Huius regionis vrbes olim fuêre, Tarentum; hæc sedet superba inter duo maria piscosissima; oblongæ insulæ habet formam. Vrbs omnium iudicio inexpugnabilis. Callipolis vrbs sita est in extremo promontorio longè in mare procurrenti, sed arctissimo isthmo, adeò vt in aliqua parte vix curribus peruius sit. Munita est, & rupibus septa: à continenti vticus est aditus, in quo castellum est munitissimum. Hydruntum, hæc totius peninsulæ, & aliquanto amplius nomen Metropolis, suo (vt puto) merito adepta est. hæc vetustate & ciuium fide, atque animi magnitudine satis nobilis. Portum habet satis commodum, sed ab Aquilone mitumè tutum. Olim minutissima erat, nunc ferè æquata solo. Agrum habet lætum: fontibus scatentem, semper virentem. Ex hoc loco Cerauni Epiri montes facilè cernuntur. Hic terminus est Maris Hadriatici & Ionij, Plinio auctore. Brundusium, inclyta vrbs, portũ habet toto terrarum Orbe notissimum; interior portus turribus & catena clauditur; exteriorem hinc atq. hinc scopuli & insularum obiectus protegit, sed ostium eius opera Alphonsi ita obstructũ est, vt non nisi paruis nauibus & biremibus pateat. Vrbs quondã populosissima, nunc ferè deserta. Hæ sunt maritimæ vrbes præcipuæ. Sed qui omnium, etiam mediterranearum nomina, situs, antiquitates, & res gestas, cognoscere cupit, ipsum doctissimi Galatæi libellũ de hac sua patria euoluendum suadebimus; hisq; si addiderit Leandri descriptionem, nihil amplius desideraturum Lectorem in hac re credimus.

CALABRIA.

CALABRIAM exactissimè descripsit Gabriel Barrius Francicanus libris quinq. Romæ, mendosissimè excusis. ex quibus hæc excerpsimus. CALABRIA Italiæ regio, quæ in extremis eius finibus, vt lingua porrecta inter vtrumque fretum Inferum Superumque interiacet. Incipit è mari Infero, quod Græci Tyrrhenum vocant, à Talao flumine: à Supero mari, quod iidem Ionium nuncupant, à Syri amne. Et protenditur ad Euripum vsque, Rhegiumque. Atque Apennini montis iugo in longitudinem secta, duo cornua emittit: Leucopetram dextra, Lacinium sinistra. Quæ tum montuosa, tum camprestris, Latij instar, aquarum scaturiginibus irrigata. Quidquid mortalibus est necessariũ hæc terra ipsa per se abundè gignit, nullisq. adscititiis bonis eget, sed per se sibimet suppeditat. Est quippe vniuersum Calabrum solum felix & amœnum, non stagnis impeditum, sed liberum & herbidum, pabulis accommodatum. vbi cerealium inaudita fœcunditas viget, & viui ac perspicui fontes emanant. Montes in ea sunt frugiferi, & aprici, pinguésque colles frugibus, vitibus, arboribúsque impendio apti, ac benigno ventorum flatui expositi: Valles amœnæ & frugales. exstant & opaca amœnáve nemora singulari voluptate conferta. Pascua item pabulaque ibi florentissima sunt, teneris herbis floribusque virentia, perennibus riuis irrigata. Ac præter cetera prouenit ibi sponte sua medicæ herbæ ingens copia, qua armenta gregésque saginantur. Habetque nobilium herbarũ ad morbos pellendos copiam. Proueniunt & passim nobiles plantæ, vt platanus, vitex, terebinthus, oleander, siliqua siluestris, arbutus, item crocus siluestris, rubea tinctoria, glycirhiza, tubera. Nec desunt tepentium calidarumque scaturigines aquarum morbis curandis opportunæ. Effluunt & multis locis fontes salsam aquam manantes, ex qua fit muries. Irrigatur & multis flumitibus, iisque pisculentis. Mare quoque ex vtroque latere piscosum est: variis clarisque piscibus, tum thynnis, xyphiis, & murænis fœcundum. ibi multis locis corallium optimum, album & rubrum nascitur. Venatio & aucupium nobilia sunt & varia: nam multigenæ quadrupedes stabulantur, & alites tudificant vt apri, cerui, capreæ, lepores, vulpes, lynces, lutræ, sciuri, martes, meles, viuerræ, histrices, erinacei, testudines, tum aquaticæ, tum terrestres. ex alitibus phasiani, perdices, coturnices, gallinagines, palumbi, cornices, &c. accipitrum etiam plurima genera. Nec caret armentis gregibusque. Equi præterea peroptimi ibi generantur, eximiæ pernicitatis & magni. Metallis olim nequaquam caruit, & in præsens iisdem exuberat: cùm sit tota metallifera, vbi aurum, argentum, ferrum, sal fossile, marmor, alabastrites, crystallus, marchasita, minium, chalcantum, alumen, sulphur, &c. Sunt frumenti genera plura, triticum, siligo, far, secale, triminum quod turcicum vocant. item hordeum, oryza, & sisami copia ingens. Affluit & omnis generis leguminibus. Redundat vino & oleo; ac melle: & his porrò optimis. Existunt & passim horti nemorosi malorum aureorum, limonum, & citrorum. Fit & serici probatissimi copia ingens, quod inter Italica serica bonitate obtinet principatum. Gossipij item plurimum hic. Sed quid de cæli clementia ac temperie dicam? habet nempe terras hyeme æstateque vernantes. At præter ea quæ dicta sunt, id vnum maximum de huius regionis temperie ac cæli clementia argumentum esse potest, quod aëreum mel, quod manna vocant, passim stillat, ac legitur. ita vt quod Israëlitæ in deserto pro miraculo longè admirabantur, hic felix ipsa Natura sua sponte præstat. Honestatur insuper nobilibus crebrisque emporiis, quæ passim in annos singulos celebrantur. Seruatur hic alicubi priscus Latinus lugendi mortuos ritus, vbi præfica in funere pretio conducta, aliis ad nætias canendas & lamentabilem cantum eiulatúmque modum dat. Inferiis enim peractis, mortui consanguinei & adfines eduliis comportatis, defuncti domi vnà vescuntur. Mulieres item huius regionis suapte natura, virtutis gratia, & quod aquæ hic nobiles sint & innoxiæ, abstemiæ sunt. probro datur eis si vinum gustent, nisi vetula sit, aut puerpera, &c. Lege plura apud eundem. Apud Cassiodorum in Variis, passim quoq. de hac regione.

APVLIAE, QVAE OLIM IAPYGIA, NOVA COROGRAPHIA.
Iacobo Castaldo Auctore
ORIENS.
C. de Otranto
IAPYGIVM, ET SALENTINVM Prom. Hodie Cabo de S. Maria dicitur.
Otranto
HIDRVNTVM.
Minerano
Tresignano
Castro
Martano
Diso
Brecile
Parmarise
Pasulo
Canole
Specchio
Tiffarlo
Alesano
Cimmene
Stigliano
Serrano
Potrugo
Brogagne
Castagnano
Malpignano
Murano
Roca
Malan drino
Calimera
Martignano
Coregliano
Sperchiano
Vinzo
Sarpignano
Cotrufiano
Rufiano
VRENTVM, Vgento
Acugo
Struta
Camporga
Solino
Sotto
Acqua viva
Pelano
Pesignano
Colegnano
Starnato
Noia
Giegne
Caualino
S. Donato
Aer trutina di vulnat crocu
S. Cataldo
Merine
ALETIVM, Lece
Liste
Galletina
S. Veneranda
Sorgo
Pragona
S. Pietro
S. Marco
PVG:
Arnizano
S. Pietro di bali
NERITVM, Naro
Gaucti
Sale ne
Torre delle saline
Tre pozzi
Montirone
Torchirolo
Semiano
Maliano
Emirano
Con ertino
Racca ne
S. Andrea
Torre de la penna
BRVNDVSIVM, Hodie Brindisi portum habuit olim toto terrarum orbe notissimum. Nunc vero obstructo ostio, non nisi parvus nauib. patet.
S. Pietro Vernetico
Cormiano
Vigie
Parave ne
Acrotero
Zalino
Salese
Campina
Raccatelle
ANNA Plin. hodie Galipoli.
Gaiano
S. Sidro
Garfiti
Latiano
S. Sancaco
LIA, vel
Verina
Porto Cesare
In hac insula quinquarum auium magnus est proventus, et toti prouincie salutaris, eò quod burchos (peculiare huic regioni malum) ante quam è terra prodeant, deuorant; alias messes deuoratures.
MESSAPIA, Messagno
MANDVRIVM, Cassal nouo
Terra
Cisterino
Portola
VREIVM, Orea
Vsano
di Otranto.
Carauigno
S. Vito
Vila noua
Franca villa
Lizano
Castel Marizzo
S. Petro
Grottaglie
Ostuno
Celio
Monasio
C. del Ouo
SEPTENTRIO.
MERIDIES.
Cesferlino
Pulsano
Ortaia
Pulizano
Saline
Camo flu.
Luco rotondo
TARENTVM
Taranto
Vido
Galesus flu.
Palus
Martina
Mar gan de
C. di Vido
Golfo di
Fazana
TERRA
S. Andrea
Taranto.
Nocera
Manopoli
Taras et Lapygio flu.
DI
Metaponto.
Messapia
Pitigliano
Castellana
Motola
Palus
Polignano
BARRI.
Castel palasane
Couersano
S. Alicandro
Lato flu.
S. Vito
Zoia
Castellana
M. Aliano
Mola
Torri
Torre amare
Rotigliano
Casa masina
Tezza
Alanello
Locifalco
Noia
Balanzano
Aquauiua
CALA
Cilamar
Grugno
Colubrano
M. Scagliolo
Pomarico
Posliziea
S. Giorgio
Caporzo
Trezza no
Losito
Boneto
S. Heremo
Zenoza
Maglionico
Vgnano
Abano
Canuco
Cellie
Castiano
Materra
Vaisento
Nogara
Carbonera
Castel palo
Torito
Castel grotolo
Egrumdino
BR
IA.
Brandano flu.
Graßano
Salandra
Acremura
Torso
Faueri
BARIVM, et IAPIX, nuc Bari
Altamura
Bitonte
Medogno
Stigliano
OCCIDENS.

Scala militarum.
10
20
Septentrio.
BARII PARS.
APULIAE, SIVE
Voing
Cilli
Sauerbrunn
Tüffer
Rann
Lichtenwald
Gurkfeld
Landstraß
Thurn
Sauerburg
Sauerwald
Sauerfeld
Sauerbach
Sauerthal
Sauerfeldt
Sauerbrunn
Sauerhof
Sauerwerg
Sauerwerk
Sauerwerkh
Sauerwerkhen
Sauerwerkhen
Sauerwerkhen

VN GARIA.
DANVBIVS FLV.
SCLAVONIA.
SAVA FLV.
BOSSNA
ORIENS.
DAL ATIA.
ILLYRICVM.
IOAN. SAMBVCVS ORTELIO SVO, S.
Mito hanc quoque tabellam quæ necessaria confinia Pannoniæ declarantur, fluuiorum & aliquot locorum situs Hirschuogelij rectè mutaui, Angelini autem studio plurima adieci, et interualla correxi, vt parum quis si cum Hirschuogelij hæc coniungat desiderarit, si qui errores sint, dies certiora docebit. Viennæ, Vale, 25. Octob. 1572.

ILLYRICI

ALTERA TABVLA.

CONSTITVERAM, vt in præfatione Operis promiſi, quarumlibet regionum vnam tantùm tabulam, eamque quantum fieri poſset exactiſsimam, exhibere: itaque cùm clariſsimus vir Ioannes Sambucus abſolutiorem huius regionis huic operi inſerendam ad me miſiſset, alteram hinc relegare decreueram. Sed quemadmodum interdum iuuat varias de eadem re intelligere ſententias; ſic quoque de eadem regione variorum deſcriptiones aliquando inſpicere, non inutile eſse, mihi perſuadeo. Et ne, quod in prima noſtra editione habuiſsent ſtudioſi, in hac poſtrema deſiderare poſsint, hanc tabulam retinere quoque viſum fuit. atque eam tamquam parergon hic adiicere, non ingratum Geographiæ candidatis duxi.

KERNTEN
STEY
CILLEI
CRA
Tergestinus sinus
MARIS ADRIATICI PARS
Scala Miliarium
SCHLAVONIAE, CROATIAE, CARNIAE
REGIONVM NOVA DESCRIPTIO, A

E. BOSNIAE, FINITIMARVMQVE
AVGVSTINO HIRSVOGELIO.

CARINTHIAE DVCATVS. ET GORITIÆ PALATINATVS.

ABET hic Ducatus Carinthiæ (quod Rithaymero auctore Carnithia rectiùs ſcribitur) ab Ortu & Septemtrione Stiriam, ab Occaſu & Meridie Alpes & Forum Iulij contingit. Huius pars eſt Carniola. Multæ in hac Regione valles colleſque tritici feraces; multi lacus & amnes; quorum præcipuus eſt Drauus. Notiſsimæ huius tractus vrbes ſunt, Santo virus, Villacum, Clagen-furtum. Santo vitus Metropolis eſt, & vrbs minimè negligenda, cum foro ſatis ſpatioſo, habens perennis aquæ fontem limpidiſsimum, quem nos anno 1558. exſtrui vidimus; cuius labri diametrum ſeptem plus minùs pedum emenſi ſumus. Hoc labrum ex ſolido & candido marmore conſpicuum erat, ibidemque inter alia antiquitatum monumenta ex terra erutum. Vrbem egredientibus Clagen-furtum verſus patentiſsimus campus occurrit, multis adhuc antiquorum ruderibus oppletum, vulgò Solfeldt appellant: Paracelſus in ſuo huius regionis Chronico (ſi modò eius ſit) Liburniam, neſcio qua auctoritate, vocat. Ego potiùs Soluenſe oppidum, à Plinio in Carnis memoratum, hic olim fuiſſe putarim. Hic ille eſt locus, vbi ſub dio Principes inſolito eo & non vulgari ritu (quem Pius II. in ſua Europa accuratiſsimè deſcribit) inaugurari ſoleant. Villacum, oppidum, domibus in fronte coloribus hiſtorijsque magnificè depictis, ſpectatoribus gratum. Sirum eſt hoc in planitie altiſsimis rupibus ſeptum ad Drauum fluuium, ponte lapideo eius oras connectens. Clagen-furtum, vrbs bene murita, Claudia antiquitus, Lazio teſte, vocata. Sunt qui ſcribunt, huius vrbis eiues furibus adeò eſſe inexorabiles, vt leuiſsima etiam furti ſuſpicione notatus; inauditus ad crucem abripiatur, poſt eius diei, quo ſupplicium de eo ſumptum eſt, tertium, de mortuo iudicant; quem ſi inſontem cognouerint, honorificè ſepeliunt: ſi iure eum damnatum compererint, pendere ſinunt. Sed hanc fabellam, cõmentitiam vocat Rithaymerus. Eſt præterea Friſachum, magnã referens vetuſtatem, Sancto Leonhartus, Wolfspergum, &c. Olim hunc tractum Iapydes inhabitaſſe putantur. Imperium huius regionis penes Duces Auſtriacos eſt.

Quantum ad Eccleſiaſticam Iuriſdictionem attinet, ea inter Archiepiſcopum Saltzburgenſem, & Patriarcham Aquilegienſem partita eſt, inquit Paracelſus in Chronico ſuprà dicto. At neſcio quàm ridiculè idem huius regionis etymon à Latinis deductum vult, vti videlicet vocetur Carinthia quaſi Caritas intima. Hoc ſcilicet incolis curæ erat in indigetanda patria ſua, ab exteris nationibus, & ab eis minimè intellectis, nominis vocabulum petere. Legat his non contentus Lector Seb. Munſterum, Pium II. Sabellicum, &c. Totius huius regionis ſirum deſcripſiſſe Ioannem Saliuanum quendam intelligo, quem non vidi.

GORITIÆ Palatinatus quoque eſt Archiducum Auſtriacorum, habetque nomen ab vrbe eius primaria, ab Italis (in Italia nempe vltra Alpes ſita eſt) *Goricia* dicta; Iulium Carnicum Ptolemæo, Leandro auctore. Amaſæus (vt idem ſcribit) colligit ex quàm plurimis antiquitatum ruderibus ibidem exſtantibus, Noteiam olim hoc loco fuiſſe. Oppidum eſt ad confluentiam Frigidi flu. hodie Wipach) in Natiſonem.

HISTRIA.

COMMVNE fermè omnibus fuit (inquit Plinius in ſua Natural hiſtoria) vt eos quiſque diligentiſsimè ſitus diceret, in quibus ipſe prodibat. Idem paulo antè: Auctorem neminem, vnum ſequar, ſed vt quemque veriſsimum in quaque parte arbitrabor. Eoque hic ego (quod vbique ferè his meis Tabularum enarrationibus obſeruo) inter omnes qui hanc regionem deſcripſerunt auctores, Ludouici Vergerij ex Hiſtria oriundi deſcriptionem ſuccinctè pro loci capacitate Lectori offerre decreui. Hic in Munſteri Coſmographia dicit, hanc Pæninſulam, ab intimo ſinu vbi Tergeſtum ſitum eſt iuxta eius littora, vſque ad opidum S. Viti, quod in Fanatico ad Flumen amnem eſt, plus quàm CCM. paſſus habere. Tota regio, inquit, minimè plana eſt, ſed neque arduos montes habet, neque etiam infœcundos, veriùs colles dicendi ſunt; vitibus, oleis, aliisque fructiferis arboribus conſiti, frumento, paſcnis & pecoribus abundant. vnum tamen habet montem altiſsimum, in ea parte qua ad Fanaticum vergit ſinum, quem vulgò Montem maiorem appellant. Is nauigantibus primùm apparere ſolet; in cuius ſummitate fons exoritur vberrimus. In hoc monte aliquot rariſsimæ herbæ naſcuntur, quarum gratia Medici etiam hinc longè habitantes, ſæpius magno labore hunc conſcendunt. Fluuij Hiſtriæ ſunt tres; Formio ſcilicet, Nauportus, & Arſia: primum accolæ Riſanum vocant; Nauportum, Quietum appellant: poſtremus fluit in ſinum Fanaticum, & eſt modò Italiæ terminus. Vrbes ſunt; Mulga. Iuſtinopolis, Inſula, Pitanum, Humagum, Emonia, Parentium, Oſara, Rubinum, Pola, S. Vitus, omnes maritimæ. Mediterraneæ verò Pinguenrum, Montona, Portulæ, Griſignanum, Bullæ, Santo-Laurentius, Duo Caſtra, Santo-Vincentius, Vallis Adignanum, Pameranum, Albona, Flanona, Petina, Calignanum, Coſſacum, Piſinum. Celeberrima eſt Iuſtinopolis, quam vulgò Caput Iſtriæ vocant, Plinius Aegidiam. Ea eſt in ſcopulo ſita, longè à continenti, cum longo ponte iungitur. Paret Venetis, cum multis aliis; nam pars oppidorum Iſtriæ, Auſtriacis obedit, &c. Vide porrò Leandrum, Volaterranum, Dom. Nigrum, præter veteres Geographos. Ex veteribus de hac regione multa Caſsiod. 12. Variar.

ZARA ET SEBENICVM.

ZARA, olim Iaderam vocatam putamus, eiusque territorium Liburniam antiquitus dictam ſcribit quidam. Sebenico, Sicum antiquorum eſt. Vtraque maritima in littore Hadriatici maris vrbs, ſub Venetorum imperio. Eo loco quo in hac tabula videntur depicta antiquarum ædium collapſa fragmenta, Dominicus Niger Eſſeſiam vrbem olim fuiſſe, eamque nunc ſolo æquatam ſcribit; locumque hodie Beribir dici, vbi Epigrammata Græca, Latinaque, & alia antiquitatis monumenta multa etiamnum viſuntur. auctor anonymus huius tabulæ, Bergane eum vocat. Lege de hoc tractu Illyridis eundem Nigrum, Geographiæ libro 6. Addam quod legi in Itinerario M. S. Cornelij Scepperi Oratoris quondam Ferdinandi Rom. regis apud Solimannum, hoc nempe, Vidimus Zaræ templum S. Ioannis de Maluaſia, ſic vocatum, quod onerariæ nauis ibi periclitantis nautæ vouere ſe conſtructuros templum, cuius calx temperaretur vino Maluuatico. quod factum fuit.

CARINTHIAE DVCATVS, ET GORI-
TIAE PALATINATVS, WOLF. LAZIO
auctore.
SEPTENTRIO.
Stiriæ
SALTBVRG EPISC.
NO RI CVM MEDI TERRANEVM
Inder ainod
OCCIDENS
Vnder Karn ten.
Obe r Karnten.
COM. ORTNBVRG
Pogfed Boi.
Inder Se lenicz
Gorcz
GORICENSIS.
Karst.
Sublimitas montium Strabonis.
Friaul.
MERIDIES.
SEDES.
CAR NORVM VETERES

SEPTENTRIO.
MERIDIES.
ORIENS.
Dalmatie pars
Golfo di Trieste
Golfo di Quernero.
Vegia insula
MERIS HADRIATICI PARS
Istriæ tabula a Petro Coppo desc.

CORBAVIA.
SEPTENTRIO.
LICHA
MORLACHA.
BANADEGO
ORIENS.
MERIDIES.
ZARAE, ET SEBENICI DESCRIPTIO

HVNGARIA.

HVNGARIA (quam nomen ab Hunnis vel Hungaris populis ex Scythia profectis, qui eam incolunt, habere constat) Pannonias, & vltra Danubium Iazygum, & Dacorum regionem ferè omnem occupat. A Drauo ad Meridiem sumit initium; à Septemtrione Sarmatis, quos Polonos; & Getis, quos VValachos dicimus, terminatur; ab Occasu Austriam habet, superioris quondam Pannoniæ caput; ab Oriente Mysiam, quam Rhetianam nunc appellant. Danubius omnium, quos Europa habet, fluuiorum maximus, mediam interfluit, atque in partes, nempe in citeriorem & vlteriorem, scindit. Citerior est ea, vbi olim Pannoniæ fuerunt: hæc ab vlteriore Hungaria Danubio, ab Austria & Norico radicibus Cæcij (sic olim dicti) montis, à Slauonia Drauo, à Bozna & Rascia Sauo fluminibus terminatur. Huius citerioris Hungariæ caput est Buda, regni sedes. Nobiliora in ea opida, Alba Regalis, coronatione & sepultura Regum insignis, Strigonium metropolitana, Quinque ecclesiensis, Episcopalis sedes, præterea Sopronium, Taurunum, & Sabaria, Diui Martini; & Stridon, Diui Hieronymi patria. Flumina multa in eo nobilia. Lacus habet duos nobilissimos, Balaton & Fertou. Huic citeriori Hungariæ, vbi Drauum transieris, annexa Slauonia est, pars olim Pannoniæ superioris, inter Sauum & Drauum posita: sed Sauum etiam longè transgressa, & vsque ad flumen Hunam (hoc enim illi nunc est nomen) protensa, vbi Croatia incipit. Postquam Dalmatia sequitur, per oram Adriatici maris, quæ partim Veneto, partim Turcæ paret. minima eius particula est Regi Hungariæ subiecta: loca mediterranea Boznenses tenent, & Rasciani, qui olim Mœsi superiores fuerunt. Slauoniæ caput Zagrabia est; Croatiæ nunc Bigihon est, antea Fumium erat. Vltra Danubiana Hungaria montibus Carpathiis supra Posonium incipientibus, & longissimo flexu ad littus Euxini maris porrectis, à Morauia, Slesia, Polonia, & à Ruscia distinguitur, vsque ad eum locum vbi regio est quam Maromarusiam vocamus. Ibi iam alij montes & siluæ ab eo loco Seuerinum versus tendẽtes, à Transsiluania & VValachia Transalpina separant. Hanc vlteriorem Hungariam Tibiscus fluuius piscosissimus, in montibus Maromarusiis ortus, mediam interfluit. Hæc Hungaria habet opida nobiliora, ad Septemtrionem Posonium, Tirnauiam, &c. ad Meridiem verò Colociam, Bachiam, Zegedinum, &c. vltra Tibiscum, Varadinum, Dedrecinum, &c. cum fodinis auri & argenti. Seuerinum, vbi pontis olim à Traiano Imperatore exstructi vestigia etiam nunc apparent; & alia, quæ breuitas historica nunc prolixiùs vetat enumerare.

Incolæ Scythica lingua vtuntur, ab omnibus finitimis diuersa. Nulli regioni terrarum hominum robore, pecorum fœcunditate, vbertate soli, metallorum copia cedens, cæli benignitate, & pulchritudine situs, omnibus Orbis regionibus suo iure possit anteferri. Tellus rerum omnium copia à natura donata; vbi aurum, argentum, sal, lapillos, colores, effodere licet. Frumenti, pabuli, leguminis, & pomorũ abundantia præstat. Neque deest amnicorum copia piscium & cupri confectura; in plerisque fluminibus auri optima ramenta inueniuntur: quin & in vitibus in aurifero solo satis aurum quandoque legunt.

Hæc ex Stephani Broderithi opusculo, & Antonij Bonfinij rerum Hungaricarum Decadibus collegimus; quos ipsos studiosus Lector consulere potest. Videat etiam Moscouitica Commentaria Herbersteinij, Matthiam à Michou de Sarmathiis, Cuspinianum in oratione Protreptica, & in sua Austria, & Munsterum. sed in primis Petri Ranzani Epitomen rerum Hungaricarum, qui se aureas ex vite virgulas ad digiti & ad semipedis longitudinem complures vidisse, inter alia huius regionis miracula, quæ enumerat, affirmat. Scripsit & Georgius VVernherus de Admirandis Hungariæ aquis opusculum.

HVNGARIAE DESCRIPTIO
Cum Priuilegio.
POLONIAE PARS.
MORAVIAE PARS
Marcomannorum campi.
AV;
STRIAE
PARS.
OCCIDENS.
LacusPriß Neusidlersee Fuertew
VERTHES mons hungarice BATON germanice den Schibberg quod Heuri cum III imp. istic castramitatum referunt, contra Belam Hungarie Regem, famosq; preßum relictis suis castris discessisse
CASTRI FERREI.
PANONIA SVPERIOR, VEL PRIMA CONSVLARIS.
PANONIA INFERIOR, ut SECVNDA PROCONSVLARIS.
Danubius fluuius
REGNI SLAVONIÆ PARS, HVGARIÆ VETERIS, olim SAVIA PANONIA
VALERIA, ut INTERAMNIA PANONIA
Windischland.
Crain
marck
CROATIA
BVRNIA
BOSNIA
DALMATIA
PANONIA DIOCLEATIA

OLFGANGO LAZIO AVCT.
RVTHENIAE PARS.
MVLDAVIAE PARS.
SICVLI.
TRANSILVANIA.
HERDEL, olim Dacia mediterr.
HACZAG VALLIS.
TRANSASPINA HVNG
HAVASALFEVLDE olim
VASCAFV
DACIA ALPESTRIS
WALACHIAE PARS
MOESIA INFERIOR
BVLGARIA,
RASCIANI.
ORIENS.
Danubius fluuius
Saw fluuius.
Hungaricę uoces quomodo legendę sunt.
CH. litterę in vocibus Hungaricis CZ. S, littera pro SCH. Z, littera pro S simplici in vocibus Hungaricis. W, litteram in fine pro VY.
Scala Milliarium Hungaricorū.
MOESIA
Nyssa olim Nessus Moesię

HVNGARIAE

ALTERA TABVLA.

HVNGARIÆ hanc alteram descriptionem accuratiorem, vt nobis fidem facit clarissimus vir Ioannes Sambucus inde oriundus, (quisque enim, vt Plinius in opere suo Naturali verissimè testatur, eos diligentissimè situs diceret, in quibus ipse prodebat) primæ subiungere hoc in loco placuit, idque præter institutum: cùm singulis regionibus singulas tabulas tantùm promiserim. Sed quia neutram satis pro regionis dignitate absolutam iudicauerim, vtramque in hoc Theatro proferre vtile duxi. Differre eas interdum in locorum positionibus, fluuiorumque flexuosis meatibus, conferenti apparebit: neque est quòd hinc statim Geographiæ ipsius veritatem quis eleuet; sed de ea existimet, vt Strabo rectissimè de Historia: is enim non statim eam abiiciendam censet, si, qui eam tradiderint, in locorum descriptionibus non consentiunt; quin imò nonnunquam vniuersæ historiæ fidem conciliare ex ista dissensione licere docet. Vtentur itaque aut alterutra aut vtraque studiosi, in quorum gratiam id totum quod possumus, quando quod volumus non liceat, effundimus.

Serenis. Principi D. Carolo
Archiduci, Maximiliani II.
Fratri, dicatum.
MORAVIAE
FINES
MARCK
FELD
OCCIDENS.
Fertu.
Balaton
Crasso
palus.
SIMIGI
VM.
RAK
MEZO.
NYR
SEG.
HOMOGSH
AG.
BACZME
GE.
STIRIA
5
10
15
20.

VNGARIAE LOCA PRAECIPVA RECENS EMENDATA ATQVE EDITA, PER IOANNEM SAMBVCVM PANNONIVM, IMP. Ms HISTORICVM. 1579.

TRANSSILVANIA.

STEPHANVS Broderith, in opuſculo excuſo Baſileæ ſimul cum Antonij Bonfinij hiſtoria Hungarica, his verbis hanc regionem deſcribit: Tranſſiluania Daciæ olim pars, eius caput Alba Iulia, vel à Iulio Cæſare, vel ab Hiula potiùs quodam Hunnorum Principe, ita dicta. Opida complura nobiliſsima, in quibus Cibinium, Braſſouia, Coloſium, Biſtricia, & plura alia, à Germanis, quos nos Saxones appellamus, condita & habitata. In ea ſunt Siculi, genus hominum ferox, & bellicoſum: inter quos nullus neque nobilis, neque ruſticus, omnes eodem iure cenſentur, Heluetiorum inſtar. Tranſſiluania ipſa rerum omnium eſt feraciſsima, præcipuè auri, argenti, & aliorum metallorum; adhæc ſalis montani. Equos generat nobiliſsimos, vino abundat, ſed non æquè excellenti vt Hungaria & Sclauonia. Tranſſiluaniam duæ cingunt Walachiæ, Tranſalpina & Moldauia: illa Danubio, hæc mari Euxino admota: vtraque cum Tranſſiluanio eam Europæ nunc occupant partem, quæ olim Dacia erat. Sic totus iſte tractus Tranſdanubialis, qui non ſolùm Hungariam vlteriorem, ſed Tranſſiluaniam quoque cum vtraque Walachia continet, Danubio, montibus Carpathiis, mari Euxino, & rurſus eodem Danubio ex omni parte includitur. Hactenus ille.

Sed libet etiam eius deſcriptionem ex Anton. Bonfinij lib. 1. Decad. 1. rerum Hungaricarum hîc adiungere. Trans montes (inquit) Carpathios extrema Daciæ regio ad Axiacem fluuium vſque producta, quam nunc Tranſſiluaniam vocant, pecoris, vini, frumenti, item auri & argenti, feraciſſima; vbi amnes nonnulli aurea ramenta ferunt, auriſque fragmenta quandoque ſeſquilibralia trahunt, cùm montibus ſit vndique circumſepta in coronæ ſpeciem. In ſiluis iubati boues; & vri, ac ſilueſtres etiam equi, vtriſque eorum mira pernicitas: at equi iuba ſunt ad terram vſque demiſſa: domeſticis per ſe eſt mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Regionem hanc habitant Scythæ, partim Saxones, & Daci: mitiores hi, aſperiores contrà illi. Olim Romanis Sarmaticisque colonis, ante Gothorum & Vnnorum eruptionem, tota Dacia complebatur, &c. Hanc regionem deſcripſit peculiari libello Georgius à Reichterſdorff. Vide etiam Georg. Rithaymerum, Petr. Rantzanum, Pium 11. in Europæ deſcriptione, Iohann. Auentinum, & Mart. Cromerum rerũ Polonicarum lib. 12. Hæc regio vulgo vocatur Sibenburgum & Zipſerland, auctore Sebaſtiano Munſtero. Plura ad cognitionem huius regionis petenda ſunt ex libro duodecimo R. P. Romanæ Wolfg. Lazij, capite 1. Sectionis 2. & apud Laonicum lib. 5. item ex Oratione Protreptica Io. Cuſpiniani.

Aliquot Tranſſiluaniæ locorum ſynonyma, Vngarica, Germanica, & Latina, auctore Sambuco.

Erdel, Sibenburgen/ *Dacia ripenſis, Pannodacia, Tranſ. vel Vltraſiluania.*
Nagbanya, Newſtert/ *Riuuli domin.*
Rudbanya, Rodna.
Beſtercze, Noſn/ *Biſtritia.*
Bonczyda, Bonifpzukh.
Koloſuar, Glauſnburg/ *Claudiopolis.*
Offenbanya, Offnburg.
Aprukh, Schlatn.
Samos falu, Mikldorff.
Buza, Buſaten
Voroſmarth, Roſperg.
Demeterfalua, Peterſdorff.
Teuuiſch, Durnen.
Balasfalua, Blaſnborff.
Gulafeyruar, Weyſſnburg/ *Alba Iulia, Sermiſdacia.*
Zekluſarhel, Newmarkh.
Kizekmezeu, Ybiſdorff.
Felſeupold, Oberſpalb.
Abſopold, Niderſpalb.
Zazzebes, Miltenbach/ *Zabeu.*
Holduilagh, Schatn.
Apafalu, Apfdorff.
Moneta, Donnerſmarkht.
Braniczka, Bernſapff.
Baijon, Bonifdorff.
Ekemezeu, Prozſdorff.
Zelindes, Stolzeburg.
Naghczur, Groofcheyrn.
Rihonfalua, Weicherdorff/ *Requieſcit.*
Braſſo, Cronſtatt/ *Corona, vel Stephanopolis.*
Varhel, Farmus.
Segeſuar, Schesburg.
Zazhalom, Hundertbuhl/ *Centum colles.*
Zarkan, Schirkungen.
Keuhalom, Keps.
Kykelvvar, Kiklburg.
Veczel, *Venecia, Vlpia Traiana.*
Kereſtien mezeu, Aw/ *Inſula Chriſt.*
Muſchna, Meschen.
Kakasfalu, Hendorff.
Recze, Katzifo.
Ioffij Val. Dobra.
Vizakna, Saltzburg.
Barczaſagh, Wurtzland/ *Burcia.*
Vaskapur, Eyſuthor/ *Pile Getica veteribus.*
Veuroſtorn, Katertuern.
Zakadat, Zaka.
Feketetho, *Nigra palus.*
Tolmacz, Talmiſch.
Aran, *Auratus fl.*
Zamos, Samiſch/ *Samoſus fl.*
Keureuz, Die Krapſz/ *Chryſius fl.*
Fier } Keureus, { weiß / ſchwartz } Krepſz
Fekethe
Sebes keureus, die ſchnel Krapſz/ *fl.*
Maros, Meriſch/ *Maryſus fl.*
Olt, Die Alch/ *Aluta, Aluttus fl.*
Strell, Iſtrig/ *Sargetia, vel potiùs Strigetia fl.*
Ompay, Die Omp/ *fl.*
Haczagh, *vel* Hatzaag, *vallis Sarmiſia, vbi fuit ciuitas Sarmiſgethuſa, &c.*

TRAN
SEPTEN
CI CV
HANC VLTRA VEL TRAN-
SILVANIAM, QVAE ET PANO
DACIA, ET DACIA RIPESIS, VVL-
GO SIBEMBVRGE DICITVR,
edidit Vienna A. 1565 Nobiliß. atq; Doctiß.
Ioan Sambucus
Pannonius.
BISTRICIA
NOSTER LAND
SEDMARCO
WEINLAND
LAND VOR DEM WALDT
OCCIDENS
CLAVDIOPOLIS
NIGRA PALVS
ALBA IVLIA
ZABEVS
Kalberg
Durbestritz
Meterſdorff
Waldorff
Schipperſdorff
Besterez
Herckdorff
Baijerſdorff
Kerestur
Milstorff
Torfalu
Berckes
Banisa
Sesarma
Czizo
Yetech
Beclern
Mintzdorff
Lechnitz
Durbach
Sellendorff
Salte
S. Ioan
Schaer
Wele
Techendorff
Onda
S. Georgen
Vinar
Nemechi
Burglos dect
Busaten
Boncida
Apshie
Mikelsdorff
Almas
Korossen
Sebesuar
Freisch
Buda
Telack
Torrenburg
Torda
Bogatz
Kalterbrig
Kaara
Gereng
Blasendorff
Humad
Plan
Oberviinta
Engetin
Diod
Ysemberg
Ofemburg
Ffriboma
Duijnen
Borband
S. Emerich
Korosbania
Capolna
Kizik
Zalatne ruderа
Zalom
4. Bergstet
Altenberg
Iosy
Deua
Brauzka
Orly angustie
Morsenes
Vallis Ha
Humad
Vada
Varhel
Zauaros
Broß
S. Giorg. flu
S. Kiras
Sirig flu
Borbrig
Themé
Kinermeo
Wintz
Sabesus fl.
S. Francisco
Kaur
Petersdorff
Hillenbach
Vardia
Weißenburg
Gulasgyrum
S. Michel
Petersdorff
Sellendorff
Werbe
Bud
Salte
S. Ioan
Schaer
Bot
Regen
Birche
Kirlegis
Neumarch
Nereu
Petlesdorf
Pache
Orlack
Schmigen
Hogitorff
Pontsdorff
Prosdorff
Kocheldburg
Naglack
Kaßel
Ziden
Feigendorff
Balcas
Langtal
Apisdorff
Fraunhoff
Kleinschelk
Scharesten
Schaen
Stolzen
Groß Kochel fl.
Monua
Ludis
Weingarten
Reysdorff
Großaw
Radkirch
Huenlisch
Nidersold
Obersold
Cibin fl.
Blatni
Dobrica
Urbegen
Rakczest
Schaar
a prug
Mures fl.
Marisus fl.
Fons
Kleine Kokel fl.
Bistritz fl.
Kerasus fl.
Schwartz
Eyer Koros fl.
Ilis
Ilis
Brauzka
47
48
49

TRIO
ANIA
MOLD AVIÆ TERMINVS
Tartroß
49
49
SED CHVK
Pog Hauas
Pretz
SED Veuerhel
Aluta fl.
Neumarck
SED KISDI
Dayla.
SED ORBAI
Beserenfalo.
Aderhel.
Summipach.
Wargisch.
Ayto.
S. Georgen.
Pagi Sicu-lorum.
Teuelderff.
Meburg
Drausz
Radlen
Katzendorff.
SED Kysdy.
Budendorff.
SED SCEPSI
Dellendorff.
Hamerod.
SED Reps.
Plamendorff.
ALTLAND
Schuerse
Dopich.
Gest
Armdorff.
Honsberg
Tarten.
Brendorff.
Petersberg.
Centum colles
Maypch.
Stein.
Nethusen.
Seefling
BVRZELAND
Burcia.
Neudorff.
Heloden.
CORONA STEPHANO-POLIS, Cronstatt.
Braßo. H.
Schamberg.
Agnetlin.
Seligstad.
Febner
Schars.
Halmegen
Mergental.
Herbrig
Einsidel.
Seiden.
Scerkengen.
Neustad.
Rosenau.
Maywod.
Torsyl.
Kleyn Schel.
Fogaras.
Fried.
Molkendorff.
Cerne.
Leiskirch.
Brokyn.
Rotberg.
Holtzmenge
Scharken.
Alt fl.
Blechisdorffer
Turtzfest.
ORIENS
Baumgarten.
Zacabad.
Kastenholtz
Kertz
Abbat.
Schellensberg.
Grysaw.
Feck.
Kertzeberg
Rudbom.
Campolongum
Langenaw.
Rotthurn.
Argisch templum.
Teltz
VALACHIAE
TERGOVISCIA
PAR
Teruisch
Pitesi Coenobium
Bocarcz
48
Rednitz
Greyf
Dambouitz fluuius.
Saluata fl.
Zorga
Gierisch.
40
H. Litera in hac tabula nonnullis vocabulis adiuncta significat ea esse Hungarica.

POLONIAE REGNVM.

POLONIA, quæ à planitie terræ (quam ipsi vernaculè etiamnum Pole vocant)nomen habet: vasta regio est,quæ Schlesiæ ad Occidentem proximat: Hungaris,Lithuanis, ac Prutenis contermina. Diuiditur in Maioré & Minorem. Maior dicitur,quæ Septemtrionem adspicit, habetque Guesnam, Posnauiámque, insigniora loca. Minorem vocant, quæ ad Meridiem vergit,habetque nobilem vrbem Cracouiam,ad caput Vistulæ,quę regionem diuidit, sitam; reliquæ ciuitates parum nitidæ. Ex maceria domos fermè omnes componunt,plerasque luto linunt. Plaga regionis palustris est,& nemorosa. Potus genti cereuisia. Vini rarissimus vsus; nec vineæ cultura cognita. Equitatu in bello maximè præstat. Ager ceteris ferax, multa genti armenta, multa ferarum venatio. Melle abundat. Habet & salis maximam cõpiam, quod ex terra eruitur. Habet & æris fodinas in montium iugis, Tatri, ab incolis dictis: nec non sulfuris. Cromerus scribit Polonos ab Hungaris Lengel vocari, à Lecho eorum genitore.

Sub regno Poloniæ cõtinetur Lithuania, Saniogitia,Masouia,Volhinia,Podolia,& Rusia quæ Meridionalis cognominatur,& Ruthenia quoque à nõnullis dicitur; itẽ tota Prusia, excepta ea parte quæ proprium Ducem agnoscit. Levvenclaius addit, Poloniæ Regẽ anno M.O.LXX. Principẽ Moldauorum in suam clientelã suscepisse.

LITHVANIA magna sui parte paluſtris, plurimumque nemorosa, & eo difficilis aditu, ac quodammodo inaccessa,aquis omnia obtinentibus; hieme commercia cum Lithuanis habiliora: paludibus & stagnis alta glacie concretis, niueque superinfusa, fiunt omnia mercatoribus peruia. Rara in Lithuania oppida; villarum incolatus infrequens. Accolarum diuitiæ pecora pellésque pretiosæ multigenum ferarum,quibus regio insigniter scatet. Ceræ ac mellis abundans. Bisontes hæc regio producit. animalis genus est, quod incolæ *Suber*, Germani *Vr-ochs* vocant; quale nos Antuerpiæ vidimus anno 1570. Hinc & quoque illud animal quod Latini Alces, Germani *Elandt* nuncupant. Sermo genti, vt Polonis, Sclauonicus. Caput Regionis Vilna est,Episcopalis ciuitas, tantæ magnitudinis,quantæ Cracouia. Domus tamen contiguæ in ea non sunt, sed veluti in rure, horti intermediant, & pomaria. Omnis illa roborea materia quæ *VVagenschot* nostratibus vocatur, & ex qua in Germaniæ Inferioris & Belgicæ maritimis regionibus vniuersa ferè lignea opera Architectonica tam publica quàm priuata, domorumque magna ex parte supellex & vtensilia fabricantur, his partibus cæditur, illincque ad nos per Balticum & Germanicum mare aduehitur.

SAMOGITIA (quod eorum lingua terra inferior sonat) habet gentes proceræ & pulchræ staturæ, agrestes tamen & incultis moribus, parco victu viuentes. Rusi hanc Samotzkasemla appellant. Nullus illic ædificiorũ nobilium, sed tantummodo tugurij vsus. Ex ligno & culmo fit structura. Largius ab imo sensim operis incremento ædificium in arctius cogitur, in carinæ seu galeæ maximæ similitudinem elaborata. In cacumine fenestra vna, supernè lumen reddens, subter quam focus cibos parabiles coquens. In ea domo, se, vxores, pignora, seruos,ancillas,pecus,armentum,frumentum,& omnem supellectilem condunt. Samogitiæ incolas à Saxonibus originem trahere, scribit Sichardus in suo Germaniæ historiæ opere: obque id, etsi Poloniæ Regi obediant, Saxones tamen eam imperio vindicantes, ad circulum Saxonicum pertinere asserunt.

MASOVIA, Regibus Poloniæ feudalis. huius Metropolis est Varsouia; vbi optimus conficitur medo. potus genus est ex melle constans, &c.

VOLHINIA, regio omnium rerum, propter agri fertilitatem,abundans,& oppidis castellísque frequens.

POOOLIA agro tam fertili est, vt eius gramen perticam tribus diebus supercrescendo contegat, & aratrum in locis graminosis derelictum paulo pluribus sepiat & cooperiat. Mellis quoque maxima copia. Præcipua huius vrbs est Camyenetz.

RVSSIA abundat equis, bobus, & ouium gregibus, pretiosissimísque pellibus. Potu vtuntur ex melle facto. Adducitur & vinum ex Pannonia, Moldauia, & Walachia. Huius metropolis est *Leunpurg*, Latini Leopolim vocant.

MOLOAVIA, pars Walachiæ est. Eius metropolis est Sossauia, vulgò *Sotschen*. Habitatores huius regionis sunt sæui & feroces, atque bellicosissimi, ideoque Transiluanis semper insidiantur. Vt Thracum mos olim fuit inurere nobili genere natis stigmata: sic ferunt Moldauiæ Despotas etiamnum hodie suis liberis, cùm primùm nascuntur,notam aliquam auri curare: ne scilicet ambigi de legitimis hæredibus posit; & excludantur alieni. auctor Rein. Reineckius in suo de familiis Syntagmate. Plura habes de his regionibus apud Matthiã à Michou, in libello de Sarmatiis, Albertum Crantzium in descriptione Wandaliæ; Bonfinium de rebus Hungaricis, & Laonicum Chalcocondylam lib. 1. & 3. Sed omnium optimè eas descripsit Martinus Cromerus in Chronico Poloniæ; & Sigismundus ab Herberstain in suis Moschouiticis Commentariis. Vide quoque Sebast. Munsterum, Pium II. P. M. & Dauidem Chytræum in Chronico Saxoniæ. Ioannes Dugloſſus, copiosissimus Polonorum historicus, citatur à Ioachino Cureo; sed typis eum non exstare addit. Moldauiam accuratè descripsit Georgius à Reicherſdorff. Habes eius etiam quædam scitu non indigna apud Chalcocondylam 2.

Scala miliarium Germanicorum
5 10 15 20 25 30
Venedicus sinus
BALTICVM MARE
Suda
Samaidę
Bartenlandi
Marca
OCCIDENS.
SILESIAE PARS.
Cum privilegio Imp. Regiæ etc. decennali.
CRACOVIA
Babiagord
TATRI MONTES
HVNGARIAE
RVS
POLONIAE, LITVANIÆQ. DESCRIPTIO.
Auctore Wenceslao Godreccio; et correctore Andrea Pograbio Pilsnensi.

Bersany
MAGNVS
DVCATVS
VOLHINIA.
MOLDAVIAE PARS.
PODOLIA, pecore opima.
Codima solitudo uastissima.
ORIENS.
PONTI EVXINI PARS.
Swentaflu.
Dysnet
Dysla
Swintrawa
Nemenschijn
Vilna flu.
Modot sch.
Crasne
Cohoschak
Borisowo
Rodochosz
Grodno
Druszek
Reschak
Orscha
Schlow
Smolensko
Dobrawna
Troky
Vilna
Modnick
Crewa
Kowno
Wysokigrodek
Rudnikij
Niemonowcze
Teglijce
Wolkonik
Radomi
Merece
Ostija
Grodno
Wasciliskij
Niemirow
Cadaicnow
Niesvicz
Novogrodeck
Polonka
Lachovice
Swisloce flu.
Swisloce
Cuisko
Mielczyce
Rozanka
Mostij
Wolkowicza
Sohnu
Nowijdwor
Nareu flu.
Mellis et cere hic copia in gens.
Szczonyc
Lisna flu.
Szedeszow
Kloczko
Kopil
Modczer
Petrilow
Pinsko
Grodeck
Dorow
Czernobel
Teretinia flu.
Narba
Dewihel
Sytomiers
Kijow
Kanyow
Cyrkasy
Zwinigrod
Dasow
Orczakow
Obidowo lacus
Bryalogorod
Maiak
Tubarcza
Tehinnye
Oryhow
Usczya
Sroka
Colibarnie
Bucota
Cuiaw
Chmyelnick
Wynicza
Copesterin
Bracslaw
Bar
Zinkow
Czernczow
Usciatin
Slupnicze
Camienice
Dwijcklicroc
Chotym
Tarasowcze
Sczepanowice
Margoseth
Snatijn
Seret flu.
Seret
Jasy
Sauran flu.
Bog flu.
Nijester flu. Ptol. Tyras.
Nijeper flu. qui Ptol. Borysthenes.
Desna flu.
Dubrowicza
Stepan
Crupa
Drohobus
Plone
Vijlhora
Ostrog
Zaslaw
Dubecz
Krasilaw
Grodek
Liczkowcze
Sarawka
Amadoca lacus
Smotrice
Zalucze
Skala
Trebowla
Suchistaw
Jagel
Michalca
Zukow
Colonia
Lubentwela
Sharas
Zalesye
Dunayow
Krzemene
Visnowiecz
Lucko
Czardorisko
Cowel
Dubrowicza
Rowna
Clewan
Cossyr
Camien
Niesuchojesa
Turia fluuius
Racno
Voiotly
Cobrin
Muchowiecz flu.
Pinsko
Sluc flu.
Styr flu.
Horinia flu.
Bug fluuius
Nijester flu. Ptol. Tyras.
Zwanie u Wola flu.
Nijeper flu.
Ossalaw
Trecze
Pietciari specus nobilium Ruf sorum sepultura.

PRVSSIA.

HANC regionem ita describit Cromerus in Chronico suo Poloniæ. Inter multas Sarmatiæ Europeæ gentes, Borussi à Ptolemæo valde remoti ad Septentrionem ponuntur ea ora, quam nunc Liuones & Moschi, vt opinor, obtinent, vltra Chernisum amnem, Rhyphæis vicini. Eos ego aliquo tempore ad Meridiem & Occidentem progressos, magnam Sarmatiæ partem, quæ ab Oriente Russis & Moschis coniungitur, à Meridie nemoribus & Hercinio saltu clauditur: & omnem illum tractum qui secundùm Venedici, siue Balthici & Codani sinus littus, vsque ad Vistulam & Ossam fluuios pertinet, temisse: & Borussos, siue Prussos, deflexo paulum nomine, dictos esse; cum Erasmo Stella erediderim. Quibus finibus nunc Liuones, Lithuani, Samagitæ, & Prussi vetus nomen retinentes, continentur, gentes imperiis quidem & reipublicæ ratione nunc distinctæ, sed eadem penè inter se lingua vulgò adhuc vtentes, Slauicæ prorsus dissimili, sed quæ nõ paucas habeat admixtas Latinas voces, corruptas serè, & magis Italica vel Hispanica nota signatas quàm Latina. Quamquam Teutones & Germani in eam oram quæ maritima est, & Prussia ac Liuonia nunc vocatur, deuictam, colonias posteriori tempore deduxerunt. Hinc vsitatior iam est apud eas gentes lingua Germanica, quàm vetus illa & vernacula; præsertim in vrbibus & opidis: quemadmodũ & apud Lithuanos vsu venit, vt propter vicinitatem commerciaq; Russorum, & colonias etiam deductas, multùm vtantur sermone Rusico. Nam quod Dlugossus à Prussia Bithyniæ rege originem illius gentis deducit, fabulosum est omnino, nec refutatione indiget. Quidam Borussos, quasi Russis finitimos, à Germanis lingua vernacula dictos esse existimant: veréne an falsò, non disputo. Quando autem & quonam modo Latina lingua cum vernacula Prussorum, Lithuanorum, Liuonumque se miscuerit, dicere non habemus. Erasmus quidem Stella Prussiam Romanis armis tentatam magis, quàm deuictam esse memorat, Pliniumque auctorem citat: quo fit vt cum imperio Latina lingua ibidem peruenire non potuerit. Dlugossus verò scribit, ciuili bello quod inter Cæsarem & Pompeium gestum est, manum quaudam Romanorum deserta Italia, in iis oris consedisse, vrbemque condidisse, & Romoue de Romæ nomine dixisse: eamque diu metropolim gentis fuisse. Quòd si vera est Dlugossi sententia, suspicari quis posset (si quis tamen locus est suspicioni in historia) eam Romanorum manum, duce Libone aliquo, ad ea littora Venedici sinus, quæ ad orientem Solem spectant, & Russis finitima sunt, vel vi tempestatum appulsam esse, vel certo cursu Cæsarum tyrannorum sæuitiam fugientem, secessisse; & Liuonum, siue Liuoniorum appellationem à Libone accepisse. Deinde propagatis finibus, alios Lithuanos, magis iam corrupto vocabulo dictos esse, alios veris Prussorum nomen retinuisse. Quamquam autem Pomeraniæ quoque magna pars, & Culmensis, ac Michalouiensis ora, posteaquam eodem cum Prussis iure vti cœperunt, & in ditionem Teutonum Crucigerorum concesserunt, Prussiæ nomine censeri cœperunt. Renera tamen, ac propria Prussia ea, quæ est inter Vistulam, Deruanciam, Ossam, & Nemenum fluuios, & sinum maris suprà memoratum: & à Lituanis atque Masouiis, densis ac palustribus fluuis dirimitur. Hactenus Cromerus. Libet autem addere hic quoque diuisionem veterem terrarum huius Prussiæ, auctore Casparo Hennebergero, qui ita infit.

VIDIVVTO vel VIDINITVS, vt à quibusdam nominatur, Rex Borussiæ, Anno Christi 573. suæ ætatis 116. antequam vna cum fratre BRVTENO CRIBE, in ignem ad oblationem Diis suis, sese coniiceret, filiis suis possessiones diuisit. Habuit autem (vt tradunt) duodecim filios, quorum primus LITPHO, vel vt alij volunt, LITALAN, huic Lituaniam inferiorem tradidit, constituitq; eum Regem supra ceteros, sed à fratribus propter homicidium CRIBE, quod nomen Pontificis illorum fuit, reiectus est. Inter ceteros vndecim, terram Prussiæ dispertiuit. Ex his I. ZAMO nuncupatus, eum obtinuit districtum, qui adhuc Sambia ab eo dicitur, & habet ab Occasu, & Septentrione, Mare Salsum: ab Ortu, Lacum Curonensem & fluuium Deme: à Meridie Pregelam flumen: opinio est habitasse eum in Monte GALTAGARB. II. SVDO, nactus regionem in qua nunc Oletzko, Stradaun, Lick, pars Iohansburgensis, Letzensis, Angerburgensis, & Insterburgensis Districtuum sita sunt: Et ab Ortu habet Lituaniam; in Meridie Masouiam & Galindiam. Ab Occasu æstiuali, Barthoniam, à Septentrione Scalauoniam. Et hanc partem ab eo vocauerunt SVDAVIAM. Quod nomen postea, cum iste locus à Crucigeris in solitudinem redigeretur, amisit: Ideo quòd locus ille Sudauia sit, recentiores omnino ignorant, eumque angulum Sambiæ, qui hodie *der Sudawische winckel, oder der Brusterort*, appellatur, fuisse opinantur, quod falsum est: Nam propter perfidiam à Crucigeris eò translati fuerunt. III. NADROO. Inter Zambiam, Scalauoniam & Barthoniam, suam Ditionem accepit, vbi multi fluuij, & vastæ solitudines iam sunt, & vocatur NADRAW, in hac Tapiaw Taplaucken, Salaw, Georgenburg arces &c. sitæ sunt. IIII. SCALAVONI, Loca circa vtramque ripam fluuij Memel, quem veteres Cronon appellauerunt, cessserunt, & Ditio illius SCHALAVONIA, nuncupata fuit. V. NATANGO, sortitus istam partem, quæ ab eo nomen NATANGEN accepit, habet à latere Septentrionali Pregelam, ab Orientali, Allam fluuios. VI. BARTHO, Inde BARTHONIA, *Barthenerland*. Fuit diuisa Barthonia, in Maiorem, Minorem, & *Plick Barthen*, sed istæ diuisiones iam ignorantur. VII. GALINDO. Tractus iste à Masouia ad Allam fluuium & stagnum Spirding, nomen Galindiæ adeptus, habet iam magnas solitudines: magnam partem Episcopus Varmiensis possidet, & annumeratur nunc varmiæ. VIII. VARMONI: Pro sua parte Varmia, intra Galindiam, Natangiam & Pogezaniam Regiones, obuenit. Cùm autem non diu superstes esset, ille Tractus Germanicum nomen ab eius vxore ERMIA *Ermeland*, acquisiuit. IX. HOGGO: Huius Dominium à Varmia per Passergiam fluuium: à Pomesania autem per Wesecka fluuium, & lacum Drausen separatur, Germanicè *Hockerland*, Sed Latinè à filia, POGIA vocata, nomen habet POGEZANIA. X. POMESO Pomesanis nomen dedit, terminatur Vistula, Weesecka, Ossa siue Mockra fluminibus. XI. CHELMO, Consecutus est Culmigeriam siue Hulmigeriam, inter Vistulam, Mockram siue Ossam & Dreuentzam fluuios, tam arcibus & ciuitatibus frequentem. Est & districtus non contemnendus, qui SOSSAVV vocatur. Item alius qui LOBOVIA dicitur, & est Episcopi Colmensis. HVNTAVV exigua est, sed cultissima ditio. Est & insula circa Marienburgum à Crucigeris aggeribus aduersus exundationes & perruptiones fluminum Vistulæ & Nogot septa, & vocatur Insula Maior, *Gros werder*. Minor insula, *das Klein werder*, est in Pomerellia, circa Gedanum. Item MARIANA ad Marienwerder, Insula sic dicta, quæ quidem non inhabitatur, sed pascuis destinata magnos præbet redditus.

Promittit hic auctor peculiarem libellum de hac Prussia, & explicatione huius suæ tabulæ. Sed de eadem lege plura apud Guaginum Veronensem, in sua Sarmatica historia. Optimè eam descripsit in suo Saxon. Chronico Dauid Chytræus.

Succinum siue electrum, vt antiquitas illud vocauit, Germani *Bernstein, Agstein, Ammeren*, in huius regionis littore reperitur, & nusquam terrarum alibi, magno horum incolarum bono. Huius historiam plurimi descripsere. Sed omnium optimè, meo iudicio, Andreas Aurifaber Vratislauiensis; peculiari opusculo; Latinè & Germanicè.

PRVSSIÆ
VERA DESCRIPTIO.
Per Gasspar. Henneberg. Erlichens.
CASSV
BIAE PARS.
POMERELLIA.
COIAVIAE,
sive
POLONIAE
MAIORIS
PARS.
Occidens.
MARE BALTICVM
Danzig
Dantzick
Marienburg
Cerchaus
Stargard
Mewe
Graudenz
Neuenburg
Schlochau
Conitz
Tuchel
Schwetz
Culm
Thorn
Bromberg
Vordenberg
Strasburg
MICHELAW.
LOBOVIA
Posen
Gnesna
Kalisch
Lissa
Fraustadt
Crossen
Sagan
Glogau
Bunzlau
Liegnitz
Breslau
Oppeln
Ratibor
Cosel
Neisse
Jauer
Schweidnitz
Frankenstein
Glatz
Olmütz
Troppau
Teschen
Krakau
Sandomir
Lublin
Lemberg
Kiew
Wilna
Grodno
Pinsk
Brzesc
Kowel
Luck
Ostrog
Kamenec
Bialystok
Tarnow
Sanok
Przemysl
Zamosc
Chelm
Pultusk
Plock
Ciechanow
Warschau
Lowicz
Sieradz
Kalisch
Posen
Gnesna

CARACTERVM HVIVS
Tabulæ Explicatio
Metropolis sue magna ciuitas
Vrbs vel Opp. muro cinctum
Vrbs cum arce
Arx
Oppidum
Arx cum Oppido
Vicus
Pagus Parochialis
Parochia deuastata
Monasterium
Ædificium nobile cum pago
Pagus
Domus venationis, Iagtpuden
Molendinum ferrariũ
Mons arcis vastate
D. Germanica
P. Prathenica
A. Vetus
N. Nova
G. Magna
K. Parua
W. Sylua
S. Lacus, See
Fl. Fluuius
Locus vbi olim dimicatum est
Palus, Morrast
Acma quod desijt fluere
Schiriwinde
Alt Russe
Neucupe
Tuscupe
Russe sive Holm
Kalanippe
Tazazagis
Ulmis
Bunduluppe
Schlada
Sulbeck nauigabile
Athmath piscosu
CVRONENSIS LACVS
SCHALAVONIA.
NADRA
VIA
BAR
LITVANIÆ PARS.
Oriens.
PODSACHIÆ PARS.
Milliaria parua, mediocria, et magna

LIVONIA.

LIVONIA (vt Lewenclaius scribit) porrigit se in longitudinem iuxta mare supra quatuor stadiorum millia: in latitudinem minimum ad M. CCC. stadia patet. Prussi, Lituani, & Russi eam circumhabitant, cetera Liuonicus sinus lambit. Habet hæc Liuonia Curones, Esthenos, Lettos, nationes tam moribus quàm lingua diuersas. In arcibus & oppidis lingua Saxonica, aut, si mauis, Germanica præualet. Regio est nemorosa, plana, & sine montibus, fluuiisque irrigua, magna ex parte inculta, agri tamen fertiles. Nam si vinum, & oleum, & alia quædam mitiori cælo subiectis terris concessa diuinitus, excipias (nam his aduectitiis tantùm vtuntur) cetera ad vsum humanum necessaria, in ea reperiuntur tanta copia, vt cum exteris omnino largè communicentur. Piscibus enim & venationibus abundat. Lepores in hac regione singulis anni tempestatibus colorem mutare, Munsterus auctor est: hieme enim albi, æstate verò grisei sunt coloris. Hinc cera, & mella, cineres, pix arida, & liquida, quam *Ther* vocamus, item illud frumenti genus, quod Secale Latini, nos *Roggke* appellamus, in magna abundantia quotannis ad nos adferuntur.

Habet ciuitates amplas insignem ad elegantiam exstructas: inter eas principe loco sunt, Riga, Bremensium Germanorum colonia, sita commodo loco ad amnem Duna. Emporium est, & metropolis huius regionis. Alteta Riualia, quam Rhuteni Roliuam vocant, à Rege Danorum Voldemaro condita, portu in sinu maris Baltici insigni clara. hæc non est minor quàm Riga in commerciis. Tertia Dorpatum, Russis finitima, qui eam Iuriongorod appellant. huius mœnia Beca fluuius alluit, ad negotiationes cum Russis peropportunus. Hic fluuius vno fertur alueo in Oceanum; qui cùm de præruptis scopulis præcipiti lapsu ruat, idem vicinioribus accidit, quod vsu venire habitantibus ad Nili cataractas accepimus (inquit Lewenclaius) vti nimirum paulatim surdescant. Secundùm has ciuitates oppida sunt alia minora, magnificis arcibus munita, primùm Venda, propter aulam Magistri militiæ nobilitata, & in medio totius regionis sita. Dein Velinum, Pernouia maritima, Volmaria, Vesebvrgum, Vitestenum, Narua, & alia. Effluos & Limouios olim has partes inhabitasse, Willichius & Cureus existimant. De administratione huius regionis, quæ sub Magistris Teutonici ordinis est, lege Ioannem Aubanum, Munsterũ, Lewenclaium, Gaguinũ in sua Sarmatia, & Herbersteinium; vnde hæc trãstulimus. Sed videndus est quoque Crãtzius lib. 6. Wandaliæ: itẽ Oderbornius lib. 2. Vitæ Basilidis, & ante omnes Chronicõ Saxoniæ Dauidis Chytræi.

POMERANIA.



HANC regionem sic describit apud Munsterum Petrus Artopœus Pomeranus: Pomerania ad mare Balticum sita, à primis cultoribus, pattia lingua, hoc est, Wandalica, PAMORZI appellata est. Ab indigenis inhabitata, & propriis Dominis gubernata, alienis autem numquam subiecta fuit. Hæc est vbique fertilis, aquis irrigua, stagnis abundans, nauibus peruia, diues agris, pascuis, pomis, lignis, riuis, montibus, venatione, pecore, piscibus, frumento, butyro, melle, cera, & aliis his similibus rebus. Est quoque optimè culta ciuitatibus, oppidis, arcibus, & vicis, nec vllus est locus in ea vacuus, aut inculus, nisi quem aut lacus aut montes occupant. Vsa est ante susceptum Christianismum lingua Vandalica, moribusque suis vixit, quoad vsque Rom. Imperio subacta fuerit, tum enim vnà cum religione Saxonicam linguam amplexa est, quam in hunc vsque diem retinet. Hæc Artopœus. Pomerye, Wandalica, quæ est Slauonica, lingua nihil aliud significat, Herbersteinio auctore, quàm si diceres, Maritima, aut Iuxta mare. Huius ripa vallo solidissimo à natura adeò est munita, vt nullam maris inundationem timeat. In hoc littore insigniores eius vrbes sitæ sunt, præter paucas in mediterraneis sitas, vt sunt, Stettinum, Newgardia, Stargardia, &c. Stetinum olim vicus à piscatoribus dumtaxat inhabitatus, post susceptum verò Christianismum, & destructam Vinetam, translato illuc Emporio, adeo efflorescere cœpit, vt hodie Metropolis totius regionis sit. Habet situm amœnissimum, in ripa Oderæ fluminis, à qua sensim in aduersum cliuum assurgit. Vallis ac mœnibus munitiss. sulcitur. Grips Waldum oppidum in Ducatu Wolgastensi, quem alij Bardensem dixêre, hoc ciuibus malis diu laborans, nonnihil extenuatum est: anno verò 1456. instituto ibidem Gymnasio, paululum respirare cœpit. Iulinum oppidum olim nulli clarissimarum vrbium, siue opes, siue domos magnificè exstructas respicias, secundum. Nobile erat Wandalorum Emporium. Tanta mercatorum frequentia, quæ ex Russia, Dania, Saxonia, Sorabis, totaque Wandalia huc confluebat, quondam frequens, vt tota Europa vix simile, excepta Constantinopoli, reperiri posse videretur. At variis bellorum cladibus à Danorum Regibus affecta, tandem ad nihilum ferè redacta est. Ea rerum vicissitudo. Hodie Wollinum vocant. Stralsund, in littore maris. olim proprium habuit Principem, Ducem nempe Bardensem. Vrbs est incolis & mercatoribus frequens. Wineta, fuit hæc quoque olim vrbs, fortè hodie Archon, aut Iulinum est. Wandaliæ enim vrbes plura, secundum gentium varia idiomata, habuere nomina. Quam Wandali enim Stargard, Saxones Aldenborg, & Dani Brannesiam vocant, Crantzio asserente. Sed libet addere quoque regionis huius descriptionem; quam ad me misit ex Colberga vir eruditus, D. Petrus Edlingius, quæ hæc est: Pomerania hodie floret quadraginta ciuitatibus muris & fossis cinctis: præter castra & monasteria. Inter quas primariæ sunt: Stralsundum, Stettinum, Gryphiswaldum, Stargartum, Colbergum, & Anglamium: ante annos quingentos, ante acceptatam Christianam religionem. Quod factum anno post natum CHRISTVM 1124. & abiectam linguam Slauonicam, sed maior fuit Pomerania, & regno conserenda. Quia Bugslaus 1. Wartislai 1. frater, filius Suantibori, qui gentilis obiit, cum nepotibus, propter mutationes linguæ, patria relicta, Pomerellam Borussiæ adiunxit. Fuit autem Pomerella, quæ hodie Polonis Cassubicus angulus dicitur, non exigua regio. Sed extendit se à limitibus Pomeraniæ ad Vistulam fluuium, atque continet Dantiscum, Putscha, Dirsow, Stargartum, Nauburgum, Smecha, Tuchel, Nakel, Hamerstenum, Baldeburgum, Fridelandum, Conitz, Schoneg, Slochow &c. Hæ ciuitates plerumque castra adiuncta habent: item Castra Monsecuantz, Talkenborch, Subitz, Lauterburg: & monasteria Polpelin, Sukou, Tzernitz, Olita, in quo Principes ex Pomerellica linea, sepulturam retinuerunt vsque ad vltimum Mestewinum, qui Dantisci obiit, in Oliua sepultus anno 1295. Plura lege de hac Pomerania in Chronico Saxoniæ Dauidis Chytræi. Hanc Tabulam ex Munsteri Cosmographico opere habemus.

OSVVIECZIMENSIS ET ZATORIENSIS DVCATVS.

HAEC est Regni Poloniæ, qua Silesiam attingit, portio. Olim verò ad hoc regnum non pertinebat. Oswieczimensis ditio (quam Germani sua lingua Auschwits vocant) Polonis cessit sub Cazimiro III. anno 1454. Zatoriensis verò sub Sigismundo I. anno 1548. post quadringentesimum ferè annum ad corpus & compagem Poloniæ rediit. Auctor Cromerus in suo Poloniæ Chronico.

POMERANIAE, WANDALICÆ REGIONIS, TYP.
MARCHIONATVS
Codanus sinus.
Rugen
Bergen
Ginst
Putbus
Gnitz
Vsedom
Winera
Wolgast
Frisshaft
Bart
Sundt
Barthia
Dangard
Grypswald
Stralsund
Stepnitz
Pomeria
Rostock
Rekenitz
Wismar
Tribses
Loitze
Gutzkow
Stolpe
Vkermünd
Ducatus Stettinensis
Plotze
Lorenitz
Stetin
Draggun
Cleynow
Treptow
Klempenow
Ueckermünd
Neubrandenburg
Vkermarck
Garitz
Anger mund
Stolpe
Ader berg
Nustat
Freienwold
Rabn
Costrin

LIVONIAE NOVA DESCRIPTIO, Joanne Portantio auctore.
SEPTENTRIO
FINLANDIAE DVCATVS, Regni Suecię membrum.
Sinus Posterior Livonię
Sinus Magnus Livonię
WIRLAND.
HAREN.
WOLMAR
WENDEN
SEMIGALLIA.
CVRLAND.
SAMAITEN
Gotzgosanst
Gros Karlse
Klein Karlse
Scala milliarium Germanicor.
RVSSIAE PARS.
LITHVANIAE PARS.
PRVSSIAE PARS.
Curisch haff.
Narva
Nesowia
Narienburg
Sillack vel Margenhaus
Schramburg
Sesswegen
Landau
Opotzke
Crongborch
Lude
Reiten
Dunenborch
Dedina
Wintrawa
Drissa
Glubockora
Plotzko
Vilna
Crono
Wilkomir
Kedria
Varna
Crassa
Goldingen
Sackenhausen
Pawerwosz
Rakszke
Rengala
Dissla
Sejmy
Wolka
Wanky
Kaisz
Eropsia
Skero
Sillo
Goster
Kemten
Mediuik
Krione
Ponewesz
Pilten
Sacken
Etwalen
Sabel
Ambaten
Wormen
Hasenpoth
Poleiten
Bauenborch
Ilsiean
Salen
Selburg
Wolmar
Wenden
Seiten
Perzet
Lemsel
Rigaeb fundum maxima sui profunditas maris est et periculosum locus.
Scopuli navigantibus formidabiles

SEPTENTRIO.
BIERUN.
Chelm.
Lipowiecz.
Babicze
Ruma
Cessow
Liski
Smierdzarza
Hnizdow
Nowawies
Czernichow
Vistula fluviius.
Bosiowy
Wolia
PSCZYNA
Cowskberg
Wislapolska
Zawadka
Radawa
Brzesce
Sabrzy
Lgotka
Sterawice
Kamowicze
Wilamowicze
Bielkow
Lgnak
Kosa
Ladwigowicze
Sporyn.
ZAWIECZ
Mosterenicza
Slemien
Takrow
Strome
Barwald
Lesniczka
Landskorona
Brodsy
Zebrzidowicze
Praszkowicze
Stanislaw
Grabowiecz
Gosichowicze
Pasiekowka
Buczenicze
Rascaina
SKIWINA
Borek
Czernichow
Lanczin
Lipowa
Wezuski
Lgothai
Thuczawy
Sunniapo rada
Rakow
Kozia
Babicza
Wsiske
WADOWICZE
Torniczc
Sketmki
Wiano-wicze
Lankowicze
Lankowa
Bachowicze
Rizzow
Spiekowicze
Wolsze
Ozwiecz
Malowicze
Westerniez
Tisecicrow
Chalicze
Polanicz
Olsch
Malcza
Glabowicze
Wegrice
Dietrowicze
Friedrichswicze
Radaczowicze
Nauwirz
Bielsko
Ceamerz
Verdalicz
KENTY
Bobrik
Gromecz
Lipowa
Czernichow
Lanczin
Lipowa
Sabrzy
Delsz
Labias
Bobrowicze
Bobrowicze
Bobrowicze

ROMANIA.

QVAM hodie Romaniam vocant, antiqui Thraciam vocauere. Amplissima olim fuit regio, & latè patens: cui ab Oriente Pontus Euxinus, ac Propontis, à Meridie Ægæum mare, ab Occasu Macedonia Pannoniaque occurrebant; à Septemtrione habet Hæmum montem, Mœsiasque. Regio nec cælo læta, nec solo: (& nisi qua mari propior est) infecunda & frigida. Ptolemæus hanc in quatuordecim præfecturas diuidit: Danthleticam, Bennicam, Besicam, Cænicam, Cœleticam, Corpialicam, Drosicam, Mædicam, Samaicam, Sapaicam, Sardicam, Selleticam, Vrbanam, & Vsdesicam. Posterior ætas eam in has sex prouincias diuisit, Europam, Hæmimontum, Mœsiam Secundam, (quæ est Inferior,) Rhodopen, Scythiam, & Thraciam, quam propriè sic vocant. Deinde vno nomine Romania dicta fuit, & sic tota etiamnum hodie appellatur. Circa Byzantium tamen Galatiam à Turcis nominari intelligo, vbi & Galata vrbecula hodie, quam nostri Peram vocant, & antiquitas Cornu Byzantium. Montes in hac regione celebres sunt, Hæmus, Rhodope, Orbelus, Pangæus, aliique. Flumina; Hebrus, Nessus, Melas, & Strymon, vt placet nonnullis: sunt enim qui hunc vltimum fluuium Macedoniæ attribuunt. Vrbes claræ in ea; Abdera, Apollonia, Phinopolis, Philippopolis, Nicopolis vtraque, Hadrianopolis, Selybria, Debeltus, Heraclea, Lysimachia, & omni æuo clarissima Byzantium, à Byza conditore sic nominata, quæ postea à Constantino Imperatore ampliata & firmata, vocata fuit Constantinopolis, & hodie corruptè & correptè Stambol. Hæc hodie vti & olim, dignitate primum locum inter eius vrbes obtinet, secundum Hadrianopolis. (Andernopoli vulgò.) Post hanc Sophia, & aliæ. Habet hæc regio quoque adiunctam sibi Chersonesum, siue Peninsulam, Thracicam cognominatam. Callipolis hîc vrbs; & Sestus Leandri amore pernobilis. De huius tabulæ regionibus multa in Cronico Saxonico Dauidis Chytræi.

Insulæ Thraciæ vicinæ in Ægæo mari sunt; Samothracia, quæ hodie Samandrachi; & Thalassia Ptolemæi, quæ apud alios Thassus appellatur, & hodie huius nominis vestigium conseruat: Taso enim recentiores nominant. In Propontide est Proconnesus siue Elaphonnesus. hæc etiam Neuris aliquibus dicta fuit. nunc Marmora nominatur à Turcis & Græcis. Ad Bosporũ sunt, Cyaneæ, poëtis celebres, qui cas olim mobiles, Argonautarum autem nauigatione stabiles factas, fingunt, suo more. Præter veteres Geographos Ptolemæum, Stabonem, Plinium, & Pomponium, recentiores quoque legendi de hac regione sunt, imprimis Lazij Commentaria rerum Græcarum: & Bellonius in suis Obseruationibus. Vrbem Constantinopolim accuratè atque diligentissimè descripsit Petrus Gyllius. Fatali quodam genio quis dixerit hanc vrbem ad regnorum caput natam; Romamq; Nouam aliquando dictam, regionemque hodie Romaniam: ita vt non immeritò nec sine afflatu fatidico, insignis ille vates Tibullus olim videatur cecinisse, ROMA TVVM NOMEN TERRIS FATALE REGENDIS. & Romuli testimonio cælestes ita velle, VT ROMA SIT CAPVT ORBIS TERRARVM. Liuius I.

ROMA=
NIAE,
(quae olim Thracia dicta)
VICINARVMQ3 REGIO=
NVM, VTI BVLGARIAE,
WALACHIAE, SYRFI=
AE, ETC. DESCRIPTIO.
Auctore Iacobo Castaldo.
Scala milliarium Italicorum
10 20 30 40 50 60 70 80 90 100
Cum priuilegio decennali.
CIↃ. IↃ. LXXXIIII.
HVNGARIAE
PARS.
SICVLI.
VALACHIA
INTERIO
OCCIDENS.
BOSSINA.
MASSONS.
Godomiri campi.
Almiza
Cogniza.
Serniza
Gelebfe.
DALMATIA.
Metrouich.
Lesina.
Stagno.
Sabioucello.
Tribigna.
Pertuza.
Ragusi.
Predio.
Orach.
Pleuie
Slatina.
Cranze
Bracha.
Nuista
Priepoli.
Vuaz.
Golgio.
Carmoniza.
Sabiaco.
Cauaz.
Sopozo
Rochaz
Cisalcon.
Fochia
CRAINA.
Scutari.
Monte Negro.
Drino flu.
Daque.
Durazzo.
Macedoniae pars.
MARIS HADRIATICI
PARS.
SERVIA.
ERSECH.
TOPLIZA.
Endero
Monte Argentaro.
Cratouo
Veria.
MERIDIES.
Pez.
Orsano.
Bodon.
Zenderin.
Sumauez.
Samandrio
Columbaz.
Seborud.
Rezuna.
Crinoz.
Sitinza
Vendenis.
Simit.
Nouibazar.
Copagnich.
Chirecari.
Gregori
Stratoria.
Ibar.
Nisi.
Sabrino
Pach.
Basch
Rusco
Fert.
Bratoue.
Boaga
Trigo=uista.
Pa=rechim.
Ibar flu.
Morava flu.
Vigneua flu.
Narenta flu.

MOLDAVIA.
PODOLIA.
VALACHIA.
BESSARABIA.
SYRFIA.
SAGORA.
SILISTRE.
MANIA.
MARE MAGIORE olim PONTVS EVXINVS qui Maurothalassa hodie Turcis vocatur
ORIENS.
Mar di Marmora.
Archipelago.
LIAE PARS.
Prut
Schea
Morgosest
Bardalach
Niemez
Bacon
Bistritia flu.
Sirvio flu.
Moldadana.
Tardorod.
Foiroz
Tortoz
Azud
Brustoua
Nestu
Oltem
Sandor
Rebnich
Tergoualcho
Launiza flu.
Rocetorn
Vasiglio
Buchuresco
Launiza
Pouiar
Hermenstat.
Briolauo
Sornua.
Pitiesd.
Zorzo
Pinon
Dembauza
Drimago.
Russi.
Sul.
Arcin.
Dolouiuch
Ris.
Danubius flu.
Nicopoli.
Retturia.
Targona.
Silistra
Bodon.
Dornaz
Vrdisu.
Ischa
Bulz
Sucoua.
Bodza.
Silz
Dragona.
Belizza.
Tariborod.
Ternaua
Vlasco
Macedonia
Comegino
Culmaza
Alpro
Iramo
Caraguza
Fornaze
Stipe
Tasso inf.
Nicaldi. Monte Santo
Doari.
Samandrachi
Lembro
Lanizar.
Lessi.
Lapuzna
Vrza
Nusi
Prut flu.
Tarisio
Vistia
Lucania.
Tiraz
Stora.
Oriona
Tiraspo
Hus.
Rosone lacus.
Vidiuza.
Pulsa
Barlach
Alen.
Braila.
Galaz
Obiuricie.
Niuoz
Danubius flu.
Spera
Pestor
Straua
Culgin.
Cherson
Balban.
Proslauza.
Custi
Donigu.
Prouad.
Zanauarda
Dansudana.
Tibisar.
Pangala.
Bra
Lessilla
Siluacho.
Ciglia.
Dizia.
Caliacca
Carbona
Varna
Pisia.
Lessillo.
Tosiel
Galaro
Filbir.
Prouaz.
Vraza.
Messembber.
C. Lemano
Poro
Paniso flu.
Deuelt.
Straua co.
Bilgiur.
Magri
Eschibabaray.
Temeno.
Ternoua.
Rhodope mons.
Stonamo.
Verduzo
Gatopoli.
Staqnaria
Posia
Stiphnus
Philippopoli
Tonus
Sura uiz
Andrinopoli
Megri.
Naraco
Omidre.
Moruli.
Malaina
S. Stephano
Fauar Filea
Perio
Algiro
Scutari
Vacareuo.
Colopin
Tartuni
Tedie
Popiza.
Capisia
Scrlaba
Chiordeb
Bergas
Dienali
Selimbri
Constantinopoli
Ventre
Mariza flu.
Bergamo.
Torpirt.
M. de Dio.
Sugutli
Fra chich.
Missini.
Rodejio.
Congerba.
Scarpiler.
Fanar.
Lapia
Mariza
Iscona
Aprio
Chiseur
Xyo
Neangone
Triumo
Londor.
Marmora
Calonino
Andano.
Rodia
Spiga.
Larta chi.
Philomi.
Schio
Dysthello.
Sequino.
Tasiopio.
Lanizar.

SCANDIA,

siue

REGIONES

SEPTEMTRIONALES.

ONTINET hæc tabula ferè omnem cogniti orbis tractum Septemtrionalem: sed in primis Pæninsulam, veteribus sub nominibus Scandia, Scandinauia, Baltia, & Basilia malè cognitam: quam & alterum orbem terrarum, propter eius magnitudinem, & Officinam vaginamque gentium cognominarunt. At de nominibus variis huius peninsulæ, lege quæ scribimus ad Islandiæ tabulam. item in Thesauro nostro, sub verbo BASILIA. Comprehendit hæc Pæninsula hac ætate tria regna: Noruegiam, Sueciam, Gothiam; & partem regni Danici, aliasque multas Prouincias, vti sunt, Bothnia, Finmarchia, Finlandia, Lapponia, &c. Cuius singulares descriptiones hîc ex Iacobo Zieglero apponemus.

NORVEGIA interpretatur Septemtrionalis tractus aut via. fuit regnum hoc aliquamdiu admodum florens, imperiumque tenuit per Daniam & Frisiam, insulasque adiacentes, donec domesticũ imperium per hæreditariam successionem administratum fuit. Postea sub interregno consensu Procerum institutum est, vt reges per electionem susciperentur: estque hoc tempore sub potestate Danorum. Hi non legitimos modò reditus, & tolerabilia vectigalia imperant, sed omnia commoda conradentes transferunt in Daniam. Ad hanc dificulrarem accedit qualiras locorum: habet enim Dania in potestate nauigationes omnes Noruegianas: neque hæc exercere mare potest, neque exportare merces; præterea à cælo, à tellure, à mari nequaquam humilis aut parum felix existimata. Hæc mittit in reliquam Europam piscem ex genere Asellorum, frigore induratum & extensum in fustem, vnde & eum Germani dicunt *Stockfisch*. Captura eius laudatissima est Ianuario, quando superest frigus vt induretur; & qui clementioribus mensibus capiuntur, marcescunt, neque sunt idonei vt exportentur. Tractus totus littoralis Noruegiæ est mitis; mare non conglaciatur; niues non diu durant.

SVECIA, regnum est diues argenti, æris, plumbi, & ferri, frugum, pecoris, & prouẽtu immenso piscium ex fluminibus, lacubus & mari, venationibus quoque ferarũ. Stockholm in ea est regia & emporium, vrbs munita arte & natura, sita est in paludibus instar Venetiarum. Inde sortita est nomẽ, quòd sita in aquis, fundamẽta sint palis stabilita.

GOTHIA, id est bona terra, Regi Suecię paret. In ea est portus & emporium Calmar, vrbs magna; habetq. arcẽ, quę operũ magnitudine certat cũ arce Mediolanẽsi. Apud Tingualla oppidũ sunt fossiones optimi ferri. Hæc Zieglerus.

DE DANIA, Britannicisque insulis hîc nihil addimus, cùm de eis dictũ sit in propriis, quas occupant, Tabulis. Est in hac Tabula Islandia insula, miraculis, si quæ alia, clarissima. Etiam Groenlandia, paucis nota. Est hîc quoq. Frisslãdia insula veteribus prorsus ignota; neque apud Neorericos Geographos aut Hydrographos eius vlla fir mentio; præterquam vnum Nicolaum Zenum Venetum, qui, anno à Christo nato M. CCC. LXXX. variis diutinisque in hoc Oceano iactatus procellis, tandem naufragus ad hanc insulam appulit. Hic tradit hanc insulam regi Noruegiæ obedire; maioremque esse Hibernia, eiusque primarium oppidum eiusdem esse cum insula nominis, incolasque vt plurimùm piscationibus rem facere. Capitur enim in eius portu tanta omnis generis piscium copia, vt inde multas onerent naues, quibus eos in insulas circumiacenres auehunt. Mare huic insulæ ab Occidente proximum, breuiis & scopulis plenum, Icarium; & insulam in eo Icariam, ab incolis nominari scribit. DE GROENLANDIA item insula dicit, hiemem ibi esse nouem mensium, ibidemq. eo tempore minimè pluere, neque ineuntis hiemis niues vnquam ante eius finem dissolui. Sed mirandum quod de monasterio Prædicarorij Ordinis in hac insula D. Thomæ dicato addit: esse nempe non procul ab eo montem, Ætnæ instar igniuomum, ibidemq. ignitarum aquarum fonrem, cuius aquis non solùm omnia huius monasterij monachorumq; habiracula hypocaustorum in modum calefaciunt, sed etiam omne genus ciborum, etiam panem, alio nullo adhibito igne coquunt. Tota huius monasterij fabrica ex tophis constat, quos idem mons inter ebullientes flammas eructat. Hi ardentes tophi enim, cùm naturâ aliquid pingue habeant, & solidi sint, hac aqua superinfusa exstincti, aridi, & foraminibus rari atq. leues relinquuntur; aqua verò in bitumen tenacissimum mutatur; quo postea cùm hi tophi in structuram coniiciuntur, conglutinantur; solidissimumque opus contra omnem tẽporis iniuriam constituunt. Hortos etiam suos hac aqua irrigatos, vario florũ, frugumque genere ridẽtes ferè semper habent. Situm est hoc monasterium in Oceani littore, & portum habet satis capacem: in quem hic fons suas aquas euomens, adeò tepidum efficit, vt nunquam, etsi plaga sit frigidissima, congeletur. Inde hîc tantus aquatilium piscium que ex frigidioribus locis concursus, vt non solùm hi monachi, sed circumuicini eriam accolæ suauiter vnde viuant habeant. Hæc inter alia de his insulis Zenus, qui Zichimni aliquot in hoc tractu insularum Principis classis præfectus factus, omnes has oras Septemrrionales perlustrauit.

Frislandia insula hoc nostro tẽpore denuò innotescere incipit, idq; Anglorũ auspicio, qui eam nouo nomine Angliam Occidentalem vocarunt. Apud veteres pauca harũ regionum testimonia habes. Ex recẽtioribus eas describserunt Olaus Magnus Gothus, Episcopus Vplaliensis, Albertus Crantzius, Saxo Grammaticus, Iacobus Zieglerus, Sigismundus ab Herberstein in suis Moschouiticis Cõmentariis. Edidit & Nicolaus Wimmanus maris Arctoi nauigarionem. Vide quoque Antonij & Nicolai Zeni fratrum, insularũ sub polo Arctico sitarum Commentariolum, & naufragium Petri Quirini, ab eo & Christofero Fiorauante, nec non Nicolao Michaëlis, Italicè scripta. Exstat quoque de his partibus Septemtrionalibus scriptum Sebastiani Cabati, qui has partes primùm nauigauit, anno nempe 1557. Sed omnino his adhibenda Historia Saxonica nuper à Dauide Chytræo conscripta & edita.

AMERICAE SIVE NOVI ORBIS PARS
Groclandt
Groen:
landt.
Estotilant
OCEANVS BORE
OCEANVS DEVCALIDO
OCCIDENS
OCEANVS OCCIDENTALIS
Islant
Thule
Friesland
Hebudes
SCOTIA
HIBERNIA
ANGLIA
OCEANVS BRITANNICVS
Scala mill: Germanicorū
10 20 30 40 50 60 70 80 90 100

MARE CON-
GELATVM
Petzorke vulgo
Parall. 80. gradus
Parall. 70. gradus lat.
Parall. 60. grad latitudi
Pigmei hic habitant.
Permia
Condora
Biarmia
RVSSIA.
ORIENS.
SVEDIA.
Liuoniæ pars.
Prussiæ pars.
Pomeraniæ pars.
Germaniæ pars.
Oostsee.
Boddicus sinus
Finnicus sinus
Lacus Albus
Colgoyeue
Pechora
Mezen fl.
Slowoda
Lampas
Kouloai.
Nicolai
Pinego fl.
Colmogro.
Onega fl.
Onegaborg
Kexholm
Ladoja
Nouegrod
Kekela
Pskow
Derbt.
Reuel.
Narua
Narua fl.
Mariendborch
Riga
Dorpt
Dunenborg
Candau
Liba
Memmel.
Ragnet
Coningsberg
Danzig
Marienwerd.
Gaudentz
Stolpin
Costin
Camin
Stetin
Rugen
Borrholm
Lubeck
Hamborch
Stoden
Bremen
Cum priuilegio
Cöln
Antwerpen
Dort
Rhin fl.
Vistula fl.
Albis fl.
Stockholm
Ofilia
Aland inf.
Gotlant
Olna
Arnholt
Dublin
Curoulia
Wesel
Wardhus
Santi Rustene
Motka prom.
Swentnos prom.
Caienska semla
Corickfinnia.
Wardbugie
Domsbof
Helganas
Ingen
Segerwar
Berkara
Wildwogh
Castrum regium
Amblewick
Frydsten
Vas
Bodwijck
Swacks by
Lusen fl.
Borga
Orsa
Torsaker
Hencwora
Vpsala
Gilberg
Tinguallen
Letta
Holdal
Mejhmorstad
Hofs
Alke
Lindesnes prom.
Kortland
Kalmstad
Timalen
Alsen
Copenhagen
Ostborg
Aarhus
Wiborg
Ribe
Schleswick
Hamborch
Brenen
Stade
Lubeck
Rostock
Sende
Stetin
Camin
Costin
Ruagen
Borrholm
Stockholm
Gieresche sant.
Dublin
Curoulia
Dorpt
Candau
Liba
Memmel.
Ragnet
Coningsberg
Danzig
Marienwerd.
Gaudentz
Stolpin
Derbt.
Reuel.
Narua
Narua fl.
Mariendborch
Riga
Dunenborg
Wesel
Kekela
Pskow
Nouegrod
Ladoja
Onega fl.
Onegaborg
Kexholm
Colmogro.
Pinego fl.
Pinego.
Kouloai.
Nicolai
Mezen fl.
Slowoda
Lampas
Colgoyeue
Pechora
Morzowitz
Morzowitz
Kilduin
Corpus Christi
Poulogne
Tetreus
Diauen fl.
Scarfjur
Varzina fl.
Borden borg
Carelsborg
Ownaa
Iegobor
Egrept
Lapauesi
Ecclesia nova
Corela
Vekelax
Drenouk
Pisbu
Kexholm
Onega fl.
Onegaborg
Ladoja
Nouegrod
Kekela
Pskow
Narua
Narua fl.
Reuel.
Derbt.
Mariendborch
Riga
Dorpt
Dunenborg
Wesel

ISLANDIA.

VIVS Islandiæ incolas ad Adelbertum Episcopum Bremensem venisse, petentes vt sibi prædicatores Euangelij dirigeret, lego in historia Ecclesiastica, quæ sub nomine M. Adami typis excusa prostat. Neque veteriorem de hac insula apud vllum alium scriptorem memoriam exstare puto. (Etsi sciam, apud Sigebertum Gemblacensem legi, hanc ab Arturo circa annum Christi quadringentesimum septuagesimum subiugatam. Fabulam autem non historiam credo. neque esse hoc Sigeberti scio, sed ab alio quodam, vt multò plura insertum. Caret enim eo pulcerrimus meus, item alterius mei amici, codex pergamenus M.S.) Obiit autem hic Adelbertus anno circa millesimum septuagesimum. Nam Thule nomen à priscis ferè omnibus historicis geographisq. celebratum, ad hanc insulam (contra omnium ferè doctorum virorum nostri seculi sententiam,) minimè pertinere, sed potius ad Scandiam peninsulam, persuasit mihi non solùm Procopij grauissimi scriptoris auctoritas; sed & nominis vestigium, quod in hac Scandia, ea nempe parte qua Orcades insulas adspicit, in Noruegiæ quadam parte, (vbi Belgarum emporium celebre) hactenus perdurat. Inter etenim alias Norwegiæ Marchias vna hic est, quam Tilemarchiam, id est, Tules limitem, vulgò appellant. Insulæ quoque huius littoribus obiectæ quæ vulgò Hetlant & Schetlant vocantur, à nautis Thileusel nominari ex Britannia nostri amici Camdeni disco. Ex quo video hanc insulam nomen à proxima sumere continente. Thileusel, quid aliud enim significat quàm Thileusis insula? Confirmat hanc meam opinionem nõ solùm Pomponius, qui Thulem Belgarum littori oppositam scribit, non Britannorum, vt hæc Islandia; sed quoq. summus in eo argumento scriptorum atq. geographorum princeps Ptolemæus: qui Thule suæ tribuit partes longitudinis viginti nouem, & latitudinis sexaginta tres, quæ numerorum notæ, ad amussim in hanc Tilemarchiam incidunt. Islandiam autem nostram subiacere primo gradu longitudinis, & sexagesimo latitudinis, nemo, qui saltem tabulas geographicas nouit, ignorat. & errare puto ipsum Islandum Arngrimum Ionam, in suo de hac insula commentario, vbi dicit eam latitudinis esse circiter gradus 44. & 45. minutis. Luce itaque clarius dicit Islandiam aliam esse à Thule, & docet idem dictus Procopius, eam à tredecim nationibus, totidemque regibus inhabitari, deciesque tradit Britannia maiorem: adeò vt non immeritò Magnam vocet Stephanus: cùm Islandia ipsa Britannia multo minor sit. Idem Procopius Scritifinnos populos Thulen incolere tradit: quos Diaconus Scrictofinnos vocat, & in Scandia describit; vt quoque Iornandes. apud quem autem corruptè Crefennas (vt hoc obiter moneam) legimus. Vides, Lector, quam hi Scandiam, ille Thulen nominat. Et superest eadem gens in eadem Scandia in diem hodiernum vsque, nomine adhuc incorrupto. *Scrickfinner* namque vernaculè vocantur, & sunt in Scandia, non item in Islandia. In Thule dicit Procopius esse vastissimas siluas. In Islandia prorsus nullas esse, ipsa docet veritas. Rectè etiam Isacius, in Lycophronem, vbi dicit Britanniam insulam, Thulen versus Ortum spectare (non versus Septemtrionem, quà Islandiam.) Contra quam Strabo, geographus extra controuersiam diligentissimus clarissimusque, sed ex Pytheæ, hominis mendacissimi, vt addit, traditione, cui nempe, teste Diodoro 2. solenne fuerit scribere fabulis similes historias. Et hæc est illa Thule, quàm à Romana classe, dum circũnauigabat insulã Britanniam, dispectã fuisse tradidit Tacitus; nõ Islandia, quæ hinc longiùs & extra conspectũ abest. At satis de Thule, siue Scãdia. ad Islandiæ nostræ, veteribus incognitæ prorsus & innominatæ, descriptionẽ accingamur.

ISLANDIA, siue Glacialis terra, idem sonat; sic dicta à glacie quæ illi ad Boream perpetuò adhæret: nam ibi iam incipit mare Congelatum, teste Crantzio. Snelandia, à niue: item Gardarsholnn, id est Gardari insula, dictam quondam sic à Gardaro quodam huius inuentoris nomine, scribit Arngrimus Islandus ipse. Patet hæc insula in longitudine centum milliarium Germanicorum, vt vulgus scriptorum habet. his addit quadraginta quatuor, dictus Ionas. Pro maiori parte inculta est, & montosa; præsertim versus plagam Septemtrionalem; ob austera spiracula venti Circij, qui nec frutices, vt tradit Olaus, eleuari permittit. Subest regno Noruegiæ, ab anno nempe 1260. quo primùm hos homagium huic præstitisse, tradit idem Ionas. qua ratione rex Daniæ, qui & Noruegiæ, eò quotannis præfectum immittit, cui nunc obediunt, vt quondam suis Episcopis. à quibus, vt diximus, ad Christianam fidem sub Adelberto conuersi fuere. Tempore Haraldi Pulcricomis (Harfagro vernaculè, Ionæ) primi Noruegiæ monarchæ, sunt qui putant inhabitari cœptam: cùm hic nempe regulorum multitudinem expulisset ex Noruegia, qui nouas quærentes sedes, huc cum familiis commigrarunt, atque patriæ desiderium exuentes, mansere. Circa annum Christi millesimum hæc accidisse, verisimile mihi. Circa annum 874. scribit nominatus Islandus Ionas. apud quem habes horum Episcoporum omnium seriem & nomina. Primum eorũ Episcopum nominat Crantzius Islephum. Sub eorundem Noruegorum imperio fuisse ante annos ducentos ex excerptis Eclogis Nicolai Zeni habeo, vbi lego hanc insulam à Zichmi Frisiandiæ rege bello petitam, sed frustra, & à regis Noruegiæ militibus præsidiariis in hac insula positis repulsum. Quadripartita distinctione diuiditur, secundùm quatuor plagas mundi, in WESTFIORDVNG, AVSTLENDINGAFIORDVNG, NORDLENDINGAFIORDVNG, & SVNDLEDINGAFIORDVNG, quasi dicas Occidentalis quadrans, Orientalis quadrans, Septemtrionalis quadrans, & Meridionalis quadrans. Diuiditur in duos Episcopatus cathedrales, Schalholt & Hola: cum Scholis vtrique adiunctis. Sub Hola sunt monasteria Pingora, Remested, Modur, & Munketuere: sub Schalholdt Videy, Pyrnebar, Kirkebar, & Skirda. Ex Velleij huius tabulæ auctoris tamen scriptis ad me, intelligo nouem in ea esse monasteria: & templa præterea trecenta viginti nouem. Moneta carent sua, & vrbibus: nam montes habent pro vrbibus, & fontes pro deliciis. ita tradente Crantzio, qui specus eos plerumque habitare dicit, ad montium latera excauatis mansiunculis. quod idem quoque Olaus asserit, in primis tempore brumali. Ex ossibus piscium domos exstruunt, penuria lignorum. contra Ionas, dicit hic templa & domicilia exstare satis multa ex ligno, cespite, & saxis, satis magnifica & sumptuosa. Merces permutant, cum mercatoribus, mercibus. Delicias ignorarent exoticas, nisi eas interdum adiicherent exteri. Lingua vtuntur Cimbrica, siue veteri Germanica, qua nuper Sacra Biblia interpretata vidimus, Holæ (locus in tractu insulæ Boreali) typis elegantissimis excusa, anno 1584. Dixi, veteri Germanica; video enim eandem esse cum illa qua exstat libellus, sub titulo, Otfridi Euangeliorum liber, excusus. Præter equos & boues nullum iumentum apud hos esse, fatetur ipse Ionas. Præter Betulam & Iuniperum nullam ferre arborem, dictum Velleium testem habeo. At graminis adeò fœcundum solum ferunt in ea omnes qui de hac insula scripsêre, vt nisi pecus à pabulo interdum arceatur, ab aruina ne suffocetur, periculum. at frustra hoc, vt asserit dictus Islandus. Inidonea autem sementi faciendæ tellus, neque vllum fert frumentum, ideo piscibus vt plurimùm victitant. quibus quoque exsiccatis & contusis, tamquam in farinam redactis, loco panis in mensa vtuntur. Potus olim aqua, nunc autem fruges aliunde allatas huic miscere didicerunt; & simplicis vndæ, postquam exteri cum iis negociari cœperunt, oderunt haustum. Nam, vt mihi Georgius Bruno auctor est, Lubecenses, Hamburgenses, & Bremenses hanc insulam annuatim frequentant, farinam, panem, ceruisiam, mulsum, vinum adustum, Anglicos, & alios viliores pannos laneos, & lineos, ferrum, chalybem, stannum, cuprum, argentum, monetam auream & argenteam, cultros, calceos, mulierum vittas & pepla, pileos, & ligna ex quibus ædes & piscatorum cymbas construunt. Pro his contra exportant Islandi-

ISLANDIA.
Priuilegio Imp. et Belgico decennali A. Ortel. excud. 1585.
Glama.
VVESTFIORDVNG
BLOE.
Bald Iokul.
Occidens.
Sneuels Iokul.
Breydafiordur
Hiatus terræ fœtentes.
Hiams fiord
Huams fuert.
Perpetuæ nives.
Steingrimsfiord.
Arnarfiord.
Dyrafiord.
Iokulfiord
Iisfiord
Grumavig
Alvingar
Laugabak
Almanderfiord
Skagin
Skagafiord
Hafsiorderey
Eldey
Geie fuelasker
Geie riar
Rykianes
Tangi
Hafnarfiord
Skerifiord
Mosfelt
Lundur
Staphfolt
Melastadur
Hersey
Staps
Stadarsted
Londranga
Ondvertnes
Brimnes
Hiallarsfiord
Kolgarsfiord
Flatey
Bredevig
Hualo tuo
Talknafiord
Suganderfiord
Aunanderfiord
Bogadurvig
Rekavig
Straumnes
Bagadur
Fulva scapi
Sunderuig
Bardvig
Bielunervig
Drangans
Munadernes
Trekyllisvig
Beidi leisa
Keykiafiord
Skagafiord
Malm ey
Drang ey
Pugnaru eloster
Kangard
Klin vig
Grunda vig
Rosmalanes
Keslavig
Fons commutans lanat nigras in albas
Fons cereuisialis, qui aliquando ob dominij sui auaritiam sedem mutauit.
Scala milliarium Islandicorum.
5
10
15
20

Grims ey
Rauda gnupur
Rasa hassi
Fulmungavig
Langanes prom.
Rolsker
Huallacurs fiord
Huallfiord
Flat ey
Lundey
Sumingavig
Huisley
Skialfiandi fiord
Eyafiordur
Grimels fiord
Midfiord
Finnafiord
Sandvig
Digranes
Hof
Husevig
Bardur dalur
NORDLEN DINGAFIOR DVNG.
Munke tuere closter
Mokrufeld
Sand Iokul
Arnafelds Iokul
Fodinæ sulphureæ præstantissimæ
Balanes
Eydar fiord
His notis distinguitur limes inter vtramq; dioecesim
Aradal
AVSTLENDIN GAFIORDVNG
Pap ey
Oriens
SVNDLEN DINGAFIOR DVNG
Hekla perpetuis damnata ęstib. et niub. horrendo boatu lapides evomit
Hierskeyd
Mydals Iokul
Eyafialla Iokul
Solheimia Iokul
Meda land
Brolangs eyer
Horn
Ingolshofdi
Vaccæ marinæ
Eldor
WESTMANNA EIAR
ILLVSTRISS. AC POTENTISS. REGI FREDERICO II DANIAE, NORVEGIAE, SLAVORVM, GOTHORVMQVE REGI, ETC. PRINCIPI SVO CLEMENTISSIMO. ANDREAS VELLEIVS DESCRIBEB. ET DEDICABAT.

Islandicum pannum (vulgo Watman), ingentes sulphuris effossi moles, & maximam piscium induratorum copiam. & hæc quidem ex parte eius Occidentali & Meridionali. Ex Orientalis verò & Borealis insulæ plaga, vbi graminibus abundant, bouinas ouinasque carnes, butyrum, sæpe vellera, & ferarum pelles, vulpes, & falcones albicantes, equos, quales vt plurimum natura gradarios nutrit. Boues & vaccæ hic omnes cortubus carent: oues non item. Multa naturæ in hac insula admiranda describunt Saxo Grammaticus, & Olaus Magnus, quorum quædam, & præcipua hic enarrare libet. In primis est Hecla mons, perpetuis ignibus, instar Aethnæ, æstuans, non perpetuis, sed statis temporibus, vt inquit Ionas: vt ipsos in Annalibus retulisse addit. nempe 1104.1157.1222.1300.1341.1362.1389. & 1558. quæ vltima fuit in eo monte eruptio. Eiusdem naturæ alius mons, nomine Helgafel. i. Sacer mons. De quo monte dictus Bruno, vir editis vrbibus Orbis terrarum, omnibus vrbibus notissimus, scribit ad me, eum anno 1580. anno 1581. id factum refert Ionas, vt non in Hecla, at alio, Helgefel nempe. tanto fragore & tonitru ignes & saxa eructasse, vt inde ad octuaginta milliaria grandiores machinæ bellicæ explodi putarentur. Apud hunc vorago quædam, vbi spectra se offerunt, congressibus notorum hominum tam manifesta, vt tamquam viuentes accipiantur ab ignaris mortis illorum; nec deprehenditur error, priusquam disparuerint vmbræ. (fabulam hoc facit idem Ionas.) Spiritus in hac insula quoque, seu vmbræ conperiuntur, se exhibentes manifestos humanis in ministeriis, siue alio violento casu enectorum, vt refert Olaus. Drollos hos vocant, teste Rithaymero. (Drol. i. gigas montanus, teste Iona). Fons est qui fumigantis aquæ vitio natiuam rei cuiuslibet originem demolitur: & quidquid fumi huius exhalatione respergitur, in lapideæ naturæ duritiem transmutatur, forma dumtaxat superstite. Est fons pestilentis vndæ, quem qui gustauerit, perinde ac veneno prosternitur. Sunt latices cerealis poculi proprietatem imitantes. Sunt & ignes, qui cùm linum consumere nequeant, aquæ molliciem despascuntur. Sunt in hac quoque vrsi, corui, leporcs albi. etiam teste nostro sæpiùs dicto Islando, aquilæ albicantibus caudis; quos Plinius (vt addit) Pygargos appellauit. At qui omnia huius insulæ insolita naturæ miracula cognoscere desiderant, Albertum Crantzium, Saxonem Grammaticum, Ioannem & Olaum Magnos adeant, iisque fident adhibeant adimantque. Hisque adiungant quæ habet de ea Dauid Chytræus in Saxonica historia. Ni fallor, pertinet ad hanc insulam quoque fabula, quam Isacius ad Lycophronem habet, de insula quadam Britannica, in qua dicit mortuorum animas transportari. Est enim talis fabella trita vulgo nostro de Islandia.

Notarum, siue characterum huius Tabulæ explicatio.

A. Piscis Nahual. huius carnem si quis comedat, statim moritur: habetque dentem in anteriori capitis parte prominentem ad septem cubitos. Hunc quidam pro monocerotis cornu vendiderunt. Creditur venenis aduersari. Quadraginta vlnarum longitudinem habet belua. B. Roider, centum triginta vlnarum est, caret dentibus. Eius caro esui accommodatissima gratissimaque. Eius pinguedo multis morbis medetur. C. Burchvalur, caput habet toto corpore maius. Dentes habet multos & firmos, inde fiunt lateruculi. Est sexaginta cubitorum. D. Hyena, siue porcus marinus monstrosus, de quo legendum apud Olaum, lib. 21. E. Ziphius, monstrum marinum horribile, phocam nigram deglutiens. F. Cætus Britannicus, longitudine triginta vlnarum: dentibus caret, linguam habet septem vlnatum. G. Hroshvalur, quasi dicas equus marinus, iubatus in morem equorum. nocet piscatoribus. H. Maximum cetorum genus, quod rarò apparet, insulæ magis quàm pisci simile. Insequi minores pisces præ corporis immani illa mole nequit, capit tamen illos, sua quadam arte & astutia. I. Skautuhvalur, tota cartilaginea; raiæ aliquo modo similis: sed infinitis modis maior: insulæ speciem cùm apparet, præ se fert, alis naucs euertit. K. Seenaut, boues maritu, colore griseo; egrediuntur aliquando mari, & vicino in littore pascuntur, numero simul plures, naso folliculus adhæret, cuius beneficio in aquis viuunt. hoc rupto, aliis bobus se coniungunt. L. Steipereidur, cetorum mansuetissimus; pugnat contra alios cetos pro piscatoribus. Legibus publicis cautum est, ne quis huic noceat. Longitudinem habet centum cubitorum. M. Staukul, Germanicè *Springual*, integro die visus est stare erectus ex cauda. nomen habet à saltando. Nauiculis miruni in modum inimicus, humanas carnes plurimum appetit. N. Rostunger, qui & Rosmarus dicitur, vitulo marino similis: graditur in maris profundo pedibus quatuor, sed breuissimis: pellis eius vix vllis ictibus perforanda. Ex duobus dentibus dormiens pendet è scopulis duodecim horis. Singuli dentes vlnæ vnius longitudinem, totum corpus quatuordecim excedit. O. Sperma cetaceum, siue ambra vulgaris, Hualambur vulgò vocant. P. Ligna hæc ex Norvegiæ rupibus ventorum vi radicibus auulsa, post longas iactationes, & diuturnas ac immanes tempestates, huc confluunt. Q. Ingens & infinita glaciei moles ex mari congelato huc aduoluta, boatum & stridorem edens, partes huius sæpè ad cubitos quadraginta exsurgunt. his vrsi albi insident, piscium captandorum gratia.

Sed lubet Erasmi Michaëlis versus, quos habet libro 3. rei Nauticæ de Islandia, adiicere.

Vltima Parrhasias Islandia spectat in Arctos,
Sub Caurum porrecta gradus: non diuite tantùm
Læta solo, cùm vel cæcis occlusa cauernis
Sulphura flaua coquit mixtisque extrudit arenis:
Pabula vel lætis pecori gratissima pratis
Fundit, & oppletas inuestit gramine valles:
At vicina etiam solidos cùm littora pisces
Nec numeris, nec mensura certisve ferendos
Nominibus stipat, ratibusque immittere certat.
Prouentu siquidem vario cùm excesserit, vno
Hoc vincit tamen, & cumulato pisce redundat,
Aucta opibus fortesque animis complexa colonos.
Cuius & in Notios quæ pars iacet obuia ventos
Aestuat æternis per aperta foramina flammis,
Eructatque globos cinerum, trepidoque boatu
Hecla tonans inter sparsa pice fidera lambit.

Voces aliquot huius tabulæ interpretatæ:

Wic/ id est sinus: Iokul/ mons: Ey/ insula: Eyar plural. insulæ: Nes/ q. d. nas vel nues/ promontorium: Land/ q. d. land/ terra: Kloster/ claustrum, monasterium: Aust/ Oriens: West/ Occidens: Nord/ Septemtrio: Sudd/ Meridies: Flor/ quatuor significat.

RVSSIA
aut potiùs
MAGNI DVCIS
MOSCOVIÆ IMPERIVM.

HÆc Tabula non continet totam Rusiam, nam deest Polonia & Lithuania, quæ sub Rusiæ nomine etiam comprehenduntur: sed vniuersum imperium Moscouiæ Ducis, quod mari Glaciali à Septemtrione terminatur, ab Oriente Tartaros, à Meridie Turcos & Polonos, ab Occidente verò Liuones & Sueciæ regem, vicinos habet, exhibet: cuius omnes regiones sigillatim describit Sigismūdus Baro ab Herberstain: ad quem harum rerum studiosos lectores relegamus. De incolarum religione, ritu, viuendique more, hæc pauca libenter ex eodem excerpsimus. In religione ferè Græcorum ritum sequuntur. Eorum Sacerdotes vxores ducunt. Imagines in templis colunt. Infantes cùm baptizantur, ter in aquam toti immerguntur; aqua verò baptismatis singulis infantibus consecratur. Confessionem quamuis ex constitutione habent, vulgus tamen eam Principum opus esse, & ad nobiles pertinere existimat. Finita confessione, pœnitentiaq. iuxta delicti qualitatem iniuncta, signo crucis frontem pectusq. signant, magnoq. genitu clamant, Iesu Christe fili Dei, miserere nostri. Hæc est communis illorum oratio. Dominicam enim orationem perpauci sciunt. Communicant sub vtraq. specie, miscentes panem vino, seu corpus sanguine. Pueris septem annorum porrigunt Sacramentum: dicuntq. tum hominem peccare. Festos dies viri præstantiores, peractis sacris epulis, ebrietate, & vestitu eleganti venerantur; vulgus & serui plerumq. loborant; dicentes, feriari & à labore abstinere, dominorū esse. Purgatorium non credunt: pro defunctis tamen sacra faciunt. Aqua benedicta nemo se aspergit, nisi à Sacerdote adspergatur. Ieiunāt in Quadragesima septem perpetuas septimanas. Matrimonia contrahunt; Bigamiam concedunt, sed vix legitimum matrimonium esse putant. Diuortia admittunt. Adulterium non appellant, nisi quis alterius vxorem habuerit. Mulierum conditio miserrima est: nullam enim honestam credūt, nisi domi conclusa viuat, adeoq. custodiatur, vt nusquam prodeat. Gens astuta & fallax, & quæ magis seruitute quàm libertate gaudet. Omnes se Principis seruos fatentur. Rarò illi est quies: nam aut bellum Lithuanis, aut Liuoniensibus, aut Tartaris infert: aut si nullum bellum gerit, sunt in præsidiis circa Tanaim & Occan fluuios, ad reprimendas Tartarorum deprædationes. Tunicas oblongas, sine plicis, manicis strictioribus, Hungarorum ferè more gestant: ocreas ferè rubeas easque breuiores, vt quæ genua non attingant, soleasq. ferreis clauiculis munitas habent. ventrem nequaquam, sed fœmora cingunt; atque adeò pubetenus, quo magis promineat venter, cingulum demittunt. Iustitiam strenuè exercent in prædones. Furta & homicidia rarò capitali pœna puniuntur. Monetam argenteam habent, non rotunda, sed oblonga & ouali quodammodo forma. Pellibus nobilibus ac pretiosissimis, quæ hinc per totam Europam exportantur, regio abundat: & vbique ferè siluosa est. Hæc omnia ex citato Sigismūdo. Plura de his regionibus habes apud Mathiam à Michou, Alexandrum Gaguinum in libello de Sarmatiis, Alberti Crātzij VVandaliam, P. Iouium de legatione Moscouitarum ad Clementem VII. Albertum Campensem ad eundem, & Itinerarium Persicum Ambrosij Contareni. Sed videndus est etiam Bonfinij liber I. & II. Decadis primæ rerum Hungaricarum; item liber primus vitæ Basilidis, ab Oderbornio descriptæ. item Saxoniæ Chronicon Dauidis Chytræi.

RVSSIAE, MOSCOVIAE ET TARTARIAE DESCRIPTIO. Auctore Antonio Ienkensono Anglo, edita Londini Anno. 1562 & dedicata illustriss: D. Henrico Sydneo Wallię presidi.
BIARMIA
MARE SEPTEN
TRIONA
LAPPIA.
IOANNES BASILIVS MAGNVS Imperator Russię, Dux Moscouię &c.
CORELIA
CARGAPOLIA.
PERMIA
LITVANIA
CRIMEA.
CHIRKASSI
PETIGORSKI
ASTRACAN.
MARE CASPIVM
Scala

Zlata Babu, id est aurea vetula ab Oboriunis, et Iowgoriunis religiose colitur. Idolum hoc sacerdos consulit, quid ipsi faciendum, quoue se migrandum, ipsumq; dictumirum certa consulentibus dat responsa, certique eventus consequuntur.
MOL GOM ZAIA.
BAIDA.
COLMACK.
Horum regionum incolæ Solem, vel rubrum pannum pertica suspensum adorant. In castris vitam ducunt; ac omn animalium, serpentiu, vermiu q, carne vescuntur ac proprio idiomate vtuntur.
O Y E D A
Oba fl.
KITAIA LACVS.
Hæc saxa homiumentorium camelorum pecorumque, cæterarumq; rerum formas referentia. Horda populi gregis pascentis, armentaq; fuit. Quæ stupenda quadam metamorphosi, repente in saxa riguit, priori forma nulla in parte diminuta. Euenit hoc prodigium annis circiter 300. retro elapsis.
CAS
SAC
A I A.
A R
K I A R I.
Kirgessi gens cæteruatim degit, id est in hordis habetq; ritium huiusmodi. cum rex diuinam ipsorum sacerdos peragit, sanguinem, lac, & simil iumentorum accipit, ac terræ miscet, inq; vas quoddam infundit, eoq; arborem scandit, atq; cœlestem habita, in populum spargit, atq; hæc aspersio pro Deo habetur & colitur. Cuiusquis diem inter illos obit, loco sepulturæ arboribus suspenditur.
VRK
Canqusla Shayfuram vsq; 20. dierum habent, sine vllis sedibus, cum summa penuria. A Shayfura vsq; Bogar, pari interuallum latrocinijs infestum.
Sir fl.
BO
TASKENT.
Tasken
SHA MAR GHAN.
Ahnow fl.
Kyrmi
GH AR.
Cosin
Shuyfure
Vrgeme
Sohok fl.
Cant
Oxus fl.
Ghudow
Bogfier
Asfow
KIR
Corasan parua, à Rege Persico adiuuantibus Tartaris 1558 expugnata fuit.
Mar
Caruakol
Shamarcandia olim totius Tartariæ metropolis fuit, at nunc ruinis deformatus iacet, vna cum multis antiquitatis vestigijs. Hic conditus est Tamerlanes ille, qui olim Turcarum Imperatorem Bayasitem aureis catenis vinctum, circumtulit. Incolæ mahometani sunt.
Kirssiy
Aridghen
GES.
Corasan
MHOGOL
SIA.
Balgh
Casaura, hinc triginta dierum itinere orientem versus incipiunt termini imperij Cathayi. Ab his limitibus ad Cambalu, trium mensium iter interiacet.
560 640 720 800
420 480 540 600
140 160 180 200

TARTARIA,

SIVE

MAGNI CHAMI

IMPERIVM.

QVI Tartaros describere velit, multas nationes describat necesse est, & easdem longè ab inuicem distantes. Nam Tartaria hodie ferè vocatur, quidquid terrarum ab Orientali Oceano, siue Mangico, positum est inter Septemtrionalem Oceanum & Meridionales Regiones, Sinam, Indiæ partem extra Gangem, Sacos, Iaxartem (hodie Chesel) fluuium, mare Caspium & Mæotidis paludem; & ad Moscos pænè Occidentem versus: quia hæc omnia ferè occupauerunt Tartari, & in iisdem locis resederunt. Ita vt antiquorum Scriptorum Sarmatiam Asiaticam, vtramque Scythiam, Sericamque Regionem (quæ fortasse hodie Cataio est) comprehendat.

Horum nomen anno salutis M.CC.XII. primùm in Europa auditum est. In *Hordas* diuiduntur, quæ vox illis significat, conuentus aut multitudo. Sed vt varias longè lateque distantes prouincias inhabitant, ita neque in moribus aut vitæ genere omnes conueniunt. Homines statura quadrata, lata facie & obesa, oculis contortis & concauis, sola barba horridi, cetera rasi; corpore valido, animo audaci, equis, aliisque animalibus quoquo modo interemptis suauiter vescuntur; demptis porcis, à quibus abstinent: inediæ somnique patientissimi; equitantes porrò, si fames sitisque illos molestauerit, equis quibus insident venas solent incidere, haustoque eorum sanguine famem pellunt. Et quoniam incertis vagantur sedibus, stellarum, in primis verò Poli Arctici, quem ipsi sua lingua *Seles nicol*, hoc est, ferreum clauum (teste Sigismundo ab Herberstein,) vocant, adspectu cursum suum dirigere solent. Vno in loco non diu commorantur, rati grauem esse infelicitatem diu in eodem loco hærere. Iustitia apud illos nulla. Homines sunt rapacissimi, nempe pauperrimi; vt qui alienis semper inhiant. Auri & argenti apud eos nullus vsus.

Vides in hac regione Tangut prouinciam; hinc omne Rhabarbarum, quod per totum terrarum orbem consumitur, ad nos & vbique gentium defertur. Est hîc quoque Cataia Regio, cuius Metropolis est Cambalu, quæ, vt Nicolaus de Comitibus tradit, duo detriginta Italica milliaria in ambitu habet, aut, vt M. Paulus Venetus scribit, triginta duo. Quadrata est forma, in singulis angulis arces constructæ videntur, quatuor milliariorum circuitum habentes, in quibus continuè Imperatoris præsidia sunt. Quinzai verò vrbs Mangi prouinciæ, quæ Orientem versus ad Oceanum Eoum conspicitur, hanc amplitudine excedere creditur; hanc namque idem M. Paulus, quem circa annum à natiuitate Domini 1260. ibidem habitasse constat, centena milliaria comprehendere scribit. Idem Odericus de Foro Iulio asserit, qui eam *Cansay* vocat. In lacu dulci sita est. Sunt in ea 1260. pontes, quorum quidam tantæ altitudinis sunt, vt naues onerariæ pansis velis subter eos transeant. Magnus Cham ibi statiuum præsidium 12000. militum habet. Vrbs admodum magnifica est, & amœna, inde nomen quoque adepta est, cùm Quinzai, Cæli ciuitas interpretetur.

Tartari Imperatorem suum Cham vocant, quod idem sonat quod Princeps; sic enim Cambalu, Principis sedes, vel vrbs, interpretatur. Sigismundus ab Herberstein scribit Tartaros se ipsos Besermannos vocare.

Tartaros, eorumque mores & ritus accuratissimè descriptos habes apud Sigismundum ab Herberstein, & Martinum Broniouium: item in Speculo Historiali Vincentij Beluacensis lib. 30, 31, & 32. Vide & Antonij Bonfinij Commentaria Hungarica; M. Paulum Venetum, quem diu inter illos vixisse constat; & Itinerarium Iosaphæ Barbari Veneti. De eorum origine lege Matthiam à Michou, Haythonum Armenum, Cælium Curionem in historica Saracenica, & litteras Iacobi Nauarchi Iesuitæ. De Tartaris habes etiam quædam non negligenda in itinerario duorum Monachorum ad hanc terrarum plagam missorum à Gregorio IIII. P. M. circa ann. 1247: apud Nicephorum libro 18. capite 30. Habet & Laonicus de Tartaris sub Scytharum nomine variis in locis multa, vt & Gregoras alius scriptor Græcus. De iisdem multa Dauid Chytræus in Saxoniæ Chronico. Nemo autem pleniùs Tartarorum mores describit Guilielmo Rubricio, S. Francisci Monacho, cuius itinerarium his partibus, anni 1253. exstat apud me M. S.

EVROPAE PARS.
Solofki monasterium
Pinego
CONDORA
Colgoyeue
OBDORA.
Pechora
DVCIS MOSCOVIAE CONFINIA.
Vaigatz
Cingolo
Sibir
Kondori
Teron
Crustima
Themisbi
Chirai
Kytaia lacus
CASAN.
Bulgar
Cham
Slouoda
Calino
Colteuiz
Corelniz
Hic magnus prouentus calami aromatici.
ZVIRIA
GEORGIANI.
ASTRACAN
Mechet
Astracan
Mar Maggiore
Mar de Bachu olim Mare Caspium, et Hyrcanum.
Baschirdorum horda.
TARTARIA, Quę Sarmatiam Asiaticam, & vtramque Scythiam veterum comprehendit.
Zibierairorum horda
TVRCHESTAN Regio vnde tisfmontani 10. Tribuum socij ante 600. annos sunt accessi à Persis contra Ismaelitę Mahumedis arma.
Desertum Apastachit.
TARSE.
SIRVSION.
MAVRENAHER.
Cheselites
Cane
Cheselites
Sochar
Eilach
Tanchit
Tersis
Sacha
Sacin
Sosfrid
Sacin
Kibuar
Cotan
Poin
Cassar
Asu
Vesgirt
Achsiges
Ecaicam
Yeluaim
Asarest
Sermen
Daran
Terment
Cherezan
Bichend
Corus
Chiarge
Samarchand
Tamberlan
Bichend
Lacho
Sarachiuch
Sarachiuch
Sarachiuch
Mahumedis
Mar
Cosmos
Rysan
Frutach
Canabu
Caracus
Cheselites
Cane
ZAGATAI.
SAMARC.
HAND.
SIM.
TA CALISTAN.
Tabor sen Tybur, vmbilicarius Tatarorum Regio, vbi licet olim libros sacros perdidissent, sunt tamen vnitis sub vno rege, qui 1540. in Gallian vsq; ad regem Franciscum id nominis primum venit, et postea a Carolo V. Maiore igni sue infidelitatis poenas luit: quia secrete solicitabat Christianos principes ad Iudaismum, de qua re Carolum V. alloquutus erat.
CHIORSA.
Desertum Caracoranum
Mons Althay, vbi oēs Tartarię imperatores sepeliuntur, ab Platone Armeno sub noīe Belgian describi videtur.
Magnus Cham, (quod lingua Tartarorum Imperatorem sonat) maximus Asię princeps.
Caracoran
Taingin
Desertum Lop.
Cataicora
Caracoran
TANGVT. Hic artē imprimendi ante mille, vt ferunt, annos habuerunt.
Gauta
Campion
Chinchi
Succuir
His montibus Rhabarbarum prouenit
Cambalu Cataie metropolis, habet 18. mill. in circuitu.
Cangi
Gonza
Pons marmoreus 300. pass.
Daria
Sochgi
TENDVCH.
Sindiu
Cunchin
Cacinfu
Cacinfu
Cacinfu
CAMVL
Sachio
Singui
Calis
Camul
Turfan
ERGIMVL.
Ergimul
CAINDV.
Caindu
Sindiu fu.
Lacus salsus
Sazechian
Carazan
CARAZAN.
Caraia
THEBET
Thebet
Cacho
Cipribrit
Pharacu
Gingui
Sargora
TIPVRA.
Brior fl. auriferi
Mesu
Bonpruo
Zeheng
MOIN.
Minla lacus
Monte Vssonte
Cum Priuilegio.
Continet hęc tabula oēm Tartariam, cum reliqua Asię Orientalioris vsq; Oceanū Eoum parte, Magno Chamo obediente: Cuius imperium Obij fl: Kataia lacu: Volga fl: Mari Caspio, Chesel flu: Vssonte monte, Thebet regione, Caromoram fluuio, & Oceano terminatur.
OCCIDENS
SEPT
Danorum siue Danitarum horda, 1. deiectio siue descensio aut expulsio.
Ciremissorum horda.
Nepthalitarum horda.
Turbolicus
Turborum horda.
Vsezucanorum horda.
Chiesanorum horda.
Mecritorum horda.
BARGV regio palustris
Taigin
TABOR REG.
BELGI
Paliganeu
Xandu
Cambalu
Cataie
Pons marmoreus 300. pass.
Gonza
Daria
Sindiu
Cacinfu
Rosam
Tacan
Cacho
Cipribrit
Pharacu
Gingui
Sargora
Mesu
Zeheng
Bonpruo
Minla lacus
Brior fl. auriferi
PARS INDIAE

TAR-
TARIAE
SIVE MAG
NI CHAMI
REGNI
typus
SCYTHICVS
AMERICAE
VEL NOVI OR
BIS PARS
STRETTO DI ANIAN
MARE
CIN.
Mar Vermeio
C. Californio
Tabin Prom: Plin.
Quinsai id est
ciuitas celi
Campu
Vgun
Vngue
Tanzu
Almarofin
Vnguen
Sinauin
Cauizu
QVINCI
Tingui
Vgui
Fungin
Cangiu
Sacrat
Zangia
Quelinfu
Pagana
XAN
TON
Tinzu
Brema
Aspicia
Spilo
Pelho
QVAN
Nimpo
C de Liampo
Isola di fogo
Lequino grande
Isola fermosa
S. Maria
Taxuma
7 Islas
Laim
Dos hermanos
Minas de plata
BAN
DVMIA
Oxote
Amanguco
BVNGO
Bungo
IAPAN
Meaco
Osaquo
S. Thoncas
TONSA
Japan insula, à M. Paulo
Veneto Zipangri dicta,
olim Chryse, a Magno
Cham olim bello petita
sed frustra.
Cazo
nes
Y. del ripa
ro
Ysola di Cedri
Y. delle perle
La farsana
Volcani del fuego
Lanieni
Rocha patida
S. Bartholemeo

CHINA.

ANC regionem descripsit peculiari libello Bernardinus Scalantus, Hispanica lingua, ex quo nos hæc pauca in Latinam transtulimus. Vastum hoc regnum Chinæ, incolæ TAME, & se ipsos TANGIS vocant. A vicinis accolis autem CHINA nominatur. Fines huius regionis sunt ab Oriente Mare Eoum, Cauchinchina prouincia à Meridie: Bramas ab Occidente, à Septentrione verò Tartaros vicinos habet, gentem bellicosissimam, à quibus muro manufacto, & monte natiuo, disparatur. Regio soli & cæli temperie, nec non hominum industria, omnium rerum ferax. Habet enim homines minimè desidiosos, sed labori assuetos.

Ociari namque hîc ignominiosum est. Auri, argenti, & rhabarbari hîc magna copia. Mare quod regionem alluit, & flumina, quæ eam irrigant, omni genere piscium abundant. In montibiis & pratis pecorum greges infiniti. Siluas & nemora incolunt apri, vulpes, lepores, cuniculi, zebellini, martes; aliaque id genus animalia, quorum pelles in vestimẽtorum vsum expetuntur. Auium omnis generis, præsertim aquaticarum vbertatem, hinc colligere licet, quòd in vrbe Canton, ex minoribus huius regni vna, ad decem vel duodecim anatum millia, singulis diebus in mensis consumuntur. Loca arentia tritico & hordeo conserunt. Humida, plana, aut palustria, oryza; cuius quater in anno sementem faciunt, ex qua quoque præcipuus eorum consistit victus.

Eminentiora præruptaque loca habent pineta, quibus panicum, leguminaque interserunt. Nullus itaq; locus, nullus ager infrugifer: & vbique horti, rosæ, & varium genus florum, frugumque. Sed & linum, vnde his multiplex vestiũ genus, studiosè colunt, sed ante omnia saccarũ, (cuius hîc immensa feracitas:) & morum arborẽ, ad nutriendos bõbyces, quod præstant huius arboris folia. Serici enim hîc magnus prouẽtus, & præcipua incolarũ negociatio.

Sunt in hoc regno ducentæ quadraginta vrbes celebres, quarum nomina terminãtur hac syllaba *fu*; quod vrbem significat: vt Cantonfu, Panquinfu. Opida quorũ ingens est numerus, in *cheu*. Pagi innumeri sunt, incolis frequentes, ob continuam agriculturam. Omnes ferè vrbes ad ripam nauigabilis cuiusdam fluminis sitæ sunt, largis profundisque fossis & muris munitæ. Hi muri ab inferiori parte viuis lapidibus, à superiori coctilibus extructi sunt, (loco calcis, terra figulina vtuntur, eadem cum ea ex qua vasa quæ vocantur porcellanica finguntur, firmissima) quorum nonnulli tantæ sunt altitudinis atque crassitudinis, vt quatuor aut sex homines vnà incedere possent. His per interualla propugnacula altiora, ex quibus prospectus in procul dissitos agros patet, sunt imposita. Ab vtraque horum murorum parte pomœria relinquunt tantæ capacitatis, vt sex equitibus per ea coniunctim iter sit. Atque hoc murorum opus tam solidum, sineque vllis fissuris conspicitur, vt recenter factum quis putaret, cùm tamen horum nonnullos ante bis mille annos constructos ex eorum annalibus constet. Introitus vrbium per portas magnificè ad miraculum vsque exstructas. Plateæ quasi ad libellam factæ, nusquam à recta linea declinantes, tantæ sunt amplitudinis, vt iter præbeant decem quindecimue vnà equitantibus: hæque passim interstinguuntur arcubus triumphalibus, qui vrbes vltra modum ornant. Lusitani quidam referuut se vidisse in vrbe Fuchco turrim quadraginta innitentem columnis ex solido marmore, quarum altitudo erat quadraginta palmorum (mensura architectonica) latitudoque duodecim. Hoc opus esse tantæ magnitudinis, tam exquisitæ elegantiæ, tam insignis splendoris atque ingentis sumptus, vt omnes totius Europæ magnificas structuras longè pòst se relinquere existiment. Vrbium magnitudinem ex eo coniicimus, quòd Canton quam vnam ex minoribus diximus, habet in circuitu 12. millia passuum; vltra 355. præter eius suburbia, quæ sunt grandia & populosa.

Genti facies lata est, barba rara, nasus simus, oculi parui: etsi quidam inter eos sunt forma satis decora & proportionata. Color vt Europæis; subfuscus autem iis qui circa Canton habitant. Rarissimè vel numquam patrio solo excedunt, neque facilè peregrinum admittũt, imprimis ad interiora regionis; nisi fide publica à rege fuerint donati. Opulenti vel diuites sericeis indumentis vestiuntur; coloribus variegatis. Infima sors hominum gossypinis & nigris vestitur, atque lineis, ex lana enim panni conficiendi ratio iis in vsu non est. Viri comam (vt apud nos mulieres) nutriunt, eamq; componunt circa verticem in nodum, quem clauo argenteo constringunt. Feminæ eandẽ comunt valde eleganter, auroq; & vario gẽmarum genere exornant. Vnguentis pigmentisque, vt apud Hispanos mos est, se depingunt. Neque in publicum vnquam prodeunt, nisi sellis tectis portatilibus, & domestica familia consociatæ.

Licitum viris plures duxere vxores, quarũ vnam domi retinent, ceteras diuersis in locis disponunt. Adulteros vltimo afficiunt supplicio. In vrbibus nullum lupanar, omne meretricium genus in suburbia relegatur. Nuptialia festa celebrant tempore nouilunij, & ferè Martij mensis, qui dies illis primus est ineuntis anni. Hæcq; festa peragunt, vti apud nos, splendidè, & magno apparatu. Conclauia tapetibus sericeis vestiuntur, sternunturque, ac flores sparguntur. Per multos dies continuos conuiuatur. Organa musica ludosq; histrionicos adhibent. Comessationibus & potationibus adeò strenuos se exhibent, vt neque ipsis Germanis aut Flandris ne minimum quidem cedant. Cibum autem manibus minimè tangunt, sed furcula aut vnco argenteo ori imponunt. Ad mensam sedent in cathedris, scamnisque, vt Europæi; non in terra, vt ceteri solent Asiatici. Gens est admodum ingeniosa, adeò vt currus excogitarint fabricauerintque, quos velis ventisque, per campos & loca plana, vti nauigia per mare, dirigere optimè norint. Imprimendorum librorum artem, diu antequam nos eam excogitassemus, isti libris excusis mundo exhibuere. Et cùm in hac regione pro locorum natura, differenti vtantur lingua, adeò vt alter alterum minus intelligat quàm Hispanus Cantabrum, (aut Germanus Gallum,) scriptura & charactere tamen alter alterius mentem optimè comprehendit. Omnes itaque huius regni regionum incolæ, vt & Cauchinchinæ, & insularum Lechiorum, vel Lequiorum, vno eodemq; vtuntur alphabeto, (vt vocant,) vel potius litterarum pictura: qua omnes res, omnemque loquendi formulam, scitissimè exprimunt. Exempli gratia; Ciuitas, vel opidum, alter *leombi*, alter *fu* vocat, omnes autem hoc vocabulum hac eadem nota depingunt. Eodem modo *cælum*, quod isti *guant*, tali : Rex, istis *bontai*, tali designant: atque sic cetera. Vtuntur namque huiusmodi vltra quinque millia rerum & verborum notulis. Scribit aut nugatur Gasparus Balbus in suo Itinerario Indiæ Orientalis, habere eos sexaginta millia litterarum. In scribendo autem imprimendóue non vt nos, à sinistra ad dextram, neque ordine inuerso vt Hebræi, sed supernè rectà deorsum lineas ducunt.

Habet

Cum priuilegio Imperatoris, Regis, & Brabantiæ, ad decennium. 1584.
BENGALA.
PAN
Gangis fluuius.
C. Agouro.
Bengala.
Satigão.
Aracão. C.
GO
Chiama lacus.
MALACA.
SIÃO
PEGV.
Cincipiu. C.
SVINAM.
CAVCHIN-CHINA.
CHIAMPA.
Cochinchina.
Quisbenhu.
Hilam.
C. Quichio.
QVANCII.
QVICHEV.
Saitão.
Inuhosa inf.
Pracel inf.
Bor-neo.
MERIDIES.
Las Philippinas.
SINVS MAGNVS.
Cubo.
Minda-nao.
CAN-TAM.
Pente.
Macoa.
Chinchéo.
Boa ventura
La Mao
Chilaquio
Chinquio
Inf. Formosa.
QVIEV.
QVANCII.
FVQVA
CHE
QVIAM
C. Chiquano.
Zianhēhu.
Hoiçma mhu.
Pia-chio.
Niam-chezu.
Linquan.
Hiquchau.
Chia.
Chilau.
Quicouu.
Quam-chiu.
Lanchiu.
Pacchino.
Sabiu.
Huquan.
Iampeu.
Iulo.
Chinquan.
Imaicheo.
Auay.
Lanciomadera.
Isola de Sofala.
Ilhas dos Comes.
Ilhas dos Ladrões.
Ilhas de Sandaly.
Ilhas de Sumbar.
Ilhas de Sumatra.
Ilhas de Sumbaua.
Ilhas de Timor.
Ilhas de Ternate.
Ilhas de Tidore.
Ilhas de Gilolo.
Ilhas de Bandan.
Ilhas de Ceram.
Ilhas de Mindanao.
Ilhas de Luçon.
Ilhas de Sulo.
Ilhas de Borneo.
Ilhas de Celebes.
Ilhas de Java.
Ilhas de Sumatra

MVXENTVS.
DESERTVM
DOVISIVAL.
REMAI ER.
BRAMAS.
Lacus.
SAN CII.
XIAM XII.
HONA O.
QVINCII.
XANTON.
SEPTENTRIO
Scala leucarum; quarum nouemdecim, gradum efficiunt.
20. 40 60 80 100 120 140 160 180 200 220 240
Vterius littora incognita sunt.

Habet hoc regnum nauium triremium cymbarumque omnis generis, quibus maria fluminaque traiiciunt, infinitum numerum: adeò vt cùm huius Regis potentiam ostentare cupiunt, prouerbio dicere soleant, eum iunctis nauibus pontem sternere posse, qui China Malacam vsque pertingeret. quod interuallum est quingentarum & amplius leucarum. Regio enim quia maritima est, & passim fluuiis nauigabilibus irrigatur, haud minori populorum frequentia in nauibus, quàm ædibus habitatur. Sunt qui numquam nauibus egrediuntur, sed perpetuò in iis hærentes, piscationi & aucupio operam dant vnde sibi victum quærunt: piscium enim, vt dictum est, & auium hîc admirabilis copia. Quamuis hæc regio vltra modum animalium ferax sit, arte tamen hanc feracitatem adaugent hoc artificio. Vere duo aut interdum tria millia ouorum fimo condunt, (vt in Alcairo Ægyptij) cuius calore suo tempore erumpunt anatum pulli. Idem tempore hyemis faciunt, at tunc oua non fimo condunt, sed sportæ arundinaceæ imponunt, cui ignem seu focum tepidum substruunt, vnde aliquot dierum spacio, æquè prodeunt. Sed & hunc norunt piscandi modum: In iis ciuitatibus quæ situm habent (vt ferè omnes huius regni) in ripis fluminum, mergos (coruos marinos Hispanus nominat) magno numero in caueis alunt, hos nauibus impositos ad fluminis profundiora deuehunt, ibidemque constrictis leuiter harum auium collis, ne pisces in ventriculum nempe descendere queant, aceruatim in aquam proiiciunt, ibidemque eas tam diu sinunt, donec ingluuiem piscibus tumentem conspexerint, atque tum ad naues redeuntes, intromittuntur, omnemque capturam heris ante pedes euomunt. Hocque toties quoties visum fuerit piscatoribus, reiterant. Atque cùm demum ad caueas redierint, tunc colla earum dissoluuntur, & esca consueta saturantur affatim.

Tota hæc regio vni subest regi, tamquam monarchæ, quem Mundi dominum, & Cæli filium vocant. Paquin vrbs versus Tartariam, regia eius sedes est. Ex hac nũquam nisi tempore belli egreditur. Manquin ciuitatem quondam eius prædecessores habitauere, in cuius memoriam ibidem aurea tabula magno honore custoditur.

Hæc, regis qui hodie regnat, nomen inscriptum tenet, tegiturque preciosissima cortina, quam nisi festis diebus non retegunt, eamque tunc superstitiosa quadam obseruantia, quasi ipsam Regiam referret maiestatem, venerantur. Aiunt hunc cùm bellum aduersus Tartaros gerit, in exercitum ducere trecenta peditum millia, equitumque ducenta: at gentem non adeò bellicosam esse, addunt. Habet sub se gubernatorem, quasi proregem; quem ipsi Tutan nominant. Hic caussarum totius regni disceptator & iudex. In iustitia administranda huic magna seueritas. Latrones & homicidæ perpetuis carceribus custodiuntur, donec aut flagris, fame, vel frigore vitam finiant. Quamuis enim vltimo supplicio (quod serè flagellatione constat) condemnentur, sententiæ tamen executio adeò tarda, vt maxima horum condemnatorum pars in vinculis naturæ cedat. Hinc tantus incarceratorum vbique in ciuitatibus numerus, vt in vna vrbe Canton sæpenumero millesimum decimum quintum excedat. Furta, (quo nullum crimen his partibus odiosius) flagri verberibus crudelissimis puniuntur. Flagellationis hic modus est. Hominem pronum ponunt, manibus à tergo religatis; hunc, flagro ex arundine aut calamo facto, suras crurum percutiunt, cuius ictus adeò vehemens, vt primo verbere sanguis eliciatur; secundus ictus adeò facinorosum excruciat, vt in pedes consistere nequeat. Singula crura singuli carnifices flagellant; tanta vehementia, vt plurimi ex quinquagesimo aut sexagesimo ictu vitam finiant, omnes enim nerui disrumpuntur. Lusitani referunt singulis annis eo mortis genere vltra duo hominum millia interire. Flagrum hoc latitudinis est quinque digitorum, crassitudine vnius, quod continuò aqua tingunt, vt flexibilius sit, & maiori impetu cædat.

Quod ad religionem huius gentis attinet, credunt omnes res creatas, omniaq. inferna, atq. horum gubernationem pendere à supernis, atq; Cælo; quem maximum omnium deorum credunt, eumque primo alphabeti charactere exprimunt. Solem, Lunam, & Stellas adorant, etiam Cacodæmonem, (quem ea forma, qua nos Europæi, depingunt) ne mala eis adferat, vt ipsi ferunt. Sumptuosissima habent tam in vrbibus, quàm in agris, templa. Etiam duplex genus sacerdotum: alterum candido vestitur, raso capite, & in commune viuit, vt nostri monachi; alterum atro, promisso crine, & seorsim habitat; vt nostri presbyteri. Neutrum vxorem ducit: horum vita tamen satis impudica & obscœna. Hactenus ex Scalanto. Libet his adiungere quædam ex aliis. Ioannes Barrius in suis Asiaticis Decadibus tradit hunc regem quindecim sub se habere prouincias, admodum amplas; quas illi Gubernationes nominant: additq; hunc solum præstare potentia & opibus, ceteros omnes vicinos Asiæ principes, eiusque annuos reditus superare totius Europæ diuitias. In mechanica omnis generis conficienda supellectile adeò dextri & nitidi, vt opus à natura creatum, non manufactum videatur. Ad vrbem Nimpo, quam alij Liampo nuncupant, obseruasse ait quosdam ex Lusitanis trium mensium spaciô, nauigio euectas 166000. serici libras. Odoardus Barbosa scribit, gentem esse humanam & liberalem, vestiri instar Germanorum, quos quoq; in pronunciando, voce admodum imitantur. Figulina illa opera pellucida, niueq; candidiora, quæ apud nos in pretio sunt, & porcellana vocantur, apud hos fiunt, hoc modo. Cochleas quasdam marinas ouorum testis miscent, aliaq; quædam addentes, subigunt; & massam faciunt. Hanc sub terra condiunt, ibique eam macerari ad octuagesimum vel centesimum vsq; annum sinunt, hæredibusq; suis preciosi theasauri loco relinquunt. Ipsiq; ea vtuntur quam aui atauiq; posuere. Obseruantq; ex veteri instituto, vt qui veterem tollat, recentem eius loco recondat. Antonius Pigafetta vocat hunc regem totius orbis terrarum potentissimum. Eius regiam tradit septemplici muro munitam, satellitiumque ibidem habere decem millium militum; eumdemque imperare septuaginta regibus regali diademate coronatis. Muschum hinc ad varias orbis partes deuehi, idem asserit. Andreas Corsalis addit Rhabarbarum, & vniones.

In Iesuitarum Epistolis typis editis obiter quædam de hoc regno quoque describuntur. Huius populos Sinas vocari à Ptolemæo, situs demonstrat, neque vox abludit. China enim cùm scribant Hispani, Lusitanique, Sina tamen pronunciant. De huius regionis situ & natura, deque incolarum ritu & moribus exstat quoque volumen Ioannis Gonzalis. De eadem vide quoque Iesuitarum litteras editas, & Ferdinandum Lopesium. sed imprimis sextum Maffeij lib. de Reb. Indicis. item Bibliothecæ Selectæ Posseuini caput nonum libri noni partis primæ.

IAPONIA INSVLA.

DE HAC Insula sic Ioan. Petrus Maffeius lib. 12. Historiar. Indicar. Quam vulgò Iaponiam vocant, eæ precipuè tres insulæ sunt, circumfusis aliis minoribus interfluo euripo disiunctæ. Prima & maxima in satrapias aut regna tria & quinquaginta diuiditur: eius caput est vrbs Meacum: inde tota insula denominatur. altera Ximen appellant. hæc satrapiis regnísve censetur nouem. nobilissimas habet vrbes Vosuquin & Funaium regni Bungensis. Tertia dicitur Xicocũ: satrapias aut regna continet non plus quatuor: insignis maximè Tosa vrbe regni cognominis. Ita Iaponię vel regna vel satrapiæ (sunt enim cõplures in quas vocabulum regni minimè conuenit) in vniuersum numerantur sexaginta sex. Totius terræ longitudo fermè in ducentas, vti ferunt, leucas excurrit. huic nequaquam respondet latitudo: decem tantùm alicubi patet: summum triginta non amplius. de ambitu nil dum certi proditum est. Iacet ab Æquatore in Arctum à trigesimo gradu ad trigesimum ferè octauum. Ab Oriente obuersa est Nouæ Hispaniæ, centum & quinquaginta leucarum interuallo. A Septentrione Scythas vel Tartaros, & alios ignotæ feritatis populos, ab Occidente adspicit Sinas, varia pro littorũ flexu excursúve distantia: siquidem ab vrbe Liampo, qui Sinarum regnis in Ortum est limes: ad Iaponiæ insulam Gotum, quæ prima inde nauigantibus occurrit, leucas numerant sexaginta: ab Amacano autem, occiduo emporio, vbi Lusitani fermè negotiantur, ad eandẽ Gotum, leucarum ducentarum nonaginta septem traiectus est. A Meridie, Vasto mari interfusò, inexploratas habet terras, è quibus casu nautas olim quosdam in Iaponiam delatos fama est, neque inde soluisse. Tellus maxima ex parte niualis ac frigida, neque admodum ferax. Septembri oryzam (is cibus est communis omnium) quibusdam etiam locis Maio triticum metunt: neque ex eo pane more nostro, sed genus quoddam offæ, seu polentæ conficiunt. Salubris cæli temperies: aquæ bonæ: calidas etiam alicubi, medicos in vsus emicare cognitum est. Editi præruptíque montes, cùm alij passim, tum duo præcipua nobilitate visuntur, quorum alter, incertæ appellationis, adsiduè flãmas euomit: inq. eius cacumine, certis hominibus, postquam voti caussa diu se macerauerint, splendida circumfusus nube sese cacodæmon ostendit: alter Figenoiama nomine, leucarum aliquot adscensu trans nubes attollitur. E terræ visceribus incolæ varia effodiunt metalla: & longinquas nationes ea merce pelliciunt. Arbores vel ad amœnitatem, vel ad fructum serunt haud absimiles nostris. vnius tamen, quæ palmam imitatur, ignoto nomine, admirabile prorsus ingenium. siquidem (vti perhibent) humorem quemlibet reformidat: si fortè maduerit, contrahit illico sese, ac veluti pestifero contractu marcescit. remedio est, auulsam radicitus, in sole siccare: & in vacuum scrobem scoriam ferri contusam, vel sitientem arenam infundere: ibi, postquam aruerit, rursus depacta, reuirescit; ac pristinum nitorem decoremque recipit, rami quoque decidui, seu defracti, si clauo ad truncum affigantur, velut insiti coalescunt. Plurima verò variis locis exsurgit cedrus, tãtæ proceritatis & crassitudinis, vt inde fabri basilicarum columnas, & cuiuslibet quamuis capacis onerariæ malos efficiant. Ex animantium genere, oues, porcum, gallinam, anserem, fœdasque alias domi haudquaquam alunt Iaponij: si caro gustanda sit, ferina vescuntur. Campos, boum & equorum militarium armenta: saltus atque dumeta, lupi, cuniculi, apri, cerui, pererrant. è volatilibus, phasiani, anates amnicæ, palumbes, turtures, coturnices, ac silueſtres gallinæ cernuntur. Pisce cùm alio abundant incolæ, tum verò fluuiatili trutta, seu silare, & marina tanquam alosa: huic honos plurimus. Butyrum nesciunt, oliuo carent: factitio vtuntur, è cetis ad littus eiectis: pineas tædas ac faces, alicubi etiam paleas ad lumen adhibet vulgus. Procera statura, si cui contigerit, & decoro corporum habitu gloriantur. lenta plerisque viuacitas: firmæ vires: in sexagesimũ vsque annum militaris ætas extenditur. Barbam alunt modicam: in capillo varius est mos: vellella depilant, pueri sinciput, plebei ac rustici dimidium caput: viri nobiles totum fermè, paucis ad occipitium relictis capillis, quos attigisse quempiam, contumeliæ loco vel maximæ ducitur. Mortalitatis incommoda, famem, sitim, æstum, algorem, vigilias, laboresque admirabili patientia tolerant. In lucem editi, vel hyeme summa, protinus lauandi ad flumina deferuntur. ab vbere auulsi, venatu exercentur, & procul à matre ac nutrice locis habentur asperis, quod ita sentiant, nulla re magis infringi animos, quam molli ac blanda educatione. Storeis, culcitræ in modum tumentibus, nitidisque pauimenta consternunt. in iis & somnum, subiecto ceruicibus lapide vel tigillo, & cibum capiunt genibus nixi, cruribus insidentes. Munditiarum apud eos haud minor quam apud Sinas, cura: paxillulis item ipsi duobus inter edendum ita scienter vtuntur, vti neq. excidat quicquam, nec digitorum tersu opus sit. Cœnationem intrant discalceati, ne cataſtromata calcando coinquinent. Tenuiores, ad mare præsertim, victitant herbis, oryza, pisce: diuites ornant splendidè atq. apparatè conuiuium: in singula fercula, sine linteis aut mappis mutatur sua cuiq. conuiuæ mensa è cedro pinúve, palmæ fere altitudine. cibi confecti in pyramidem exstruuntur, auro consperſi, cupresinis ramulis ad gratiam prominentibus. nonnumquam etiam rostro pedibusq. inauratis aues integræ nobilibus patinis inferuntur. Hospitem & conuiuam hilarè ac libenter accipiunt. conuiuandi ac propinandi multas habent leges cum ritibus exquisitis. Vsum vitis ignorant.

oryza

IAPON
DI
145
40
35
30
Laicheu
Tauxem
XAN:
TON.
Luicheu
NANQV:
IN.
OCCIDENS.
COREA INSVLA.
Corij
Ponta dos ladrones
Ilhas dos ladrones
Suichin
Mochoza
Sucuan
Chandequõ
Suan
Ancheo
Olepeyo
Nimpo
Liampo.
Varella
Tiuncheu
Chaposi
Cumbor
Timbaçam
Bucheo
Hiancheu
Argenti fodinæ
Hivami
Nagato
Suro
Ceuxima
Firando
P. Bom
Duco
Ogoto
Qvivro
Xiqui
Meaxuma
S. Clara
Cuta ma
Nanga yxuma
Figen
Checugen
Bungo
Chicugo
Finga
Cangaxu ma
Osumi
Ciambo
Isla do Fogo
Lequeo grande
145
Longitudo a

SVLAE
TIO.
Cum Imperatorio, Regio, et Brabantiæ privilegio decennali.
1595.
Bacasa
Sando
Sisime
Famat
Tango
Tagima
Canga
Hiechi-gen
Novi
Deva
Villoxu
Mimasaca
Vacasa
PO
NIA.
Tamba
MEACO.
Vlluomy
Hietchu
Hiechigo
Hitchu
Finda
Ximoccuqe
Fitachi
Ecunocuny
Rinano
Musaxi
Nasima
Hinga
Cay
Hixe
Mino
Segemy
Simotusa
Sacay
Cavachi
Xima
Vlloari
Hizu
Cansisa
Toy
Hiamato
Surunga
Ava
Ilha dos ladrones
Hizumi
Ava
Tonsa
Quinocuni
Ioromi
Iasima
Gisima
C. dos Cestos
Mitsuquami
Ensuima
Fechi Ionoxima
ORIENS.
Scala milliarium Aequinoctialium.
20
40
60
155
40
35
30

oryza exprimunt vinum: ſed ipſi quoque ante omnia delectantur hauſtibus aquæ penè feruentis, inſperſo puluere Chia: (herbæ hoc cuiuſdam admodum ſalutaris nomen) circa eam potionem diligentiſsimi ſunt: ac principes interdum viri ſuis ipſi manibus eidem temperandæ, ac miſcendæ, amicorum honoris cauſſa dant operam: certasque habent ædium partes, huic miniſterio dicatas: in iis ſoculus aſſiduè ſtat, cortina è ferro liquato ſuperimpoſita. inde, venientibus & abeuntibus amicis pocula porrigunt: hoſpitibus verò in digreſſu, contemplandam offerunt gazam, quæ apud eos maximi fit. ea fermè ſunt illius quam dixi potionis inſtrumenta, focus, & olla cum tripode, infundibulum, figlini calices, cochlearia, & vaſcula, tum herbæ ipſi, tùm puluери qui ex ea conficitur, adſeruando. Hæc haud inferiore apud hos habentur loco, quam apud Europæos annuli gemmati, baccataque monilia. Ligneis plerique ob crebros terræmotus, quidam tamen ab imo lapideis vtuntur ædibus, elegãtia atque arte viſendis. magnifica item exſtruunt templa, & ſacerdotum vtriuſque ſexus ſumptuoſa cœnobia. Horum ſermo vnus & communis eſt omnium, ſed ita varius idem & multiplex, vti plures haud immeritò videantur eſſe. quippe vnius cuiuſque notionis ac rei, plura vocabula ſunt, quorum alia contemptus, alia honoris cauſſa: alia apud principes, alia apud plebẽ: alia denique viri, alia fœminæ vſurpant. adhæc, aliter loquuntur ac ſcribũt: & in ipſa ſcriptione, aliter epiſtolas, aliter volumina librosque cõficiunt. habent autẽ plurimos, tum ſoluta oratione, tum elegãtiſsimo verſu conſcriptos. porrò notis vtuntur eiuſmodi: quarũ ſingulæ, ſingulas, vel etiam plures dictiones cõtineant. ad ſummã à noſtris haud imperitis rerum æſtimatoribus, Iaponica lingua, Latinæ, vel genere ipſo, vel vbertate præfertur. Itaque ad perdiſcendũ, & magni laboris, & longi temporis indiget. Armis verò apprimè dedita gens eſt. Primus, eorum qui cum imperio ſunt, rerumque potiuntur: hoſce communi cunctos nomine Tonos appellant, quamquam inter ipſos Tonos alij dein exiſtant dignitatis gradus, vti apud nos Regum, Ducum, Marchionum & Comitũ. Altera claſsis eorum eſt, qui gentis illius procurant ſacra, capite ac mento prorſus abraſo. celibem hi profitentur vitam. Variæ ac multæ numerantur eorum ſectæ. nec deſunt qui ad Rhodiorum equitum ſpeciem, bellicas vnà cum religione res tractant. ſed communi omnes appellatione Bonzij vocitantur. Multa inſuper variis locis gymnaſia, quas Academias dicimus. Tertius ordo, ciuium ac reliquæ nobilitatis eſt. Sequuntur inſtitores ac ſellularij: & variarum opifices rerum, egregia fermè ſolertia. Multas armorũ habent fabricas, atque ipſi etiam typis ad impreſsionem vtuntur. Poſtremus eſt agricolarum locus. In vniuerſum, acuta, ſagax, ac benè à natura inſormata gens eſt: iudicio, docilitate, memoria. Paupertas dedecori aut probro eſt nulli. Maledicta, furta, impiam temerè iurandi conſuetudinem, aleæ genus omne auerſantur. Sontibus quolibet nomine, haud leuiora quàm exſilij, aut proſcriptionis, aut capitis ſupplicia conſtituta ſunt. gladio fermè trucidantur, improuidi. quibuſdam tamen locis comprehenſos latrones, certoque ad ignominiam vehiculi genere, per ciuium ora tranſuectos, extra vrbem cruci affigi mos eſt. In Dei cultu quod potiſsimum iuſtitiæ munus eſt, miſerandum in modum errant. Magiſtris religionum vtuntur iis, quos dixi Bonziis. Inter numina quæ ſuppliciter adoranda, ſunt Amida & Xaca, ſic nominata. ſed habent & alia, à quibus futuræ vitæ bona expetantur, quos patrio nomine Fotoquos vocant. Alios etiam veluti minorum gentium deos adorant: bonæ valetudinis, liberorum, pecuniæ, & eorum quæ ad corpus attinent, largitores: hoſce Camis appellant. Iaponium omne nomen vni quondam parebat Imperatori, cui titulus Vo, ſeu Dair: quoad is diuturna pace in delicias atque ſocordiam reſolutus, præfectis ac ſatrapis, ac præcipuè Cubis (ſic enim duo primarij vocabantur, quorum alter deinde extinxit alterum) contemptui cepit eſſe. Viri ergò militares, talem aliquamdiu perpeſsi, mox indignati dominum, tandem abrupere frenos; & ſuam quiſque inuaſere prouinciam: ita, momento vnitas illa, & maximi contextus imperij, multas in partes ac veluti fragmenta diſsiliit, ius tantùm Dairi manſit in hunc vſque diem, honorum vocabula proceribus diuidendi, quæ pro graduum varietate mutantur identidem, certisque characteribus deſignantur. Summus verò & potentiſsimus Iaponiorum habetur ille, quiſquis Meacum & Meaco finitima nobiliſsima regna (quem tractum communi nomine Tenſam appellant) armis atque arcibus occuparit. Ea loca nuper obtinebat Nubunanga, quem dixi tyrannus. huius in ſolium à coniuratis ante hoc biennium interempti: liberis eiuſdem aut pulſis aut occiſis, per fractionem ac vim præcipuus è ducum numero Faxiba ſucceſsit.

Aditæ primum huius inſulæ titulum decúſve, quidam Luſitani ad ſe trahunt, ſed ego Antonio Galuano crediderim, in eo libro quem De Inuentoribus Orbis noui conſcripſit, apertè narranti, Antonium Motam, Franciſcum Zeimorum, & Antonium Pexotum, cum ex vrbe Sionis Dodra peterent Sinas, pertinaci vento ad Inſulas Iaponiorum abreptos, anno ſæculi huius quadrageſimo ſecundo. Hæc omnia dictus Maffeius, at fuſius. aliaque etiam plura, de hac Iaponia. De eadem paſsim multa in Ieſuitarum Epiſtolis editis.

INDIA.

NOBILISSIMAM *totius Orbis terrarum partem* INDIAM *esse, neque maiorem regionem vno nomine comprehendi, omnes ferè scriptores vnanimiter produnt. Ab* Indo *flumine nomen habet. Indiæ spatium, ex Strabone & Plinio, intra Indum ab Occasu; à Septemtrione Tauri iugis; ab Ortu Eoo pelago; à Meridie suo, hoc est, Indico, clauditur. In duas regiones, Gange flumine interluente, dirimitur: quarum altera, quæ Occidentalis est, intra Gangem dicitur: altera ad Orientem magis, extra Gangem cognominatur. In sacris voluminibus illam Euilat, hanc Seriam vocitatam legimus, Dom. Nigro teste. M. Paulus Venetus eam videtur in tres diuidere: in Maiorem, Minorem, & Intermediam, quam Abasiam vocari dicit.*

Hæc India vniuersa non gentium tantùm, (quarum Herodoto teste omnium mortalium numerosissima est) atque opidorum propè innumerorum, sed omnium rerum prouentu (ære tantùm & plumbo excepto, si Plinio credimus) felix: flumina cùm plurima, tum maxima: quorum irriguo procursu fit, vt in vdo solo, proximantis Solis vi, nihil non magna quantitate gignant. Aromatibus, gemmisque, quibus præ omnibus alis mundi regionibus affatim abundat, totum ferè Orbem implere videtur.

Multæ illi contiguæ sunt insulæ hinc inde in suo Oceano sparsæ, adeò vt meritò Orbem insularum dicere quis posset. In primis in eo est Iapan, M. Paulo Venet. Zipangri dicta; quæ quoniam paucis ab hinc annis haud multis cognita fuit, de ea hic nonnihil dicere visum fuit. Insula est latissimè patens, calíque eandem ferè eleuationem cum Italia habet. Incolæ religioni, litteris, & sapientiæ sunt addictissimi; & veritatis indagatores acerrimi. Nihil illis frequentiùs oratione, quam more nostro sacris in delubris exercent. Vnum agnoscunt Principem, à cuius imperio & nutu pendent. Sed & hic sibi supremum habet, Voo illis dictum, penes quem summum est rerum sacrarum & religionis imperium. hic fortasse nostro summo Pontifici, ille Imperatori nostro assimilari posset. Huic plebs animarum suarum salutem credit. Vnum tantummodo Deum adorant, triplici capite effigiatum, cuius nullam tamen reddere norunt rationem. Infantes apud hos baptizantur: ieiuniis in pœnitentia testimonium corpora macerare student: Crucis signaculo contra dæmonum insultus, vti nos, se muniunt: adeò vt in religione, & viuendi more Christianos imitari videantur: quos tamen, societatis IESV *professores maximis laboribus in totum Christiana religione imbuere satagunt. Sunt & Mollucca insulæ, aromatum fertilitate celebres, & auicula Manucodiatta (quam nos Paradisi auem vocemus) nobiles. Est & Sumatra (olim Traprobana) insula veteribus nota. Sunt plures aliæ: vti Iaua maior & minor, Borneo, Timor, &c. quas in Tabula videre licet.*

Has Indias ex veteribus descripserunt Diodorus Siculus, Herodotus, Plinius, Strabo, Q. Curtius, & Arrianus in vita Alexandri Magni. item Apuleius I. *Floridor. Eius multa, sed fabulosa adfert Dion Prusæus Oratione* 35. *Exstat & epistola Alexandri Magni ad Aristotelem de situ Indiæ. Ex recentioribus Ludouicus Vartomannus, Maximilianus Transylluanus, Ioannes Barrius in suis Asiaticis Decadibus, & Cosmas Indopleutes, quem citat Petrus Gyllius. Sed vide etiam Iesuitarum epistolas, in quibus multa ad cognitionem Insulæ Iapanicæ facientia obuiam occurrunt. At plenam eius descriptionem si desideras, duodecimum Rer. Indicar. Maffeij librum adeas te suadeo. Scripsit & Ioannes Macer Iurisperitus Indicarum Historiarum libros* III. *in quo multa de Iaua insula. Hispanus quidam auctor, Castagnedo, harum Indiarum historias etiam Hispanica lingua edidit. De insulis in hoc Oceano sparsis, lege lib. vigesimum tomi secundi Gonsali Ferdinandi Ouetani, eadem lingua editum.*

INDIAE ORIENTALIS, INSVLARVMQVE ADIACIENTIVM TYPVS.
PERSIAE sive Sophorum Imperij limites ad Indum fluuium vsque pertingunt
ORMVTII REGNVM
ARABIAE FELICIS PARS.
OCCIDENS.
Dalanguer mon
Naugracot mons.
Vssonte mons
MIEN.
TIPVRA
ARACAM.
INDOSTAN.
BENGALA
CAMBAIA
MANDAO
ORIXA
DELLI
DECAN.
NARZINGA
BISINAGAR
VERMA
BREMA
PEGV
SIAN.
CAMBOIA.
CAMPA.
CACHVCHINA
MANGI
Golfo di Bengala.
Zeilan inf. Tenarissim incolis dicta
Andramania id est aurea insula.
Suma
Malaca
IAVA MAIOR
continentis

AMERICAE. Siue Indię Occidentalis pars.
Satyrorum ins.
Mare Cin
Ins. de Miaco
Torza
Saendeber
Bandu
Hanc insulam M. Paul: Venet Zipangri vocat.
IAPAN.
Menlai
Malao
Hormar
Negru
Frason
Cangoxina
Mazacar
Lequio maior
Reix magos
Lequio minor
Quiuira
Cicuie
Tiguex
OCEANVS
Los dos hermanos
Los Bolcanes.
Tropicus Cancri
ORIENTALIS
Lalabrigo
La farfana
Restinga de ladrones
Humunu vel ya di buoni segni.
Zamal
Cenalo
Hibusson
Abarien
Huinangan
ya de matalotes
ya de arrecifes
ARCHIPELAGO DI S. Los iardines
Ins. de los corales.
Hanhan
Aguada
Culuan
Pasaie de S Clara
Calagan
Mindanao
Buran
Cimbubon
Chippit
Canaingar
Cahino
Talao, alijs Tarrao insulę
Sanguin
Doy
Morotay
Bibalon
Zolo
Tagomar
Insulę Moluccę celebres ob maximam aromatum copiam, quam per totum terrarũ orbem transferunt, s. sunt, iuxta Gilolo, nempe Tarenate, Tidore, Motir, Machiã et Bachiã
LAZARO
Circulus æquinoctialis.
ya de crespos
ya de los martires
Calamba
Celebes
Gilolo
Guebe
Pulola
Ambon
Caylan
Galiam
Bandan
Bartubor
Zolot
Cuto
Tior
Eude
Casabon
Ambalao
Terra alta
Timor, Tidore ins.
Alifao
Subao
Cimpegua
Sumbedit
Iap
Cum Priuilegio.
ORIENS

PERSIAE REGNVM,

SIVE

SOPHORVM IMPERIVM.

PERSARVM imperium vti olim celebre, sic etiamnum hodie maximè clarum est, amplissimasque regiones comprehendit: nam omnis is Asiæ tractus, qui est inter Tigrim fluuium, Sinum Persicum, Mare Indicum (quod olim Rubrum) Indum & Iaxartem (hodie Chesel) fluuium, & Caspium mare, nostra ætate à Sophis Persiæ Regibus possidetur. Hunc totum terrarum tractum Plinius lib. VI. cap. XXVII. ex Agrippæ sententia, Medis, Parthis, & Persis attribuit. Ammianus verò Marcellinus, qui tempore Iuliani Apostatæ Imp. vixit, hunc Persidi dumtaxat adscribit. Has enim eius regiones hoc ordine libr. XXIII. enumerat: Assyria, Susiana, Media, Persis, Parthia, Carmania maior, Hyrcania, Margiana, Bactriani, Sogdiani, Sacæ, Scythia vltra Emodem montem, Serica, Aria, Paropamisadæ, Drangiana, Arachosia, & Gedrosia. Hæ regiones omnes etiamnum hodie sub Persarum imperio (quantum ex variis scriptoribus, neotericorumque peregrinationibus colligere potui) mutatis tamen nominibus, degere videntur.

De Sophorum origine, ex Ioannis Barrij Asiæ Decadibus hæc transtulit Cælius Curio, in sua historia Saracenica: Anno salutis nostræ M. CCC. LXIX. erat quidam Regulus inter Persas, Ardenelim opidum obtinens, Sophi appellatus, qui se ex Alis Muamedis generis stirpe, per Musam Cazinum, eius nepotem, oriundum gloriabatur. Hic Babylonio Calysa exstincto, & aduersa factione, quam Turcæ tuebantur, à Tartaris depressa, cœpit liberiùs suam de religione sententiam profiteri: & quia Hocemus, Alis filius, à quo ipse se genus ducere iactabat, duodecim filios habuerat, volens aliquod sectæ suæ, quo à ceteris dignosceretur, signum imponere, instituit, vt qui suam sectam amplecti vellent, tiaram sub velo, quo caput Turcæ omnes inuoluunt (tulibantem appellant) purpuream gestarent, quæ in medio extra tulibantem duodecim fastigia emitteret. Eoque mortuo successit filius Guines appellatus; qui tantam sibi in toto Oriente doctrinæ sanctitatisque opinionem conciliauit, vt Tamerlanes ille clarissimus Parthorum Imperator, qui Bayazetem Turcarum Regem cepit, per Persidem iter faciens, eum quasi sanctum aliquem virum inuisere voluerit: ab eoque Guines triginta captiuorum, quos secum adducebat, millia dono impetrarit, quos ipse pòst in secta sua instituit; eorumque operâ Secaidar eius filius in bellis vsus est: is enim Guine mortuo, Georgis Scythiæ populis, suis finitimis, sed Christianis (horum viribus fretus) bellum intulit, multisque illos cladibus afflixit, &c. Hæc de Sophorum origine dicta sint. Hi cum Turcis continua bella ob Mahumetanam religionem gerunt; quoniam Sophiani vnum Mahumeticæ religionis interpretem sequuntur, & Turcæ alterum; qui quidem interpretes inter se sunt dissentientes, adeò vt Sophiani hæretici sint nuncupati à Turcis, & Turci à Sophianis. Gens naturâ liberalis est, & ciuilitatis amans, litteras & artes colunt, nobilitatem agnoscunt: in eo à Turcis differunt, quòd hi nullum sanguinis aut stemmatum discrimen norunt.

Harum regionum situm, gentisque viuendi morem & ritus, vide apud Aloysium Ioannis Venetum, Iosaphat Barbarum, Ambrosium Contarenum, Ioannem Mariam Angiolellum, & cuiusdam mercatoris anonymi cum his impressam peregrinationem. Consule etiam Iesuitarum Epistolas, & Caterini Zeni Patricij Veneti Comentaria rerum Persicarum. Mediam regionem pulchrè describit Polybius libr. 5. Persicam historicam scripsit nuperrimè quoque amicus noster Petrus Bizarrus, & recentius Thomas Minadoius, at hic Italica lingua.

DVCIS MOSCOVIAE SIVE RVSSIAE IMPERATORIS CONFINIA
MARE HYRCANVM SIVE CASPIVM
hodie varijs nominibus indigetant; Rutheni illud Chualensi a More vocant. Mauri Bohar Corsun (vocabulo cum sinu Arabico cõmuni) quod mare clausum significat. Video preterea ab alijs aliter appellari, vti Mare de Bachu, Cunzar, Giorgian, Terbestan, Corusum, a regionibus nempe & locis vicinis denominationibus. Lacus totius orbis maximus est & salsus piscibus abundat.
PONTI EVXINI PARS
MENGRELIA.
ARMENIA.
SERVAN
GILAN
TARES
TAPE
RISTAN
CASMIN.
MESANDARAN
DIARGVM
STARABAT
MESAT.
CAPACOP.
ARZERVM
DIARBECH
SARCH.
ADILBEGIAN.
REI SERIAR
IVRESTAN
ARACH
Desertum Beabanet.
IEXD.
RABIA
CVSISTAN.
FARSI.
SAVAS
LAR
CHI
ORMVS.
Desertum Mingiu
Desertum Beriara.
ARABIA DESERTA
AYAMAN. olim ARABIA FELIX.
MARE FLCATIF. olim SINVS PERSICVS.
Basora fretum
GVADEL.
Moschetto
Hor. presidium Regis Ormmoi
ORMVS.
Cum priuilegio.
Scala leucarum, siue Farsangarum 3000. passuum: quibus Perse & Mauri, qui magnam Asie partem occupant hodie locorum interualla metiuntur; que mensura & vox cum antiquo vocabulo Parasanga conueniunt. Ceteri fere Asiatici per dies locorum distantias numerant.
TVRCICIVM PERII PARS
Occidens.
Tartariæ pars
Caracus
Paganſa
Citracan
Sabran
Sirach
Sunachia
Bachu
Zacha
Gioccho lacus
Chocias M.
Argis lacus Mantiana palus Strabone
Bitlis
Casacan
Capusco M.
Mosul
Miana
Bebã
Rome
Musadali
Azichia
Lassa
Bassam
Berin
Golfo de Saura
Mulugan
Carge
Gicolar
C. de Bestedaon
Lar
Picor
Coiar
Diandorbin
Pulor
Queiome
Seche
Ormus emporii
C. Pracel
C. Mochandan ol. Asoborum Prom.
Baharem
Quessimi
Ponta
MARE
RE
10 20 30 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180
85 90 95

TARTARIAE SIVE IMPERII MAGNI CHAMI PARS.
Tartariæ pars.
PERSICI SIVE SOPHORVM REGNI TYPVS.
INDIA INTRA GANGEN, nunc IN DOSTAN.
MAVRENACHER.
SAMARCHAND.
SAFANIAN.
SIM.
CIARCIAN.
SACHI.
GIECVM.
ISTIGIAS
CHARASSAN
TACALISTAN
BEDANE
BALCH.
SABLESTAN.
SABLES.
TAN.
CANDAHAR.
CABVL.
CIRCAN.
GVZARATE
MACRAN.
Naugracot mons.
Dalanguer M.
Oriens.
Montes
Nochdar Vari mons.
Bigul desertum
Tartaria
Tartar
Persia
India
Indus fl.
Indus fl.
Oxus fl.
Oxus fl.
Balsan fl.
Obrengir fl.
Firecrat fl.
Chir fl.
Ilmetel fl.
Ilmetel fl.
Bigul fl.
Abia fl.
Tanais
Ariandar
Varcand
Tarbatan
Gaurt
Calabach
Chesmur
Gelfelen
Siachere
Siarant
Chabentari
Bassar
Condu
Cariararo
Corden
Carabach
Cassia
Birufen
Primanar
Vehe
Chabul
Alinia
Camultan
Chiruan
Bigur
Multan
Sumnat
Bagian
Indu
Sapurgan
Sindi
Raitanbur
Eugan
Bilguri
Sereng
Timochan
Asian
Callatia
Lire
Kebermi
Bulcer
Geif
Macran
Chindu
Sauadir
Mette
Adbil
Albirun
Gasfate
Sidusfan
Amodabar
Parim
Beulaga
Cambaia
Baroche
Sunat
Gandina
Tarapor
Cutcana
Samna
Mangaler
Cherua
Corinar
Babel
Nobo
Tabiaia
Ser
Bersent
Diul
Gogla
Bersent
Cambaia
Chaiuer
Mulin
Sabadar
Baiochis
Lacus Burgian
Calchastan M.
Burgir M.
Caustiend
Serberbo
Aiglian
Mulian
Balch
Tochte
Bassar
Endrat
Malmi
Bedgis
Candahar
Cadusbachan
Mimend
Massdahazara
Ferbert
Termit
Gerin
Farasan
Dahran
Samaclsir
Cax
Cheng
Sermengan
Tagar
Etauan
Velugling
Chuche
Labor
Aesu
Mogalachsu
Mugu
Cotan
Pom
Ciarcian
Lop
Calba
Xibuar
Vargut
Caesar
Tarchen
Tochit
Vachitat lan
Reuen
Ttaugu
Chiuguend
Expanchus
Agrigudi jan
Tarcan
Merglan
Sachi
Anachon
Cerment
Ysgurt
Achsiges
Espunuches
Cherepian
Gorgi anie
Tagar nistan
Essarost
Samarchan
Tamberlan
Nosiph
Erbugien
Chesmi
Tauais
Caman
Diamuch
Tichend
Babucember lacus
Tara
Talcatan
Indion
Sisdlech M.
Saturgei
Chodal teran
Burgian
Duer
Minia
Sabadar
Cocho
Cimatar M.
Caufier
Cal chyllan
Tarbatan
Gaurt
Vanas
Curai
Vesabat
Darn
Calabach
Montes
Camultan
Chiruan
Alinia
Bigur
Multan
Sumnat
Bagian
Indu
Sapurgan
Timochan
Asian
Callatia
Lire
Kebermi
Sereng
Bulcer
Geif
Ilmetel
Eugan
Bilguri

TVRCICVM IMPERIVM.

TVRCICI Imperij originem, incrementum, & quomodo paulatim in hanc (qua hodie nobis minari videtur) magnitudinẽ excreuerit; his paucis ex nostri tẽporis Historiographis lectori excerpsimus. Anno à Christo nato M. CCC. OTTOMANNVS Turca quidã Zichi filius, tenuis conditionis homo, nomen & dignitatẽ, ob ingenium, & rei militaris peritiam, inter Turcas habere cœpit. Hic nomen Turcarum Imperatorum familiæ dedit; & primus eorum regem constituit. Ex XXVII. annis, quibus imperauit, Bithyniam & Cappadociam obtinuit. Plurimaq́ue loca munita Pontico mari adiacentia occupauit. Huic successit filius ORCHANES; Hic Prusiam amplissimam vrbem expugnauit, regniq́. caput fecit: A Tartaris vigesimo secundo regni anno, infeliciter pugnãs, occiditur; filiumq́ue AMVRATHEM Imperio reliquit; qui à Græcis dissidentibus euocatus, primus ex Asia in Europam traiecit, Callipolim & Cherronesum cepit; Abydum superat. Philippopoli & Hadrianopoli vrbibus in potestatem redactis, Seruia Bulgariaq́ue nobis adempta, superiorem Mysiam ingressus, obiit, pugione percussus; Imperij anno vigesimo tertio. Cuius filius BAIAZETES, fratre occiso, magnam Thraciæ partem occupauit; totam ferè Græciam subegit, & Phocidem Bulgariæ partem; sed victus à Tamberlane, inglorius obiit. Capto patre, CALEPINVS filius Regnum obtinuit. & cùm Sigismundum bello funditus deturbasset, Imperatorisq́. Constantinopolitani fines deuastare cœpisset, in ipso ætatis flore obiit; cùm sex annis imperasset. MAHOMETES post hunc Imperium arripuit, qui Valachis asperrimũ bellum intulit; maiorem partem Slauoniæ subegit; primus Danubium traiecit: Macedoniam perdomuit: & ad Ionium vsque pelagus peruenit. Translata regia sede ex Bithynia, Hadrianopoli posuit, vbi è vita excessit, decimo quarto Imperij anno. Hinc AMVRATHES II. regẽdi munus subiit. Hic obtinuit Epirũ, Ætoliam, Achaiam, Bœotiam, Atticam, & Thessalonicam Venetæ ditionis vrbem. Huic succedit MAHOMETES II. qui Athenas euertit. Constantinopolim 29. die Maij anno 1452. expugnauit. Trapezũtium Imperiũ suæ potestati subiecit. Corinthũ cepit. Lemnum, Eubœam & Mitylenen insulas bello subegit. Capham vrbẽ Genuensium deuicit. Præfuit is Imperio 32. annis. BAIAZETHES II. bellũ in Venetos gessit; eisq́ue Naupactũ, Methonam, Dyrrachiumq́ue abstulit, Dalmatiamq́ue omnem depopulatus est: obiit veneno. Huius filius ZELIMVS Imperium inuasit. Hic Alcairo munitissima Ægypti vrbe expugnata, Sultanoq́. cæso, Alexandriam, totãq́ue Ægyptum suo imperio subdidit: Damascum cepit. SOLYMANNVS, vnicus Zelymi filius, suffectus est patri, Belgradum expugnauit; Budam regiam vrbẽ occupauit; Strigonium, Hungariam ferè totam deuastans, Rhodum insulam deditione obtinuit, Quinquecclesias euertit. Iula vrbe capta, Zigetum obsedit, in obsidione obiit. quam filius Zelimus II. Imperij hæres diripuit, anno 1566. Atque hoc modo sub vndecim Imperatoribus, ducentis sexaginta annis magnam Africæ, maiorem Europæ, & maximam Asiæ partem, Turcica tyrannide sibi subiugarunt. Sed qui harum historiarum cognitionem pleniorem desiderat, legat Paulum Iouium, Christoferum Richerium Senonem, Cuspinianum, Baptistam Egnatium, Gilb. Nozorenum, Andream Lacunam, Pium II. cap. 4. Europæ, & ceteros Turcicarum rerum scriptores.

Adolphus Venerius hunc Calepinũ inter Turcicos Imperatores non numerat: post Baiazethẽ enim cõtinuè Mahometem cõstituit. Docetq́; ne ab ipsis quidem Turcicorum Imperatoris loco haberi (vt cuique quod suum est tribuam) humanissimus vir Georgius Bruno Agrippinensis.

Turcarum originem, Ottomanorumq́ue prosapiam diligentissimè descripsit Laonicus Chalcondilas. Edidit nuperrimè Leonclauius Sultanorum Othomanidarum Annales, ab ipsis Turcis sua lingua conscriptos, sed Latina lingua à se interpretatos. Horum veteres mores, viuendiq́ue olim ritum, vide apud Leonem Imp. capite 18. de Bellico apparatu. Sed ante omnes Leonclauij Sultanorum Annales. item eiusdem Historiam Musulmannicam.

TVRCICI IMPE-
RII DESCRIPTIO.
Concordia paruę res crescunt,
Discordia maximę dilabuntur.
MARE MEDITERRANEUM
MARE MAGIORE, ol. PONTVS EVXINVS
AVSTRIA.
ITALIA.
SICILIA.
Roma.
Napoli.
Venetia.
Messina.
Malta.
TRANSILVANIA.
MOLDAVIA.
VALACHIA.
BVLGARIA.
ROMANIA.
MACEDONIA.
ALBANIA.
SERVIA.
RASCIA.
SLAVONIA.
EPIRVS.
ARCHIPELAGO.
CANDIA.
CIPRVS.
BOLLI
CHIAN
AMASIA
TOLIA.
CARA
GERMIAN
ALDINELLI
SARCVM
CHIVAIE
AEGYPTVS.
Sirtis magna.
Solocho.
Bernic.
Zanara.
BARCHA.
Cherfis.
Panormus.
Cacales.
Caroberio.
Megdil.
Tripoli.
Regni Tunetani pars.
OCCIDENS.
Libyæ deserta.
Ad C. Rasausen, olim Boreum Prom, erant patrum nostrorum memoria, Regis Tunetani, et Soldani Aegypti cõfinia, hodie vero Solimannorum imperium hucusque, & vltra extenditur.
NVBIAE REGNI PARS.
AFRICAE
PA
DAFI
R
BAR

TARIAE PARS
MARE DE BACHV, ol. CASPIVM MARE, ET HYRCANVM.
Samarchand Tamberlanis magni Tartorum imperatoris quondam regia.
Tauris ol. Echatana, regum Persarū sedes.
GELVCHALAT dicitur hic lacus a M. Paulo Ven: ab alijs ARGIS a Strabone forte MARTIANA palus, situs est inter confinia Assyriæ, Armeniæ & Mediæ hic magna fit piscatio per 40. dies tempore vernali, nam ceteris anni partibus sterilis est, quæ pisces aere et uento siccati indoratiq; in vicinis regionibus mercatui exponuntur.
REGNI PERSIAE PARS, QVOD HODIE A SOPHIS GVBERNATVR.
ORMVS Regnum, peculiarem habet Regem Lusitaniæ Regi tributarium: continetq; totam Arabiam littoralem ab Euphratis fl. ostio vsq; ad C. Razalgati, nec non partem Regni Persidis quæ adiacet freto Basoræ, atq; insulas fere omnes sinus Persici, Cuius metropolis est vrbs Ormus in insula Geru sita, emporium celebre.
ORIENS.
ORMVS.
MARE
ELCATIF
SINVS PERSICVS.
ARABIA
ARABIA DESERTA.
AYAMAN olim.
Beriara desertum.
FELIX
ALIBINALI.
GVBELAMAN
FARTAC
HERIT.
ADEM, REG.
ZIBIT.
IRMIN
MASCALAT.
AMANSIRIFIDIN.
BESCHARIN
MAFFA
ORMVS.
Ponta Arestinga
C. Razalgati Ptol Corodamum prom.
C. de Fartach
Abba dal curia
Zocotara olim Dioscuriada, hinc per Vniuersam Europam defertur Aloen laudatiss. quam inde Socotorinam apellant.
MARIS RVBRI PARS.
Deserta vasta.
Balora Felum
Barbora.
Micha
Motte
Babelmandel fretum
Saladia.
Cin prialipo

TERRA SANCTA.

VAM veteres Palęstinam & Phœniciam vocauere, Europęi omnes hodie Terram Sanctam nominant, eoque vocabulo comprehendunt eam regionem quam olim Israëlitarum populo sub nomine Terræ promissionis Deus incolendam dedit, & quam postea defuncto rege Solomone, in duo regna dimisam legimus, in Iudæ nempe, quæ duas tribus Iudæ & Beniamin, atque metropolim Hierusalem habebat: & Samariæ, in qua reliquæ decem tribus, & vrbs Sebaste, vel Samaria. Huius Terræ sanctæ descriptionem recentiorem (quam hæc tabula exhibet, veterem enim alia fibi vendicat) exactissimam, singulari volumine edidit F. Brocardus monachus, ad quem lectores huius cognitionis studiosos relegamus. Huic adiungant, si velint, Guilh. Tyrij Bellum sacrum, ceterosque Peregrinationum Hierosolymitanarum auctores, quorum non paruus numerus vario linguarum idiomate typis excusus prostat. Multi enim Christiani non tantùm ex diuersis Europæ, sed & totius Orbis partibus, vti olim, ita & nunc in hanc terram deuotionis ergò se deferunt Hierosolymam, & in ea Domini nostri Saluatoris sepulchrum visitaturi, ibidemque interdum à Franciscani ordinis monachis milites creantur, quos inde Sancti sepulchri cognominare solemus: quorum creandorum ritum ac modum hic subnectere ex Iodoci Meggeni peregrinatione non iniucundum duximus. Sic enim hunc describit:

ANTE omnia igitur ordinandus Miles præparet se ad deuotionem, vt valeat percipere gratiam officij sacræ militiæ, ac præmissa confessione, auditaq; Missa, & perceptâ dominica communione, intromittatur in atrium sanctissimi sepulchri, & tunc incipiatur iuxta modum qui sequitur. Primò, congregatis omnibus intra sanctissimum sepulchrum, canteturhymnus, scilicet, Veni creator spiritus, &c. Deinde, Emitte spiritum tuum &c.

Responsio. Et renouabis &c. Domine exaudi &c.

Oremus. Deus qui corda fidelium sancti spiritus &c. Deinde interrogari debet à Patre Guardiano, Quid queris?

Responsio, flexis genibus. Quæro effici miles sanctissimi sepulchri Domini nostri IESV CHRISTI.

Interrogatio. Cuius conditionis es?

Responsio. Nobilis genere, & parentibus generosis natus.

Interrogatio. Habes vnde honeste conseruare possis statum, & militarem dignitatem, absque mercibus, & arte mechanica?

Responsio. Habeo Dei gratia bonorum sufficientem copiam.

Interrogatio. Es ne paratus corde & ore iurare pro virili militaria sacramenta eâque seruare quæ sequuntur? Primò, Miles sanctissimi sepulchri omni die opportunitate habita Missam audire debet. Secundò, cùm necesse fuerit, bona temporalia & vitam exponere debebit, scilicet, quando est bellum vniuersale contra infideles, & venire in propria persona, vel mittere idoneum. Tertiò, est obligatus sanctam Dei Ecclesiam, & eius fideles ministros, ab eorum persecutoribus defendere, & pro viribus liberare. Quartò, debet iniusta bella, turpia stipendia & lucra, hastiludia, duellum & huiusmodi (nisi causa militaris exercitationis) omnino vitare. Quintò, debet pacem & concordiam inter Christi fideles procurare, Rempublicam exornare & augere, viduas & orphanos protegere, iuramenta execrabilia, periuria, blasphemias, rapinas, vsuras, sacrilegia, homicidia, ebrietatem, loca suspecta, & personas infames, atque vitia carnis vitare, & tanquam pestem cauere, & se apud Deum hominesque irreprehensibilem exhibere ac etiam verbo ac facto se dignum tanto honore demonstrare, Ecclesias frequentando, & cultum diuinum augmentando. Quatuor ergo, si est paratus corde & ore hæc omnia protestari iurare, & facere.

Responsio. Ego N. &c. profiteor, & promitto Deo Iesu Christo, & B. virg. Mariæ hæc omnia pro virili me obseruaturum. His peractis, benedicatur ensis à Guardiano secundùm formam inferius positam, si non est aliàs benedictus: sed si benedictus est, vel post benedictionem, vocato vno ordinandorum, & genu flexo ante sanctissimum sepulchrum, Guardianus ponat manus super caput eius, & dicat, Et tu N. esto fidelis, strenuus, bonus, & robustus miles Domini nostri Iesu Christi, & sanctissimi eiusdem sepulchri, qui te cum electis suis in gloria sua collocare dignetur, Amen.

Hoc finito Guardianus porrigit militi calcaria inaurata, quæ pedibus suis accommodabit in terra existens. Postea dat ensem nudum Christi militi, dicens, Accipe N. sanctum gladium in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen. (ter signum crucis exprimens) & vtaris eo ad defensionem tuam, & sanctæ Dei Ecclesiæ, & ad confusionem inimicorum crucis Christi, ac fidei Christianæ, & quantum humana imbecillitate poteris, eo neminem iniustè ledas: quod ipse præstare dignetur, qui cum Patre & Spiritu sancto regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Deinde ensis in vaginam reponitur, & à Guardiano prædicto ense cingitur, dicendo, Accingere N. gladio tuo super femur tuum potentissime, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & attende quòd sancti non in gladio sed per fidem vicerunt regna. Ense accinctus Miles surgit, & genibus nixis, inclinatoque capite supra sanctum sepulchrum à Guardiano ordinatur, percutiendo ter ense prædicto scapulas militis, & dicendo ter, videlicet, Ego constituo & ordino te N. militem sanctissimi sepulchri Domini nostri Iesu Christi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Faciens ter signum crucis. Deinde osculetur eundem, ponens more maiorum torquem aureum eum cruce pendente, in collo eius, & ordinatus deosculetur sanctum sepulchrum; postea discedat & restituat omnia, & vocato alio, iisdem carimoniis in numerum militum sancti sepulchri cooptatur: ordinatus interim in atrio sancti sepulchri remaneat, quousque omnes ad hunc honorem promouendi, sint promoti. Post quorum vel cuius ordinationem, Te Deum laudamus, &c. à monachis decantatur, & ad sacellum fratrum minorum itur, vel ibidem statur, pro vt voluerit vel ordinauerit Guardianus: deinde dicuntur hæc in singulari, si vnus est, si verò plures, in plurali. In singulari dicitur, speciosus forma præ filiis hominum accingere N. &c. gladio tuo super femur tuum potentissime: & si sunt plures, dicitur in plurali.

Versus. Domine exaudi &c.

Responsio. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobisc. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Da Ecclesiæ tuæ misericors Deus, vt sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur.

Omnipotens sempiterne Deus, super hunc N. (vel hos) famulum tuum, qui eminenti mucrone circumcingi desiderat, gratiam tuæ benedictionis infunde, eundemque dexteræ tuæ virtute munito ut sic contra cuncta aduersantia cœlestibus armari præsidiis, quibus nullis in hoc sæculo tempestatibus bellorum turbetur. Per Dominum nostrum &c. Ad extremum amplectitur illum Guardianus & alij, si qui volent.

Benedictio ensis. Is qui benedicit, teneat ensem nudum ante se, & dicat, Adiutorium nostrum in nomine Domini, &c.

Oremus. Exaudi quæsumus Domine preces nostras, & hunc ensem, quo se famulus tuus hic cingi desiderat, maiestatis tuæ dextra dignare benedicere, quatenus possit esse defensor Ecclesiarum, viduarum, orphanorum, omniumq; Deo seruientium contra sæuitiam paganorum, aliisque sibi insidiantibus sit terror & formido, præstans ei æque persecutionis, & iustæ defensionis effectum, per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oremus. Benedic Domine sancte pater omnipotens æterne Deus per inuocationem nominis tui, & per aduentum Christi filij tui Domini nostri, & per donum spiritu sancti hunc ensem, vt hic famulus tuus, qui hodierna die, tua concedente pietate, præcingitur, visibiles & inuisibiles inimicos prosternat & conculcet, victoriaque potitus, maneat semper illesus, per Christum Dominum nostrum, Amen.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum, Misericordia mea, & refugium meum, susceptor meus & liberator meus, Protector meus & in ipso speraui, qui subdit populum meum sub me. Gloria Patri & Filio, &c.

Saluum fac seruum tuum Domine, Deus meus sperantem in te. Esto ei Domine turris fortitudinis, A facie inimici.

Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum, &c.

Oremus. Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui cuncta solus ordinas, & rectè disponis, qui ad coërcendam malitiam & improbitatem malorum, & tuendam iustitiam, vsum gladij in terris hominibus tua salubri dispositione permisisti, & militarem ordinem ad populi protectionem institui voluisti, quique per beatum Ioannem militibus ad se in deserto venientibus, vt neminem conuerterent, sed propriis contenti essent stipendiis, dici fecisti; clementiam tuam suppliciter exoramus, vt sicut Dauid puero tuo Goliath superandi largitus es facultatem, & Iudam Machabæum de feritate gentium nomen tuum non inuocantium triumphare fecisti: ita & huic famulo tuo N. qui nouiter iugo militiæ colla supponit, pietate cælesti vires ac robur ad fidei & iustitiæ defensionem tribuas, præstesq; ei fidei, spei, & charitatis augmentum, & tui timorem pariter & amorem, humilitatem, perseuerantiam, obedientiam, & patientiam, cunctaq; in eo rectè disponas, vt neminem cum gladio isto vel alio iniustè ladat, & omnia cum eo iusta & recta desendat, & sicuti ipse de minori gradu ad nunum militarem prouehitur honorem, ita veterem hominem deponens cum actibus suis nouum induat hominem, vt te timeat & rectè colat, persidorum consortia vitet, & suam in proximum charitatem extendat, præposito suo in omnibus recte obediat, & suum in cunctis iuste officium exequatur. Per Christum Dominum nostrum, Amen. Iuramenti autem formula quam præstare debent antequam ad hunc sanctum militarem ordinem adsumantur, legere est in Leonharti Rauvvolfi Itinerario Orientali, Germanica lingua editi.

Horæ itineris.
5
10
15
Mons Arnon.
Damascus
Vallis Hermon.
Darta.
Emathitæ
Zoba
BASAN
Tibebath.
ITVRAEA.
Nabathæi.
Mons Galaad.
Argob.
Adai
REGNVM.
Baalgad.
Baalag.
Pella fons.
TERRA
Sepulchrum Ioh.
Gamela Cedar.
Bathenæi.
Echatana.
Gergy.
Mahanaim
Manæi.
Iabis.
Carnay.
Fons Carnaym.
Iordanis fluuius.
Turris Libani
Copar.
Aruma
TRACHONITIS REGIO.
Zwetha.
Seleuua.
Galaad.
Gadara
Pella.
Ammachia.
Iordanis fluu.
Iordanis fluu.
Iordanis fluu

TERRA SANCTA,
A Petro Laicstain perlustrata, et ab eius ore et schedis à Christiano Schrot in tabulam redacta.
MARE MORTVVM: olim Salinarum vallis, predicatæ foecunditatis, et amœnitatis: quam Iordanis mediam irrigabat, adeò vt ob felicitatem paradiso Dei conferebatur. Postè autem Sodoma euersa, et vicina opida, mutata est in illam sterilitatem, qua hodie adhuc conspicitur. Diuinæ vltionis admiranda vestigia.
Terra Macces
Amor:
PERAEA.
rhæi.
uallis.
Engadi mons.
Vallis benedictionis.
Desertum Maon.
Hetæi.
IVDAEA.
Desertum Adomin.
BENIAMIN.
Sinæi.
TRIBVS IVDA.
Iebusaei.
Enachim.
TRIBVS SIMEON.
Thamnatica
Caphar laba.
TRIBVS DAN.
Philis:
IDVMAEA
Gaza
Ascalon.
Angaris mons.
Castrum Berouldi.
Ioppe Iaffa.
Saurona.
Lydda, uel Diospolis.
Lachis.
Aroen.
Mare Mortuum.

NATOLIA,
olim
ASIA MINOR.

PETRVS BELLONIVS, in Peregrinationum ſuarum doctiſsimis Obſeruationibus, inquit, hanc Aſiæ partem (ab antiquis Minorem appellatam) hodie à Turcis Natoliam, atit Anatoliam appellari, à Græco vocabulo ἀνατολία, quod Orientem ſignificat: eoq. vocabulo comprehendi omnem Aſiæ regionem vltra Propontidem & Helleſpontum (cui Ottomannorum proſapia præeſt) ſitam; nempe vniuerſam Phrygiam, Galatiam, Bithyniam, Pōtum, Lydiam, Cariam, Paphlagoniam, Lyciam, Magneſiam, Cappadociam, & Comagenam. Quarum regionum cōditionem, viuendiq́ue morem atque ritum hodiernum ſcire qui deſiderat, eundem auctorem tamquam teſtem oculatum conſulat. Videat & Andreæ Theueti Coſmographiam Orientalem (vt vocat,) Nicolai Nicolaij Obſeruationes Orientales, & Petri Gillij Boſphorum. Ex omnibus Aſiæ regionibus Paphlagoniam ſolam æs profertre, eiuſque Regem (quem Iſmaëlem vocat) ex ea quotannis tributi nomine quinque myriades ſaterum auri accipere, ſcribit Laonic. Chalcocondilas. Videtur tamen hîc eum non de vniuerſa Aſia hoc velle intelligi, cùm addat, hoc æs, ſecundum Iberiæ æs, optimum perhiberi: Iberia enim Aſiæ regio eſt ad mare Caſpium. Sed de Aſia quæ Minor cognominatur, cuius pars Paphlagonia eſt, hoc fortaſſe verum erit. Rhodum inſulam, quæ huic Aſiæ Minori adiacet, deſcripſit Theodoricus Adamæus Suallembergus.

ÆGYPTVS.

AB Occidente hæc regio deſertis Barcæ, Libyæ ac Numidiæ clauditur: ab Oriente deſettis quæ Ægypto & mari rubro interiacent: à Septemtrione mari Mediterraneo: à Meridie agro Bugienſi: vt habet Ioannes Leo, qui eam in tres regiones diſtinguit: in Aſſahid, quæ eſt inter Bugiam ad Alcairum: Errifiam, quæ eſt ab Alcairo Roſetum: & Bechriam, quæ inter Peluſium & Teneſſam iacet. Apud Haithonum legimus eam in quinque prouincias diſtributam: in Sayt, Demeſor, Alexandrinam, Reſnit, & Damiatam. Quæ hîc Sayt, & Leoni Aſſahid vocatur, Tyrio Serch appellatur, niſi vitioſa ſit lectio. Idem nominat quandam aliam regionem, quam Ægyptij ſua lingua Phium dicunt. Longitudinem regionis Ægypti facit Haithonus quindecim dierum, (viginti quinque habet manuſcriptus codex, mendosè, vt puto, in quo hic auctor Anton. Curchinus, non Haithon, nominatur) & trium latitudinem. Cui videtur ſuffragati Gūilielmus Tyrius, dicens inter Phacuſam & Alexandriam, Inferioris regionis vrbes, centum & ampliùs M. P. eſſe diſtantiam. Superiorem autem latitudinis vix eſſe ſeptem, aut octo, interdum inter montes adeò conſtringi, vt vltra quatuor aut quinque M. P. non pateat interuallum. Leo facit eius longitudinem à mari vſque ad Bugiam quadringentorum & quinquaginta milliarium Italicorum; latitudinemq́ue ferè nullam illi attribuit, in parte nempe Superiore. Nilum fluuium, qui totam eam irrigat, quatuor dumtaxat, contra omnes veteres; oſtiis in mare deſcendere, docet Guil. Tyrius, auctor dignus cui hac in re fides adhibeatur. Oculatus enim teſtis fuit, & diligens eius inueſtigator. Eſt tabula apud me, quam puto in Ægypto manu deſcriptam, quæ totidem, neque plura memoriæ digna oſtendit. Præter Alexandriam & Cairum, nullam ſcribit Haithonus in tota regione vrbem munitam, aut muris cinctam. Plures tamen in ea, etſi minùs munitas, etiamnum hodie exſtare, ex Leonis deſcriptione palàm eſt, qui earum triginta duas, præter pagos aliquot, nomine & ſitu deſcribit, lib. 8. ſuæ Africæ. De Ægypto vide quoque Brocardi Terræ Sanctæ deſcriptionem, ad finem; item Bellonium, Guillandinum, & Nigrum. De Nilo, Goropium, & Nugarolam. prætet veteres, quos lege in noſtra veteris Ægypti tabula.

CARTHAGINIENSIS
PORTVS.

CARTHAGINEM, Romani imperij æmulam, & alterum poſt Romam Orbis terrarum decus, deſcribere, noſtri non eſt inſtituti; ſed quia hunc eius Sinum proſtare in Italia hac forma vidimus, eum huic noſtro operi etiam inſerere non ingratum Geographiæ candidatis exiſtimauimus, atque hiſce Pauli Iouij verbis exprimere viſum fuit: Carthaginienſis ſinus ea forma eſt, vt eius ingreſſus ab alto adnauigantibus abſcondatur; quoniam Clupeæ promontorium, antiquis Mercurij & Pulchti vocatum, multùm in Occidentem Solem ſeſe extendit, & introrſum demum ſe reflectens, alterum efficit promontorium, olim Apollinis, hodie Zafranium à nautis appellatum. Inde verò lunato ambitu ad Guletæ fauces recuruatur; & ad læuam Radæ vrbis calidarum aquarum ſalubritate celebris, regionem relinquit. Ex aduerſo autem, collapſæ Carthaginis ſitum ſpectat. Hæc ille. Sed apud Ioannem Leonem etiam loca huic vicina luſtrare licebit.

NATOLIAE, QVAE OLIM ASIA MINOR, NOVA DESCRIPTIO.
ORIENS
GENECH
PEGIAN.
BOZOCH
SVVAS
ANADOLE
AMASIA.
RONI
BOLLI
CHIANGARE.
CARAMANIA
MENTESE
GERMIAN.
ALDINELLI
SARCVM
BECSANGIL
METELINSIO.
SORIA.
CIPRVS insula
MARIS MEDITERRANEI PARS
RODVS.
SCARPANTO.
CANDIA insula olim CRETA.
MAR MAGGIOR, olim Pontus Euxinus
ARCHIPELAGO, olim Mare Aegeum.
ROMANIA, olim THRACIA.
OCCIDENS.
SEPTENTRIO
MERIDIES

AEGYPTI RECENTIOR DESCRIPTIO

CARTHAGINIS CELEBERRIMI SINUS TYPUS

Tunes capta & in Christianorum potestatem redacta est a Carolo quinto Romanorum Imperatore Anno a Christo nato M.D.XXXV.

ABISSINORVM
SIVE
PRESBYTERI IOANNIS
IMPERIVM.

QVEM Europæi Presbyterum Ioannem vocant, à Mauris ATICLABASSI; à ſuis, hoc eſt, Abiſsinis ACEGVE, & NEGVZ, hoc eſt, Imperator, & Rex cognominatur, nam proprium nomen(vti apud nos) à parentibus pro arbitrio eis inditur. Videntur etiam (quemadmodum noſtris Romanis Pontificibus mos eſt) proprium nomẽ in ſuſcipiendo Imperio commutare; nam ille qui noſtra ætate cum Rege Luſitano amicitiæ fœdus iniit; Atani Tingil vocabatur, quod nomen, cùm ad Imperium venerat, in Dauid permutauerat. Hic Presbyter Ioannes inter maximos noſtræ ætatis Monarchas proculdubio cenſendus eſt, vt qui inter vtrumque Tropicum à Mari Rubro ad Æthiopicum ferè Oceanum pertingit. Et vt accuratiùs aliquanto eius Imperij limites (quemadmodũ eos ex noſtri tẽporis ſcriptis luſtrationibus colligere potuimus) deſcribamus: A Septemtrione habet Ægyptum (quæ ſub Turcis eſt) vicinã; ab Oriente ad Mare Rubrum, & Sinum Barbaricũ ex parte extenditur; à Meridie Lunæ montibus à natura vallatur; ab Occidente verò Regno Manicongi, Nigro amne, Nubiæ Regno, & Nilo flumine terminatur. His ſcriptis terminis videtur comprehendere antiquorum Æthiopiam ſub Ægypto cognominatam, Troglodyticam, & Cinnamomiferam regionem, & Libyæ interioris partẽ. Hæ regiones hodie multis & variis nominibus diſtinguuntur, vt ipſa tabula oſtendit. Incolæ omnes, Abiſsinos ſe vocant. Sunt ſubfuſci coloris. Chriſtiani ſunt, vt patet ex litteris prædicti Dauidis, ad Clementem VII. ſcriptis. De quorum moribus, viuendi genere, & religione, hæc pauca ex Franciſci Aluareſij Itinerario Italica lingua excuſo, delibabimus.

Eſt his regionibus magnus Monaſteriorum vtriuſque ſexus numerus; in virorum Monaſteriis, neque mulier, neque animal feminei ſexus vllum intrat. Horum Monachi leiunium, quod quinquaginta dierum hîc eſt, aqua vt plurimùm & pane obſeruant, nam piſcium hîc magna eſt pænuria, præſertim in Mediterraneis; nam etſi amnes piſcoſi ſint, piſcationibus tamen minimè indulgent, cùm artem piſcandi non calleant. Horum quidam eo tempore vix panem guſtant, ſed herbis dumtaxat ſuſtentantur: ſunt inter illos qui per totum hoc leiunium non dormiunt, niſi mento tenus ſupter aquam ſedentes. In templis, more noſtro, campanas habent, ſed plerumque ſaxeas. Sacerdotes Presbyteriq́ue ſunt coniugati. Miſſam celebrant. Proceſsiones crucibus thuribuliſq. peragũt. Monachi comam nutriunt, Sacerdotes non item; neuter calceis veſtitur, neq. quis calceatus (etiam Laicus) templum ingredi poteſt. Diebus Sabbathi & Dominicis ſeriantur. Circuncidunturomnes, etiam feminæ; ſed baptizantur quoque in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſed non ante diem quadrageſimum: qui ad hunc diem non pertingunt, inbaptizati obeunt. Omnibus baptizatis eodem momento ſacram Eucharistiam miniſtrant, multa ſuperinfuſa per os frigida, vt faciliùs à pueris diglutiatur. Nomina quibus induntur propria, ſunt omnia ſignificatiua. Dicunt ſe ad religionem Chriſtianam conuerſos à Candace (cuius in actis Apoſtolorum memoria eſt) Regina, quam Iudith vocatam putant. Habent librum in octo partes diſtinctum, quem Manda & Abetilis vocant; hunc ab omnibus ſimul Hieroſolymæ vnà congregatis Apoſtolis ſcriptum aſſerunt; huius contenta omnia ſtudiosè admodum obſeruant. Plebs digama ferè eſt; hoc eſt, duas tréſve vxores impunè ducunt, pro ratione facultatum, quibus eas alere poſſunt; ſed tales ab Eccleſiaſticis à templis arcentur. Diuortia quoque facere illis licet. Vaccinas carnes crudas, ſanguine recenti tamquam iure aliquo tinctas, Nobiles in deliciis habent.

In toto Presbyteri Ioannis regno æris monetalis vſus non eſt, ſed eius loco aurum purum infectumque penditur. Etiam ſal (ſed hoc non ſolùm in his regionibus, at per totam ferè Africam) rerum commutationibus inſeruit. Idem alicubi ferrum globuli forma expolitum facit. Sed piper in tanto apud hos eſt pretio, vt quodcunq. quis mercari ſibi velit, pro eo redimere facile ſit. Habent hæ regiones ferè omnis generis animalia & aues; vti ſunt elephantes, leones, tygrides, lynces, taxos, ſimias, & ceruos, (hoc contra veterum opinionem, qui negant Africam nutrire hoc animal) ſed toto ſexennio, quo noſter hic Aluareſius his locis hæſerit, vſum, neq. cuniculum, carduelem, picam, neque cuculum ſe vidiſſe ſcribit. Cuniculos tamen in Mauritania maximo prouentu eſſe, tradit Ioan. Leo, lib. 9.

Sunt his locis peculiare malum & lues, Locuſtæ; quarum tantus interdum excreſcit numerus, vt aërem obfuſcare videantur, tam denſis agminibus nunc hanc nunc illam prouinciam more hoſtium vaſtantes; vt omnem ſegetem meſſemque deuorent, arborum folia corticesque depaſcantur, camposque adeò depopulentur, vt incolæ ſæpe domicilia auita relinquere, & ad alias ſedes commigrare cibi pænuria cogantur.

Eſt in hoc tractu vrbs Caſſumo nomine, ſedes olim (vti in eorum Annalibus eſt) Reginæ Sabæ, quam Maquedam nuncupatam ferunt, adduntq; hanc ex Rege Salomone filium ſuſcepiſſe, nomine Meilech. Hanc vrbem poſtea à Regina Candace habitatam iiſdem perſuaſum eſt. Sed præſtat harum rerum ſtudioſum Lectorem ipſum Franciſcum Aluareſium conſulere, qui diligenter admodum quæ in ſua hac legatione obſeruauerit, deſcripſit: Iohannem Bermundeſium, qui ſuam quoq. legationem ad hos Abiſsinos edidit Luſitanica lingua. Videat & Damiani à Goes libellum De rebus Æthiopicis, & Sabellicum Enn. 10. lib. 8. De origine huius nominis Presbyteri Ioannis, & qua ratione ex Aſia (vbi ante ducentos plus minùs annos ſcriptoribus cognitum erat) hodie in Africam tranſmigrauerit, vide Iacob. Nauarchum in ſua epiſtola Aſiatica, & Gerard. Mercatorem in ſua vniuerſali Tabula.

SEP
Maris Mediterranei p
Tripoli.
BAR
BARIA
PARS TURCI
Titulus & Insignia Presbiteri Ioīs.
DAVID SVPREMVS MEORVM REGNORVM, A DEO VNICE DILECTVS, COLVMNA FIDEI, ORTVS EX STIRPE IVDA, FILIVS DAVID, FILIVS SALOMONIS, FILIVS COLVMNAE SIONIS, FILIVS EX SEMINE IACOB, FILIVS MANVS MARIAE, FILIVS NAHV SECVNDV̄ CARNEM, FILIVS SANCTORVM PETRI ET PAVLI SECVNDVM GRATIAM; IMPERATOR SVPERIORIS ET MAIORIS AETHIOPIAE, ET AMPLISSIMORVM REGNORVM IVRISDIC: TIONVM ET TERRARVM; REX GOAE, CAFFA: TES, FATIGAR, ANGOTAE, BARV, BALIGVANZAE, ADEAE, VANGVAE, GOIAMAE VBI NILI FONTES, AMARAE, BAGVAMEDRI, AMBEAE, VANGVCI, TIGREMAHON, SABAIM PATRIAE REGINAE SA: BAE; BARNAGASSI; ET DOMINVS VSQVE IN NV: BIAM QVAE IN AEGYPTVM EXTENDITVR.
NVBIA
olim Christianum
vero nullā sere rel
colunt. Regio est a
tiß. atq; ebore
cari & fru
menti
feracis:
sima, Precipu
vrbs est Dangala, ch
le sunt ditißimi, &
Aegypti mercatorib
ciantur: in ea maxi
Sandali & zibetti
domus sunt cret
stramineisque
tectis.
Niger flu.
Borno lacus.
Amazen
Borno.
Hic Niger fluuius se sub: ter terram condens, post 60. milliaria de: nuo in lacum emergit
Benin.
Biafar
Rio de los Camarones.
Medra.
Amasen
Abiami
Syre
Ambian cantiua.
Cemenia
Fernando Polo.
Ins. Principis
Median.
Ambiancantiua
Insula S. Thomę, Saccaro ditiß. quod inde nomen habet.
Maitagazi
Tigrai.
Chedaflan
Guidan
Niger lacus
Vangue
Vilus flu.
Ins. de Nobon.
40
Aequinoctialis circulus
50
Vangue.
Ihe rua
Gaga
Reg. Damute. hic effoditur aurum in magna copia.
Damut
Cotla
Asuga
Ambian.
Goiame.
Manicongo.
Ambian
Goraua
MARE AETHIOPICVM
Agag.
Guara
Agag
Vamba
Tacui
Quara.
Manicongo
Angolia
Zaire lacus.
Cafates. hic Amasones habitare dicūt.
Quara
Rio de Manicongo.
Tritones et syrenes in hoc lacu. sunt.
Zaire
Cafates
Zembre lacus.
Zet
Zet Mons.
Zembre
Armeto.
Lunę montes, hinc Austrum versu
OCCIDENS
MER

RIO
Terra Sancta
Ierusalem
PERSIAE PARS
Sinus
Persicus
Ormus.
IMPERII.
Medina Talnabi, vbi Mahumetis sepulcrum magna frequentia visitur.
Mecha, patria Mahumetis.
Aiman, que olim
ARABIA FELIX.
Ex Arabia Felice Thus ad nos defertur; quod hic, & non alibi nascitur. Incolę sua lingua Louan vocant
Mare
Rubrum.
Bello.
Gan: fila.
Dafila.
Barnagasso.
Lacca.
Dangali.
Dobas.
Adel.
Doara.
Balli.
Angote.
Fatigar.
Magadazo.
Olabi
Baru
Amara.
Melinde
Canze.
Gemen
Quiloa.
Sibit.
Tirut
ozambique
Zibit
Aden
Zocotora insula; quę olim Dioscoriada Hinc optima aloe, que inde Zocotorina appellatur, ad nos vehitur. Incolę eam Catecomar vocant Turci, Persę et Arabes Cebar; Hispani Acebar; et Lusitani Azeure nominant; vti author est Garcias ab Horto in sua aromatum historia.
Cumare
BARBARICUS SINUS
ORIENS.
90
80
70
PRESBITERI IOHANNIS, SIVE, ABISSINORVM IMPERII DESCRIPTIO.

BARBARIA,
ET
BILEDVLGERID.

RECENTIORES Africæ ſcriptores, qui Africam in quatuor partes diſtinguunt, hanc Barbariam primam appellant: ſtatuuntque illi ab ortu Solis Marmaricæ (quæ hodie Barcha dicitur) deſerta ad montis vſque Atlantis partem hodie Meies vocatam, quæ pars à Strabone fortè ſub nomine Aſpis deſcribitur: huncque montem Atlantem (ſecundùm eius ab Oriente in Occidentem ad mare vſque, quod ab eo Atlanticum nominatur, longitudinem) à Meridionali plaga habet: ab Occaſu ipſum mare Atlanticum, Septemtrionale verò latus mare Mediterraneum lambit: itaque vt totus ille Africæ tractus, qui olim vtramque Mauritaniam, Africam propriam, Cyrenenque continebat, hodie in Barbariæ nomen in vniuerſum abierit. Fuitque totus hic tractus, vt Suidas auctor eſt, ſub Maſiniſſa rege.

Hæc Africæ nobiliſsima pars hodie cenſetur, atque in quatuor regna, ſeu mauis prouincias diuiditur, in Marochum nempe, Feſſam, Teleſinem, & Tunetem. Ab hominibus ſubfuſci coloris inhabitatur. Qui ciuitates incolunt, ſunt in Architectura, atque inuentione Mathematica mirè dexteri: quod quis facilè ex eorum artificioſis ſtructuris colligere poteſt. Probiſsimi (ſi Ioanni Leoni credendum eſt) ſunt viri; nullus illis fucus; ſimplicitatem atque veritatem non amplectentes modò, ſed & re ipſa comprobantes. Validiſsimi ſunt atque robuſtiſsimi; & inter hos præcipuè illi, qui montes incolunt. Fidei omnium obſeruantiſsimi. Nulla gens magis vexatur zelotypia, adeò vt vel mori mallēt, quàm ex vxoris parte aliquam ferre contumeliam. Diuitiarum atque honoris auidi, obque id per vniuerſum ferè orbem mercatum proficiſcuntur. Qui tentoria inhabitant, hoc eſt, qui pecorum curā gerunt, pij ſunt & animoſi, patientiſsimi, comes, œconomi, vitæque integritatis amantiſsimi, ſi quiquam alij. Sed cùm nemo ex omni parte beatus, habent & ſua vitia: nam oppidani, quos diximus, multa ſuperbia tumidi ſunt, iracundi vt nihil ſuprà, adeò vt vel minimam iniuriam duriſsimo (vt aiunt) inſculpāt marmori. Ruricolis ruſticitas, atque morum ruditas tam in animo ſedet, vt vix exterus quiſquam illorum amicitiam ſibi conciliare poſsit. Simplicioris ſunt ingenij, plus fatis fidei etiam impoſsibilia referentibus adhibētes. Phyſicæ Philoſophiæ tam ignari, vt omnes naturæ operationes pro diuinis habeāt. Cholerica bile adeò ſunt inſecti, vt vix plateas interdiu inuenias, quibus non bini aut trini ſint, qui ſe mutuis pugnis laceſſant. Nunquā niſi iracundè & Stentorea voce (vt dicitur) loqui videntur. Hæc de incolarum moribus: nunc de natura locorum.

Regionis pars, quæ mare Mediterraneum ſpectat, montibus occupata eſt. Ab his montibus vſque ad Atlantem, planitiem habet ſpatioſam, & quoſdā etiam colliculos. Maxima hîc fontium copia, riuuliſque amœniſsimis irrigatur. Dactylorum malorumque Punicorum feraciſsima; ſed frumēti non adeò fertilis; frugumque vbertate felix, ficuum & oliuarum copioſa. Mons Atlas frigidiſsimus eſt & ſterilis, omnique ex parte nemoroſus, atque niuibus obſitus; omnia ferè totius Africæ flumina procreat. Frigus numquam hîc adeò intenditur, vt quis ignem ob id accedere vellet. Autumni finis, tota Hiems, bonaque Veris pars, impetuoſis plena ventis. quin & grandinibus, fulguribus, & tonitruis horidis interdum diſcruciantur: neque deeſt aliquibus in locis nix copioſa, &c. Sed accuratam harum regionum populorumque deſcriptionem habes apud Ioannem Leonem Africanum: & Ludouicum Marmolium. atque etiam apud Fazellum cap. 1. libri 6. Decadis poſterioris rerum Sicularum. Regnum Marochi peculiariter deſcripſit Cælius Auguſtinus Curio: hos conſulite. qui velit, addat Diegum de Turribus qui Hiſpanica lingua edidit librum de Origine & Succeſsione Xariferum.

BARBARIAE ET BILEDUL
OCEANVS OCCIDENTALIS
HISPANIAE PARS.
Por:
togal:
lia.
Lisbona
Castilia
Arragon
Barcelona
Valencia
Yuica
Seuilla
Granada.
Cartagena
Calizz
Formen
Alboran
golfo de las yeguas, id est Sinus equarum: à demersis ibi equabus, vt refert Fernandus Oviedus.
OCCIDENS.
Alegrança
Lanzarote
Graciosa
Rocho
Forteventura
Vachi ma:
rim
C. Alto
C. Baiador
Canaria
C. de Gilon
C. de Non
C. de Cantin
C. de Guer
Tesfelnes
Gax
Tedsetten
Gazola
Zobedog
Algarzin
Tarodant
Tagaiost
Tiguimiga
Tinegiagen
Tiniminas
Tiut.
Tiscis
Tiscisi
Tiscisi
Tiscisi

ID, NOVA DESCRIPTIO.
Marcelles
Niza
Genoa
ITALIAE PARS.
Ancona
Golfo di Vinetia.
ALBANIAE PARS.
Roma
Napoli.
Minorica
CORSICA.
SARDINIA
Messina
Palermo
SICILIA.
Corfu
Galata
Semolo.
C. Bon
Pantalarea
Malta
Gozo.
Comin
Limosa
Lampedola
Scola.
Beito
Chirari
Gamelara
Golfo de Caps.
Gerbi
Capes.
Cala deris
Rosamaris
Casal censos
Lacus aquelide leprosus
Elbama
Cabana
Lepede
Tripoli
Tripoli
GARELGARE
Sarmana
Saltabanede
Cabis
Amrozo
Sabathra
MESVRATA
Colbena
Zedico.
Syrtis
ORIENS.
Tebessa.
Vrbs.
Clemen
Benitefrem m.
Fatnosa
Tebesse.
Desertum Tebesse.
Lemta desertum aridissimum est, et incolis latronibus infestum.
Tehorregau desertum
Lassitem
demes desertum
Elama
quae uox, idem quod desertum significat.

FESSÆ, & MAROCCHI REGNA.

A Afticæ pars quæ olim Mauritania Tingitana vocabatur, hodie duo regna comprehendit; Fessæ nempe, & Marocchi, quæ hac tabula exhibemus. Quorum Marocchum nomen accepit ab vrbe huius primaria Marocchi, (Marox incolis vocata.) Huius ager, vt scribit Io. Leo, amœnissimus est, multiugis armentorum, pecudum atque feratum generibus abundans: vbique herbidus: rerum omnium quæ ad victum conueniunt, quæ naribus adblandiuntur, quæ oculos pascunt, feracissimus. Perpetua ferè planicies: Longobardiæ non admodum dissimilis. Montes, si quos habet, frigidissimi sunt atque sterilissimi, adeò vt nihil præter hordeum producant. Vrbs in ea, quam primatiam diximus, Marocchum nempe, inter maximas totius terrarum vrbes adnumerari solet. est enim inauditæ magnitudinis. ita vt sub principe suo Hali Iosephi filio domos numerabat plusquam centies mille. Portas in ambitu habebat viginti quatuor. Murus maximæ crassitudinis, ex candido lapide atque calce vnia exstructus. Non hic templorum, non collegiorum, hypocaustorum, neque hospitorum copiam desiderabis. Inter templa, nullum artificiosius neque magnificentius, quàm quod medio vrbis à dicto Hali exstructum exstat. Est & aliud constructum ab huius successore Abdul Mumem, & ab huius nepote Mansor ampliatum, multique columnis, quas ex Hispania conuehi iusserat, opulentius reddidit. Cisternam sub hoc templo confecit, eius magnitudinis, cuius totum est templum: tectum templo addidit plumbeum: singulis angulis addidit canales, qui pluuialem aquam in cisternam subiectam mittant. Turris ex lapide durissimo, quale Romanum Vespasiani est amphitheatrum, altitudine turrim Bononiensem in Italia superat. Gradus quibus ascendituir habent singuli nouem palmos latitudinis: exterius verò muri latus decem. Septem habet hæc turris mansiones. Huic turri superstructa est & alia turricula, quæ in æcus modum adsurgit. hæc tres alteram alteræ superpositas habet mansiones, sitque ab vna ad aliã lignea quadam scala adscensus. Habet & hæc turricula in summa parte ferrum quoddam luna ornatum aurea, tres item lphæras aureas, quæ ferro sic sunt insertæ, vt maxima inferintem, minima superiorem locum occupet. Si quis è summo turris loco oculos in terram defigat, huic homines quamuis proceriotis sturræ, non aliter ac pueri vnius anni appareant. Azaphi promontorium hinc centum triginta millitaribus distans, videri quoque potest. Sed quamuis maius vix reperiatur templum, etiam si vniuersum orbem peerrtauerisi, locus tamen omnino ferè desertus est; numquam enim præterquam diebus Veneris huc populus confluere consueuit. Sub huius templi porticu centum ferè librorum officinas, totidem è regione quondam fuisse dicunt. verùm non puto vel vsũ modò reperiri posse in tota hac vrbe bibliopolam. Vix tertia opidi portio incolas habet. Hic intra muros vineæ, palmæ, horti spaciosi, agrique frumentis fœcundissimi. nam extra muros terram exercere, si equens Arabum illos vetat incursio. Hoc vnum certissimum habetote, hanc vrbem intempestiuè senium contraxisse: vix enim quingenti & sex sunt anni, quòd illa primùm ædificari cœpit. Est & arx quædam munitissima in hac vrbe, quæ si amplitudinem, si muros, si turres, si denique portas ex Tiburtiuo marmore exstructas videris, opidum iure censeas. Templum habet altissima turri ornatissimum, in cuius fastigio luna, atque sub hac tres inæqualis magnitudinis sphæras aureas, quæ omnes t30. mille aureos pendent. Non desuerunt reges huic ciuitati, qui pretio auri allecti, sphæras loco amouere conati sunt, sed mirùm illis semper obtigit infortunium, quod conatum impediuit: adeò vt omem maximè sinistrum vulgò opinentur, si quis eas manu contrectare studuerit. Sit satis de hac vrbe. ipsum Leonem lector adeat lib. 2. vbi de vrbe & hac arce plura, ad nauseam vsque. Tardandum quoque hic vrbs, quæ Taurent Mauris, satis amplum, ab antiquis Africanis conditum. Domotum numerat circiter tria millia. Incolæ moribus sunt ciuilioribus, habetque omnis generis artifices quam plurimos. Opidanis magnum quotannis censum enumerant, vt iter mercatoribus (est enim emporium satis à peregrinis, etiam Europæis frequentatum) huc atque illuc proficiscentibus, tutum atque securum semper sctuetur. Sunt aliæ plures, vt ostendit tabula: inter quas Messa quoque, quæ templum habet haud procul à mari, cui religiosissime faiuent. Sunt enim qui Ionam Prophetam à pisce hic eiectum, eũm ad Niniuitas prædicationis caussa missus esset, adfirment. Huius templi tigni ex balænarum costis sunt. nec tatò illis vsu venit, vt mare balænas visendum in hac continentia, hic egregium illud corium paratur, quod vulgo Marocchinum vocant. Hæc de hoc regno, de quo qui plura velit, præter Leonem, dæ magnitudinis in litrus mortuas eiiciat. In huiusque littore reperitur succini illud genus, quod nostrates ambram canam nominant. Est & Teiutum opi & Marmolium, etiam Cælij Augustini Curionis Historiam Saracenicam consulat, in qua de hoc regno peculiatis libellus. Nunc autem de Fessa.

Fessa, vt Marocchum, ab vrbe eiusdem nominis, sic appellatur. Hæc vrbs sita est in regni huius mediturllio. Conditam ferunt circa annum Domini septingentesimum octuagesimum sextum. Hanc metropolim totius Mauritaniæ dicunt: Vulgòque, vt Marmolius infit, Aulam totius Occidentis cognominant. Nomen habere ab auro, sunt qui opinentur: quòd cùm prima eius iacerentur fundamenta, eo loco inuentus fuerit auri cumulus, quod Arabibus *fes* appellatur. Maximam huius vrbis partem colles atque montes occupant, sic vt vrbis iantùm medio planicies reperiatur. Duabus viis fluuius opidum intrat, in duas namque est diuisus partes. Moxque in vrbem collapsus in inhnitas feté, per quosdam aquæductus sese spargit, ac per singulas ferè domos, per templa, per collegia, per hospitia, & xenodochia sese diffundit. Deinde per forcias percurrens, rotius ciuitatis fordes secum trahit, atque foras in fluuium inducit. Maxima domorum pars lateribus depictoque lapide sunt elegantissimæ. Aperta item loca atque porticus ex latere verficolori exstructa sunt, qualia sunt vasa illa ceratcea, quæ Itali maiorica appellant. Domorum laquearia multo auico alisque coloribus elegantissimis depingunt: quæ quidem superné lignea & plana fabricantur, quò æstiuo tempore pannus superinsterni commodè possit: nam hic propter æstum noctu quiescere solent. Turrim insuper ædibus fabricare solent multis ornatam cubiculis, ad quam sese nutlieres, vbi laborsis sunt perræsse, recipere, animumque remittere solent; à qua ad omnia sere vrbis loca prospectus paret. Templa atque Oratoria hic leptingentesimum ferè complent numerum. Inter quæ reperias quinquaginta magnifica, atque sumtuosissime exstructa rempla suis instructa sonticulis, insignitur marmore atque lapide Italis ignoto compositis. Vnicum habet quodque templum sacerdotem, cui orandi committitur ratio. Summum in hac vrbe templum Carraucn appellatur, estque tantæ magnitudinis, vt in circuitu sciquimiliare ferè contineat. triginta & vnam habet visendæ magnitudinis portas. Huius tutris, vnde plusquam Scentorea voce ad conciionem vocatur populus, altissima est. Huic subiecta est cella quædam, in qua oleum, lychni pensiles, storeæ, aliãque id genus templo necessaria recondere solent. In hoc templo singulis noctibus DCCCC. accenduntur lucernæ. Reperias præterea in hac vrbe plusquam centum balnea. item ducenta hospitia, in quibus singulis cubicula centum & viginti, aut etiam plura, est & cuique suus fons. Quadringentis circiter locis hic molatia reperias. habet autem quilibet locus quinque aut sex molas. adeò vt aliquot millia hic tnuenias. Habent quælibet artes in hac vrbe locum peculiarem, quarum nobiliores summo templo sunt proximæ. Venalia singula, sua habent peculiaria fora. Locus etiam mercatoribus dicatus hic est, quem non immeritò vrbem quis vocare posset, vndique is muris cinctus. duodecim habet tri ambitu portas, quarum quælibet ferrea catena in transuersum ducta, equis & vehiculis transitum adimit. Atque hæc de Fessæ parte Occidẽtali. Alia enim pars quæ versus Orientem, quanquam pulcherrimis templis, ædibus, palatiis, collegiisque abundet, non tam copiosæ sunt artes diuersæ. Nuncupantur tamen hic quingentæ & viginti textorum ædes, centum officinæ sunt filo candidando exstructæ. Arx hic visitur, quæ magnitudine opido æquari possit, quæ quondam regia esse solet. Hæc passim de Fessa, ex Ioannis Leonis lib. 3. Afticæ descripionis, vbi multo plurà de hac vrbe iucunda admirandaque legenda. De eadem quoque non pauca apud Lud. Marmolium. Item apud Diegum Torresium in volumine quod scripsit de Seriphorum (huius tractus aliquando principum) rebus gestis. ex quo hoc hic addam. Lapidem scribit ad portam quandam huius vrbis, cui insculptum FEZ VLEDS EL ENES, id est, Populus gentium. Item de hac vrbe hoc tritum prouerbium adducit, * *Quien sale de Fez, donde irà? y quien vende trigo, que comprerà?* quasi dicas, Qui abit è Fessa, quo locorum ibit? & qui triticum diuendit, quid ille emptures?

* *Quid satis est, si Roma parum est?* sic D. Hieron. ex Ardẽte poeta Epist. 11. ad Geruchiam virginẽ.

CONGI REGNVM.



Congi hoc Afticæ regno (quod alij corruptè Manicongo. i. rex Congi vocant) scripsit amicus noster huius tabulæ auctor Philippus Pigafetta peculiarem Italico sermone libellum, Romæ excusum: eúmque ex ore Odoardi Lopesij Lusitani testis oculati, & huius regionis peritissimi, ex quo nos hæc pauca: Dinidiur hæc regio in sex prouincias, Bamba, Sogno, Sundi, Pango, Batta, & Pemba. Harum prima habitatur à bellicosa numerosaque gente: ita vt quadraginta millia militum, cùm necessitas vrget, in castra educit. Regia in ea vrbs Banza est, quæ hodie S. Saluatoris nominatur. Omnis hæc regio metallorum diues est, etiam argenti, inprimis circa Loandam insulam. Concharum hic quoque piscatio, quæ loco monetæ sunt in toto hoc regno. pecuniæ enim hic nullus vsus: nec aurum vel argentum in pretio. Mancipiorum quoque hic magna negociatio: adeò vt eorundem vltra quinque millia singulis annis hinc à Lusitanis auehantur. Elephantũ hic quoque proueatus, quos vernacula lingua ipsi *Manzæ* appellant. Repertum & feræ genus, quod ipsi *Zebra* vocant, magnitudine & forma mulæ instar. mulæ autem genus non esse, fœcunditas arguit: fœtum enim parit. habérque pellem à ceteris omnibus animalibus dissimilem: vtpote trium diuersorum colorum fasciis variegatam: nigris nempe, albis, & fuluis: animal tantæ velocitatis atque feritatis vt domari neque ad hominum vsum accommodari vllo modo possit. Adagium incolis hinc fertur, *Velox vt Zebra*. Sunt & hic, vt alibi, leones, tigrides, lupi, cerui, lepores, cuniculi, simiæ, chamelcontes, & serpẽtum multæ species: item potci, oues, capri, gallinæ, & psittaci: etiam crocodili, quos ipsi Cariman vocant. At non habent equos, boues, aut alia iumenta humanis vsibus apta. Palmæ arboris genus hic prouenit, ex cuius foliis omne genus sericarum vestium textunt. vermium enim vsum alibi cognitum, hic incognitum prorsus. Horum quoque angariæ siue veredariorum ritum (quia vt diximus nulli hic equi) huc describere operæpretium ex xv. lib. Historiar. Indicarum Maphæi, duximus, qui ligneis illos equis vti scribit, cuius commentum tale est. Cantherio seu tigno dodrantalis setmè crassitudinis, pedum octo longitudinis, bubulum corium ad sellæ amplitudinem extendunt, huic ephippio diuaricatis crinibus viator insidet: bauli succollant duo, & vbi longum iter est, succedunt alij. Alium transuehendi per itinera homines morem describit dictus Pigafetta: tamen ab hoc non admodum dissimilem. Ad Septentrionalem huius regni partem Anzicana gens habitat anthropophaga, adeò vt apud hos humanæ carnes, (vt alibi pecorum aliorsúmque animalium) publicè in macellis vendendas exhibeant. De Loanda insula quod ferunt, hic quoque adiiciendum indico, nempe, quòd ferunt eam valde deptellam esse, atque vix è mari eminere, eámque constare ex limo ex flumine proximo, atque arena: quam si quis ad palmarum duarum aut trium altitudinem effoderit, aquam dulcem & potui aptissimam ebullire: at, (quod admirandum) hanc eandem aquam decrescente mari, falsum, eóque exundante, dulcem reddi. Ad Christianam religionem, quomodo Ioannis Lusitanæ regis auspicio anno 1491. conuersi fuerint, atque quo successu in eandem progressi, hactenusque permanserint, legere potest quis apud dictos Pigafettam. lib. 2. & Maffeium Indicar. Historiar. lib. 1. item Io. Barrosum libro 3. cap. 3. primæ Decadis Asiæ. Ante Lusitanorum in hanc regionem aduentum, propria homines non habebant nomina: sed communia, nempe eum lapidibus, plantis, auibus, aliisque animalibus.

CONGI REGNI CHRISTIANI, IN AFRICA, NOVA DESCRIPTIO.
Auctore Philippo Pigafetta.
Septemtrio.
Meridies.
Occidens.
Oriens.
ANZICANA, cuius populi anthropophagi.
Bramas populi.
Panguelungi populi.
PANGO.
BATTA, quæ nunc MBA.
AGISI.
PEMBA.
ANGOLA.
MALEMBA.
Bagamidri populi.
MATAMA.
OCEANO
ATLANTICVS, QVI HODIE MAR DES NORT.
Golfo de
Madera.
Palma.
Canariæ insulæ septem sunt numero: cum insululis verò, undecim.
Lanzarota.
Fortuentura.
Canaria.
Tenerissa.
Gomera.
Ferro.
Hic ambra reperitur.
Mar, Pequeno.
C. de Non sive Nao.
Anfolea.
C. Bonador.
C. de Sabat.

HIS PA NIAE PARS.
Andaluzia.
Sevilla
Rio Guadalquivir
Cadiz
C. de Trafalgar
Gibraltar
Estrecho de Gibraltar.
MARIS MEDITERRANEI PARS.
Albocaras
C. de tres forcas
Isole de Melias
Alcudia
Tarfogarello
Tamicaman
Campos de Anget.
Melvia rio
Campo de Canger.
Dubdu ducado.
Sembladar.
ORIENS.
Habat regio.
Gomberi populi.
Errifitis.
Garet.
Elhasis pop.
Asgara regio.
Elchalati populi.
Sobaigne
Pode aza gar.
Hoari populi.
Zuahiri pop.
Temesna regio.
Tamechia.
Zuga planities.
Edecsena planities.
Serra Carnacara.
Delligi pop.
Tedles.
Chauz.
Huseini pop.
Beninia raz gens.
Nussini pop.
Ducala.
Haschora reg.
Asgeni pop.
Hea reg.
Serra Verde.
Ruchi populi.
Darra reg.
MARRVECOS.
OCCHI REGN.
Gondate.
Serra de Haha.
Musinudæ pop.
Guzula reg.
Atlas mons.
Brabantiæ
ali.
NUMIDIAE PARS.
FESSAE, ET MAROCCHI REGNA AFRICAE CELEBERR.
describebat Abrah. Ortelius.
1595.

PARERGON,
SIVE
VETERIS GEOGRAPIÆ ALIQVOT TABVLÆ.

LECTOR S.

Ad nostram Orbis terrarum descriptionem habe sequentes tabulas: quas in gratiam priscæ tam sacræ quàm profanæ historiæ studiosorum à me delineatas, seorsum publicare decreueram: nihil enim ad nostrum in hoc Theatro (quo hodiernum tantùm locorum situm exhibere proposueram) institutum facere videbantur: victus tamen amicorum precibus, eas in huius nostri Operis calcem, tanquam Parergon, reieci, Vale, & nostros conatus boni consule.

AD

CL. V. ABRAHAMVM ORTELIVM

IANI LERNVTI EPIGRAMMA.

E tabulis celebrata tuis tibi patria debet
ORTELI, quantum soluere nulla potest
Debet, sed quia te talem perfecit, ab illa
Pone satisfactum, sisq. tibi ipse Mydas.
Aut qua sola nequit persoluere Belgica, soluat
Orbis, in Orbem etiam sunt merita ampla tua.
Nam digestum vno nunc cernimus omne THEATRO
Mundi in se ambitio maxima quicquid habet.
Sic stadium in cœlis currat licet orbita Solis,
Non minus & terras lustrat & Oceanum.
Iure potest animos & cornua tollere SCALDIS,
Qui Soli soli te geminum esse dedit.

AD

ABRAHAMVM ORTELIVM ENTHEVM

GEOGRAPHORVM PRINCIPEM,

MICHAELIS VANDER-HAGEN ANTVERPIANI

EPIGRAMMA.

ORTELI cùm sis paruus quasi mundus, vt omnis
Est homo, mirandi fabrica tanta Dei;
Miramur meritò, terrarum maximus Orbis
A te comprendi qua ratione queat.
Omnes tu mundos complecteris hosce minores.
Cælum ipsum capit hæc enthea mensque tua.
Et miramur adhuc, te immensa volumina Mundi
Diuino ingenio supposuisse tuo?

ORNATISSIMO VIRO
D. ABRAHAMO ORTELIO.

ORteli, mea mi nuper cùm frena Noverca
Paululum ab insano laxa dolore daret:
Liberáque invisis nodis, & compede duro
Redderet arbitrio crura pedésque meo:
Queis miserum pressit, donec iam quatter anheli
Issent per Scorpi tergora Solis equi:
Tunc trepidus puro Phœbus radiabat Olympo,
Claráque fulgebat tunc sine nube dies.
Hæc animum studia in diversa trahebat, vt esset
Prima mihi patria visere cura lares:
Inde alias alio terras sub Sole iacentes,
Oppidáque externo pulcra locata solo.
Ergo pedes tento dubios, vestigia firmat
Scipio, dextra illum nunc, modò læva regit.
Ingredior lentus: mox factus alacrior, altos
Exsupero colles, & iuga summa peto.
Lumine perlustro facili vaga flumina, fontes:
Et peragro saltus, pascua læta boum.
Atque tuo radio descripta per oppida, pérque
Prata vagas certo tramite certus eo.
Donec ego ad triviÿ venio perplexa; moratur
Ancipitem varia heic me via, fallit iter.
Huc læti ducunt aditus: hac semita monstrat
Parte viam: hac dumis horrida silva patet.
Contineo ergo gradum dubius quò tendere pergam,
Cùm mea quis clara nomina voce vocat.
Respicio attonitus. tum verò, ut lumine lustro
Auctorem nostri nominis: Ecce tibi,
Fœda situ, denso vepre obruta, rudere multo
Effigies visa est semisepulta Dei.
At cujus rogitas? Divûm mandata per auras
Qui celer ad Superos fertq; refertq; leves.
Hunc prior aggredior. Tene hic Iove nate latentem
Vepribus, immundo in pulvere conspicio,
Neglectum, meriti haud habita ratione decoris?
Quæ sit caussa, mihi dic precor. orsus ait:
Heic in congesto saxorum, vt cernis, aceruo,
Rectum iter vt monstrem, me posuere, Grapheu.
Purpureos veteres meritis pro talibus olim
Spargebant flores, sertáque picta dabant.
Tunc verò tenui contenta Aphelia paratu
In terris recti sedula agebat amans.

Tunc bona quæ passim tellus fundebat, inemtum
Aut olus, aut rapum, sobria mensa dabat.
Tunc cincti lumbos hirsutis pellibus ibant,
Aut lana simplex textus amictus erat.
Méque viam monstrante Deo, tunc tramite recto
Quisque suum ingrediens certus inibat iter.
Larvato at postquam successit Hypocrisis ore,
Cum fuco, turpis venit & Ambitio:
Protinus à pulcra longè virtute remotum
Mortale in vitium labitur omne genus.
Hinc epulæ, plenis hinc fercula splendida mensis
Luxuriant liquido pocula plena mero.
Hinc vestes illusæ auro, argentóque rigescunt:
Articulis clarè lucida gemma micat.
Hinc Pietas procul è terris, Rectúmque, Bonúmque
Exsulat: Hinc Superûm Numina spreta iacent.
Hinc fit, vt in triviis plerique erroribus acti,
Tesqua per aspera, per compita, per salebras,
Quisque suum sectatus iter, sua sensa secutus,
A recto abscedant, præcipitésque ruant.
Non aliter, quàm cùm celsis de collibus amnis,
Immensum pluviis turbidus auctus aquis,
Assiduo fertur cursu, quem saxa morantur
Non vlla, aut moles aggeris oppositi,
Donec ad angustas fauces venit, utraque ripa
Heic vbi crescentes pressior arctat aquas:
Altior hinc surgens ripis stagnantibus alveo
Vndanti egreditur spumeus, inde ruit
In præceps per prata furens: imasque volutus
Per valles, dubium per loca quærit iter
Devexa, huc illuc sinuosis flexibus errans:
Séque in diuersas scindit ubique vias.
Nunc quæ caussa siet, mox te quòd voce vocarim,
Expedium: ratio nec mihi visa levis.
Namque, vbi suspensum in trivio te hærere viderem,
Et dubium, velles quo modò ferre pedem:
Talia non passus, volui hoc ne nescius esses,
Idq; mihi in primis ipse monendus eras:
Vt, si qua deinceps mundi in regione vagari
Ignota, aut solus, cum sociísve voles:
Hæc adeo tibi prima siet, tibi serviat istæc
Vndique diuinis pagina scripta notis:
Communeis quam nunc Ortelius edit in usus,
Quódque palam populis nobile vulgat opus.

Namque,

Namque, hanc si clarè inspicies, totámque volutans
Sedulus attenta mente sequère ducem,
Difficiles non te fauces, flexúsue viarum
Offendent, quoquò moueris vsque pedem:
Spondeo, scruposus te non remorabitur ullus
Calculus, in plana sed gradiere via.
Hæc te per montes, colles, per saxa, cauásque
Per valles, nullo deuia trita pede,
Per nemora, & siluas ducet: maria alta videre,
Portúsque, & fontes, flumina larga, lacus
Hæc dabit: hæc urbes, populos, tractúsque immensos
Terrarum, subsunt qui sub utroque polo,
Ostendens pandet, non uno nomine claros,
Et notos Graio, Barbarico, Latio,
Cunctos insigni hoc præstans Ortelius ergô
Donatos voluit munere, blande Græpheu.
Nec satis hæc: simul orbi orbem vel sponte dedisse,
In picta ante oculos seu positum tabula:
At maiora animo concepta in luminis oras
Proferet ipse olim sedulitate vigil.
Sic studiis fessus numquam, promtóque labore,
Jngenij fundit publica dona sui.
Qualiter aut Scaldis longè pulcerrimus exit,
Aut Rhenus largo flumine, fonte suo:
Et cursu assiduo, longóque exercitus, vndas
Sufficit innumeris perpetuas populis.
Dixerat, atque illam dono dat habere petenti:
Accipio, & lætum térque quatérque monet,
Hanc vnam adiungam comitem quocumque vocabunt
Me terræ, ipsa meum claudat ubique latus.
Ergo illi coram dico pro munere grates:
Absenti innumeras at tibi scribo. Vale.

Coloniæ Agripp. pridie kal. Ian.
CIↃ. IↃ. LXXVIII.

A. GRAPHAEVS.

IN REGIVM GEOGRAPHVM
DN. ABRAHAMVM ORTELIVM ANTVERPIANVM.

Avunculum suum carissimum, IACOBI
COLII ORTELIANI
Carmen ΑΝΑΓΡΑΜΜΑΤΙΚΩΣ.

VLTIMA *iam Senecæ venerunt secula vatis.*
Vincla vagus rerum solvit & Oceanus.
Iámque patet veteri tellus ingentior Orbe,
Abdita quæ decies sæcula quinque fuit.
Et simul ingenium fato delabitur astris,
Inditur ídque viro qui mihi Tiphys erit.
Non prior aut Tiphys, prior aut nova prodita terra est;
Quippe coævus huic is pariendus erat:
Qui non connubijs fulvóve retentus ab auro
Totus lustrandis ordibus invigilet;
Inó plaga media, & gelidis, dum sudat, & alget,
Non sibi, sed cunctis exprimat omne solum.
Non Tagus, aut Ganges, Phasisve iter obstruit illi,
Nec satis, antiquis visa videre loca.
Sed nova regna petit; rate non tamen indiget Argi:
Argi nunc centum lumina Tiphys habet.
Vtó super Thulen glacialem transijt oram,
Sole sub Hesperias it comitatus aquas.
Iámque novos retegit, plenos tamen urbibus, orbes:
Auro ibi non vellus, tecta sed ampla nitent.
Littoreósque legit vario sub sydere tractus,
Sæpè novos populos, & nova jura videt.
Antipodum Eoo cinctas petit æquore terras:
Ipsa herbas, auro queis potiare, ferunt.
Luna tui Australes montis legit advena clivos.
Quas Sol illustras lustrat & iste plagas.
Orbe pererrato speciosum Belga theatrum
Exstruit in patria, mox in eóque gradus.
His cinctum spectet terrarum quilibet Orbem,
Cum fluvijs portus, oppida, tesqua, lacus.
Rex simul invisat varias sua regna per oras,
Et populus tutò permeet omne solum.
Exsul ibi patriam repetat, profugúsque penates.
Nupta domi absentis spectet iterque viri.
Non veterem, atque novum Tiphy satis ire per Orbem:
Sed novus ut Ianus tempora lapsa videt.
Sæcula Iuppiter huic bifronti prisca revoluit.
Quis fuit in prisco vultus hic Orbe docet.
Includit veteri facie quoque regna theatro:
Celta suos saltus, oppida Creta, videt.

Cernere

Cernere cum Phœbo loca, cum Iove tempora Mundi,
Non ſatis Ortelio eſt: ſed meliora cupit.
Non ruitura petit. prudens hæc ſæcula ſpernit.
Ferrea non ſpernat? nominis omen habe,
NITAMVR SVPRA VALEAT *que vel* ORBIS AHENVS.
Aurea quæ nuper liquerat aſtra petit.

REGIONVM INSVLARVMQVE HVIVS PARERGI INDEX.

rah. Patriarchæ pereg. v
udæ inſulæ ix
gyptus xxxiii
neæ Troiani nauig. xxxv
rica Propria xxxii
ex. Magni exped. xxxiiii
nmonis Oraculum xxxiiii
ulia xxiiii
rgonautica xxxvii
ia Propria. xxix
lgium xiiii
itannicæ inſulæ ix
utij xxiiii
alabria xxiiii
ephalenia inſula xxxi
hios inſula xxx
ia inſula xxx
ircæius mons xxiii
orſica inſula xxxi
reta inſula. xxxi
yprus inſula xxx
acia xxvi
almatia xix
aphne Antioch. ſuburb. xxxix
De inſtitutione Imperij Tabula. i. xvii
De inſtitutione Imperij Tabula. ii. xviii
Delus inſula xxx
Diomedeæ inſulæ xxiiii
Echinades inſulæ xxxi
Erythræum mare xxxvi
Etruria xxii
Euboea inſula xxx
Europa viii
Euxinus Pontus xxvii
Gallia Strabonis, ceterorumque veterum xi. xii
Gallia Iulij Cæſaris xiii
Gallia Ciſalpina xxi
Geographia Sacra i
Germania xv. xvi
Græcia xxix
Hellas xxix
Hibernia ix
Hiſpania x
Hiſtria xix
Icaria inſula xxx
Illyris xix
Ilua inſula xxii
Ionij maris inſulæ xxxi
Italia xx
Italia Gallica xxi
Ithaca inſula xxxi
Iudæa iii
Iuuerna inſula ix
Latium xxiii
Lemnos inſula xxx
Lesbos inſula xxx
Leucas inſula xxxi
Liburnia xix
Liguria xix
Locri xxiiii
Macedonia xxix
Magna Græcia xxiiii
Mare mortuum v
Moeſia xxvi
Monaſterium D. Hieronymi in Eſcuriali xl
Norictum xv. xvi
Numidia xxxii
Orbis Romanus vii
Orcades inſulæ ix
Palæſtina ii
Pannonia xix
Peloponneſus xxix
Peregrinatio D. Pauli iiii
Pontinæ paludes xxiii
Pontus Euxinus xxvii
Pontus regio xxvi
Rhætia xv. xvi
Rhenia inſula xxx
Rhodus inſula xxx
Roman. Imperium vii
Sabini xxiii
Samos inſula xxx
Sardinia inſula xxxi
Sicilia xxv
Taurica Cherſoneſus xxvii
Tempe Theſſalica xxxviii
Thracia xxviii
Thracica Cherſoneſus xxviii
Trinacria xxv
Tuſcia xxii
Typus Geographicus vi
Vallis Silueſtris v
Vectis inſula ix
Vindelicia xv
Vlyſsis errores xxxvi
Zacynthus inſula xxxi

A IOVE PRINCIPIVM,
INQVIT VETVSTAS.

A SACRIS ITAQVE
AVSPICANDVM
HVNC NOSTRVM LABOREM
DVXIMVS.

GEOGRAPHIA SACRA.

QVOD iamdudum promiſimus, en Theologiæ Sacrarumq. litterarum ſtudioſe, iam tandem damus, Tabulam nempe Geographiæ Sacræ, ſiue locorum quorum in Veteri Nouoq. Inſtrumento memoria: an autem ſatis exactè & voto tuo ſufficienter, ignoro: pro meo quidem ingenio atque virili (cui haud multum, & in hoc argumento imprimis, tribuo) laboraſſe ingenuè profiteor. Non tamen palmam doctioribus, in tali deſcribenda, me præripuiſſe ſcio, fateorq. libens. Dedimus quod potuimus, quando vt voluimus non licuit. Valentiam potiùs quàm volentiam en offerimus. Duo autem candide ſpectator priuſquam de ea iudices, ante omnia ſcire debes, optoque vt ſcias. Primùm, quòd in nominibus locorum Geographicis ſequuti ſumus LXX. Interpretum verſionem; idque quia hæc vna & ſimplex. Latini autem interpretes vt plures, ſic & varij, ita in indigetandis locorum nominibus valde vacillant aut variant: ita vt idem verbum quod alius propriè, alius ſignificatiuè aliter verterit. Quod eſt (vt cum Varrone dicam) vocabulum ex nomine facere: & contrà quoque ex vocabulis propria. quorum exempla vide apud Emanuelem Sà in Notationib. nec non in noſtro Theſauro. Dum itaq. dubij hæremus, vtrum ex his variantibus nominum ſcripturis nobis eligendum eſſet, ad LXX. Interpretes, tamquam ad Sacram anchoram refugimus. Si quis autem alias nomenclaturas interpretum Latinorum maluiſſet, poterit & illas his noſtris facilè ex dicto Theſauro Geographico noſtro adiungere, non magno labore. In hoc enim ſynonyma locorum omnia litterarum initialium ſerie inueniet. Alterum beneuole Lector quod te ſcire volo, debeſque; ne præiudicium peruertat iudicium; nempe Palæſtinæ locorum omnium loca in hac Tabula minimè exhiberi, celeberrimorum autem pauca, (pro loci capacitate.) Vides enim eius nimiam anguſtiam. Poſſunt autem hæc peti ex tabulis, quas huic ſubiunximus, duabus Tilemanni Stellæ, & tertia quæ Peregrinatio D. Pauli inſcribitur, quartaque quæ Abrahami Patriarchæ. Si enim hæc omnia ſimul vna eademque tabula delineare animus fuiſſet, magna ſanè nimis fuiſſet: immo maxima vaſtaque; centieſque huius, quam præbemus, magnitudinem ſuperaſſet, quod non mole tantùm moleſtum, ſed & aſpectu inamœnum fuiſſet. In meditullio ſiue vmbilico in quo Syria, (quam vides Lector,) vti ſatis locis fuiſſet repleta & fertilis, ita in locis circum circa limitaneis vndiquaque ſterilisima, vt in vaſtiſsimo pelago exigua inſulula ſe oſtentaſſet: & in magnam, oneroſam, ſumptuoſamque formam: atque id ſine aliquo fructu excreuiſſet.

Vniuerſalis Orbis typum à latere adiecimus: ex qua theologiæ candidatus diſcat conferendo, quantam & quotam huius partem hiſtoria Sacra comprehendat. Atq. eodem labore hoc quoque, nempe ſitum duorum locorum in ſacris celebrium, Ophyræ vtpote regionis & Paradiſi terreſtris ſitum. De quibus etſi multi multa ſcribant, & diſſentientes inter doctos opiniones exſtent, nos noſtram ſententiam quoque adiecimus, de qua Lectori pro ſuo arbitratu diiudicare licebit: legatque ſi lubet, quæ fuſiùs de Ophyra ſcripſimus in noſtro dicto Theſauro. De Paradiſo eadem inter theologos controuerſia. Maxima pars hunc in Oriente ſtatuit, alij in Syria; Poſtellus ſub polo Arctico. Sunt qui ſub Æquinoctiali fuiſſe coniiciant. Goropio noſtro apud Indoſcythas eſſe multis argumentis perſuadetur. Ex veteribus quidam eum ad Lunarem globum pertingere tradunt: alij alibi. Cæſarius Nazianzeni frater in Dialogis vbi hunc collocauerit ignoro: Danubium enim hic vnum ex huius fluminibus facit: eum nempe, quem Sacra vetuſtas Phiſon nominat: hunc verò D. Hieronymus & Euſebius Nilum interpretantur, alij Gangem. Sed addam quoque Diui Auguſtini ad Manichæos hoc, *Beatam vitam Paradiſi nomine ſignificatam exiſtimo.* Alij recentiores qui ex profeſſo de ſitu huius ſcripſere, ſunt Moſes Bar Cepha; Pererius in Geneſim; Ioannes Hopkinſonus peculiari libello, in quo & huius corographica delineatio. Alij quoque, vt Beroaldus in Chronico, Vadianus in trium Orbis partium deſcriptione; item Ludouicus Nugarola in libello de Timotheo ſiue Nilo, &c.

Phiſon vnum è Paradiſi fluminibus, quem quidam Gangem interpretantur, qui nimis verſus Ortum fluit, hæc tabula (ignoſce beneuole ſpectator) propter ſuam anguſtiam recipere non potuit: eius autem ſitum cognoſces ex alia noſtra ÆVI VETERIS GEOGRAPHIÆ in hoc Parergo noſtro TABVLA.

Mare positum est in spaci-
oso loco, ut esset altum
et immensum.
4. Esdræ, cap. 7.
GEOG
SA
THERGAMA.
EV-
-ROPA.
GALATIA.
Danubius fluvius, qui
Phison Cesario Nazianzeno.
ITALIA, et CHETIM.
Citij.
Roma
CETEI, pro Macedonia.
PHOBEL, quæ
GRÆCIA.
HISPANIA.
MARE
MAG
Athenæ
Delos
SICYON.
Sparta
CRETA.
Gortina
NVM, ET
Tharsis, et
Carthago,
item Car-
chedon
Melita
OCCIDENTALE, QVOD ET TH
SIS.
PHVT, QVAE AFRI-
CA D. Hieronymo.
CYRENE. Iudæ
rum colonia. testibus
4. Reg. 16. Amos. 1. et 9.
item Actuum 2.
LIBYA.
OCCIDENS.
AETHIOPIA
Ophiram
regionem quia hæc
tabula comprehen-
dere non poterat, hanc aream univer-
salem hic seorsim delineavimus, in qua illam
ex dissentientium scriptorum iudicio notavimus.
Nostram verò de eadem sententiam si quis
intelligere aveat, Thesaurum nostrum
Geographicum adeat, censu-
ramq; suam (per me
enim licebit)
addat.
AMERICA
ATLAN
ATLAN
Æquinoctialis cir-
culus.
MER

Ex Conatibus geographicis Abrahami Ortelij. Cum privilegio Imp. Regis, et Cancellariæ Brabantiæ, ad decennium.
CIↃ. IↃ. XCVIII.
REVERENDO ET ILLVSTRI DNO GVILIELMO GRIMBERGIO, ANTVERPIENSI PRAESVLI DIGNISSIMO,
Abrah. Ortelius obsequij deuotionisq; ergò dedicab. consecrabatq;
ASIA.
ARABIA.
INDICA REGIO.
ORIENS.
MESSA.
RAGMA.
PERSAE.
CHALDAEA
MEDIA, CHALMAB, et CHELMACH.
Sephar mons.
PHOBEL, que AS/SYRIA.
Arrat, et Reges
Antioch campus.
Decam campus
Susa, quæ Sescch
Persepolis
Babylon
Carchamis
Dasem
Carrhas, que et Nachor
Thadmor
Damascus
Hierusalem
Scythopolis
Medaba
Sinai, et Oreb mons.
AGARENI.
ISMAELITAE.
MADIAN, et MADIANITAE.
ZABADAEI.
CEDAR.
EVILATH
SUBA.
MESOPOTAMIA.
EDEN.
POTAMIA.
THEMANI.
ZAMRI.
SENNAR.
MAACHA.
CANAAN.
BLASOR, et PONTVS.
Troglodytæ.
RVBRVM MARE.
SABA.
Gozan flu. qui et Habor fluvio
Arsareth
Arsareth mons.
Erbatana quæ nũc Amatha.
Nineue
Thaphsa
Thapsacus
Euphrates flu.
Tigris flu.
Calanne
Sura flu.
Ragau
Euphrates flumen, qui Phison alij, Nilum Ethiopiæ, Gangem alij, quem hic et India capere haud potest.
Cyprus
Rhodus
Cos
Lesbos
Chios
Samos
Cretha
Creta
Rhodus
Cyprus
Tyrus
Ptolemais
Doro
Joppe
Ascalon
Gaza
Ammon
Moab
Arnon
Sichem
Bethsephon
Ekronopolis
Ashdod
Gaza
Ascalon
Gallerium
Dodanim
Dodanim mons
Gallerium
Mediterraneum
Oceanus
Oceanus
Oceanus

PALAESTINA.

ANAAN. *Antiquissima appellatio huius terræ fuit Canaan, quam nacta est à Canaan filio Cham, cuius filij eam inter se distribuerunt. Fuerunt autem hi, Sidon, Hetheus, Iebuseus, Amoræus, Gergeseus & Hamatheus, &c. Gen.* 10. *Horum quilibet ei regioni, quam in terra Canaan occupauit & coluit, suum nomen indidit, atque ipsorum fit mentio Gen.* 13. 14. 15. 23. 24. 25 27. 34. 36. 38. 49 50. *Exod.* 3. 13. 23. 34 *Num.* 13. 22. 32. *Deut.* 1. 2 3. 4. 7. 20. *Iosu.* 2. 3. 5. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 15 16 17. 19 24. *Iud.* 1. 3. 10. 11. 18. 1. *Reg.* 7. 1. *Par.* 1. *Iudith* 5. *Psal* 105. 106. 134. 135. *Esa.* 21. *Eze.* 16. 27. *Retinuit autem hæc terra nomen Canaan, donec Israëlitæ posteritate Canaan partim cæsa, partim subacta, eam occuparent. inde cœpit vocari Israël, quod nomen diuinitus attributum est Iacob patriarchæ, & inde originem sumpsit, quòd Iacob luctatus sit cum Deo. Gen.* 32. *Nam Israël est sortis Domini aut præualens Deo. Hinc filij & nepotes Iacob dicti sunt Israëlitæ, & terra ipsorum, quam inhabitarunt, vocata est Israël, sicut liber Iudicum, & primus Regum testantur. Quanquam autem tota terra Canaan appellata sit Israël, tamen nihilominus cuiusliber tribus Regio, quam ipsi Iosua diuino mandato assignauit, suam propriam ab authore familiæ appellationem habuit, cuius plurima sunt in Bibliis testimonia.*

Fuerunt autem nomina tribuum. Ruben, Simeon, Iuda, Zebulon, Issachar, Dan, Gad, Aser, Naphtali, Beniamin, Manasse, Ephraim: & ita cuiusuis filij Iacob appellatio in posteritate sua & eiusdem loco hesit, sic integra terra Canaan in 12. *partes est distributa, testante Historia sacra.*

Deinde sub Roboam, cum terra Israël & Regnum per seditionem in duas partes discerneretur, Iuda & Beniamin tribus sub vna comprehensæ Iudæ nomen retinuerunt. Quod ideo factum est, quia Iuda propter potentiam, & quia ex ipsa nasciturus erat Messias, fuit celeberrima, & sic à digniori facta est denominatio. Sed reliquæ decem tribus, quibus Reges Samariæ præerant, obtinuerunt nomen Israël.

Hæc pars post captiuitatem Babylonicam iterum in duas regiones est distincta, videlicet in Samariam & Galilæam. Samaria Metropolis, vnde regio nomen habuit, fuit sedes Regum Israël. Sed Galilæa ab alienigenis gentibus est occupata. 3. *Reg.* 9. 4. *Reg.* 17. *Vnde reliquis Iudæis cœpit esse inuisa: Vt etiam conuicij loco Galilæi inseciarentur. Huius Boreæ pars per contemptum Galilæa gentium, & propter situum superior est appellata: Reliqua versus Austrum dicta est inferior. Sequentibus ergo temporibus vsque in ætatem Christi & Apostolorum, atque deinceps, terra Canaan vel Israëlitica in tres partes distincta, triplici quoque appellatione est vsa. Superior versus Sidonem & Tyrum fuit Galilæa: media Samaria: Inferior ad Austrum & Arabia u petræam propriè dicta est Iudæa, quod testificantur Matth.* 2. *& Iohan.* 4. *Hæc tantùm duas tribus Iudæ & Beniamin complectebatur. Quanquam etiam vniuersa terra Canaan, vsque ad Thraconos montes, & Ammoniticam regionem nuncupata sit Iudæa. Matth.* 19. *Marci* 10. *Itaque & Plinius interioris Iudææ mentionem facit. Strabo lib.* 16. *& Lucanus lib.* 2. *eandem quoque Iudæam appellant: quod nomen, vt dictum est, à tribu Iuda occasionem sumpsit. Ptolemæus & alij eam vocant Palæstinam, à Palæstinis, quos sacri libri Philisthim nominant, cum & hæc gens propter potentiam & bella, quæ cum vicinis per aliquot sæcula gessit, magni nominis fuerit. Herodotus in Pelymnia, & Dion lib.* 37. *Syriam Palæstinam vocant eam partem Syriæ, quæ respicit Ægyptum. Ptolemæus Palæstinam Iudæam vel Syriæ dicit. Quia Palæstina est pars Syriæ: sicut Pomponius Mela existimat, qui eam Syriam Iudææ vocat. Huius Palæstinæ plraque loca in sua tabula sunt explicata: ideo hoc loco omittuntur.*

DE AEGYPTO. *Terra inter Syenen, vel Catarrhactas, & Ostia Nili sita, quam hic mediam annua inundatione sua irrigat, antiquissima memoria appellata fuit Cham à filio Noæ, qui in distributione orbis terrarum hanc primus occupauit. Psal.* 77. 104. 105. *Postea vocata est Misraim. Hoc nomen obtinuit à Misraim filio Cham. Gen.* 5. *& 10. Iosephus ipsam appellat Mersin, lib.* 1. *cap.* 12. *quod nomen corruptum est à Misraim, seu consuetudinis, seu scriptoris vitio hoc sit factum. Herodotus in Enterpe Thebas olim Ægyptum dictam fuisse confirmat. A quibusdam Aëria est nuncupata.*

Ægyptus tres præcipuas partes vel præfecturas habuit, Superiorem, quæ & Thebaica dicitur, Mediam & inferiorem. Thebaica & Media, quas Aethiopici montes, & vltima Nili ad Sebenytum sectio terminant, vocantur Ægyptus Superior, quam Nilus medio tractu perfluit, & ab Euro, Zephyroq; excelsis montibus claditur. Reliqua regio vsque in mare Ægyptium dicitur Ægyptus Inferior. Hanc & Delta vocant: Quia terra, quæ Nili ad Sebenytum diffluxu & Canopico Pelusiacoq; ostiis comprehenditur, Triquetram figuram ad similitudinem Δ præ se fert.

Fuerunt autem hæ terræ, sapientissimo Alexandri Macedonis consilio in νομοὺς, id est, præfecturas distinctæ. Quia Græcis νομὸς vim νομαρχίας regunculum, & præfecturam significat: huic qui præest, νομάρχης vocatur. Vnde Thebaica 10. *Media* 16. *& sic summatim Ægyptus superior* 26. *præfecturas habuit. Sed in inferiori seu Delta fuerunt* 10.

Ægypti frequentissima fit mentio in scriptura, & loca eius in sacris litteris celeberrima sunt: Gebon, id est, Nilus. Gen. 2. *Heliopolis, vel Hebraicè Bethsemes, Gen.* 41. *&* 46. *Esa.* 19. *Hæc & Ezech.* 30. *On dicitur. Gessen vel Gosen regio Gen.* 45. 47. 50. *Exod.* 9. *Phitom, Exod.* 1. *Cinnus frumentaria Ægypti ad Nilum. Hanc Israëlitæ coaëti ædificarunt. Ramesse vel Raemses. Gen.* 47. *Exod.* 1. 12. *& hæc ab Israëlitis in seruitute est extructa. Sucoth, Exod.* 12. 13. *Etham, Exod.* 13. *Fiachiroth, Magdalum, Beelsephon, Mare rubrum, Exod.* 14. *Migdal vel Magdalum. Iere.* 44. 46. *Taphnis, Iere.* 2. 43. 44. 46. *Ezech.* 30. *Phatures, Phaturos, Pathros, Iere.* 44. *Ezech.* 19. 30. *Tanis, Num.* 13. *Esa.* 19. *Ezech.* 30. *Psal.* 77. *Hanc Iosephus Protanidem appellat. Alexandria, Iere.* 46. *Ezech.* 20. *Pelusium, & Bubastus, Ezech.* 30. *Memphis dicta Hebraïs Moph, & interdum Noph, & Migdol. Esa.* 19. *Ier.* 2. 44. 46. *Ezech.* 30. *Ose.* 9. *Hæc fuit regia sedes, & Metropolis Ægypti.*

DE ARABIA. *Arabiam Hebræi vocant Arab, id est, commixtionem, commenientiam: quod ex* 2. *Paral.* 26. *constat. Cùm autem triplex sit Arabia: Deserta, Felix, & Petræa: huius propter vicinitatem facienda est mentio. Arabia Petræa nomen dedit Petra Metropolis & sedes regia. Hæc & Nabaioth dicta est ab Hebræis, à Nabaioth filio Ismaëlis. Esa.* 60. *Ezech.* 27. *vnde & Nabatæa appellationem sumpsit. Hæc olim ad Edomitarum seu Amalechitarum terram pertinuit: Vnde Israëlitæ ipsam præterire diuino mandato cogebantur. Hieronymus dicit Petram ab Hebræis vocari Iacteel: à Syris Recem. Hæc Arabia Israëlitarum transitu & multis admirandis, Dei operibus est illustris. Loca eius in Bibliis celebrantur. Mare rubrum. Exod.* 13. 14. 15. 23. *Num.* 11. 14. 21. 33. *Deut.* 1. 2 11. *Ios.* 2. 24. *Psal.* 77. 105. 113. *Actorum* 7. 1. *Corint.* 10 *Sur & Mara, Exod.* 15. *Elim Exod.* 15. *& 16. ibi fuerunt* 12. *fontes & 70. palmæ, quas & Strabo lib.* 16. *meminit. Sin desertum. Exod.* 16. *Fuit autem Arabia Petræa in multis locis magnum & horribile desertum, testantibus Deut.* 1. *& 8. capitibus: cuius rei & plura passim testimonia extant. Sinai, Exod.* 16. *Raphidim, Exod.* 17. 19. *Horeb, Exod.* 3. *&* 17. *hoc loco sciendum est, Horeb fuisse partè montium, quos Græci μέλανας vocant: qui tanta fuerunt altitudine, vt in ipsorum vertice solis ortus vigilia quarta conspiceretur. Sed Sinai fuit pars seu iugum Horeb orientale. Hoc probant Exodi* 33. *Deut.* 4. 5. 9. 10. 29. *Psal.* 105. *Actor.* 7. *Deut.* 33. *Sinai appellatur mons Pharan, & Exod.* 18. *mons sanctus. Porrò Sinai montis & solitudinis ferè per totam Exodum, Leuiticum, & Deut.* 32. *fit mentio. Regio in huius ambitu Sinai desertum est appellata, Num.* 9. 10. 26. *Amalec, Exodi* 17. *Num.* 14. 24. *Deut.* 25. *Madian, Exod.* 18. *Num.* 10. *Act.* 7. *Sepulchra concupiscentiæ & Haseroth, Num.* 11. 12. *Deut.* 1. *Pharan. Num.* 12. 20. *Deut.* 1. 33. *Zin desertum, Num.* 13. 20. 26. *Deut.* 32. *Cades desertum & Cadesbarne, Num.* 13. 20. 26. 32. 34. *Deut.* 1. 9. *Iosue* 10. 15. *Horma, Num.* 14. 21. *Hor, Num.* 20. *Deut.* 32. *Aquæ contradictionis, Num.* 20. 26. *Deut.* 23. *Oboth, Iethariim, Zared, torrens, Mathana, Nahaliel, Bamoth, Num.* 21. *Deut.* 2. *etiam sit mentio Zared, Seir, Num.* 24. *Deut.* 1. 2. 33. *Ios.* 24. *Tophel & Liban Deut.* 1. *Elath, Deut.* 2. 23. *Asiongaber, Deut.* 2. 3. *Reg.* 22. 2. *Par.* 8. *Beroth Mosera. Gadgad. Iatebatha. Deut.* 10. *Num.* 33. *quadraginta duæ mansiones Israëlitarum nominatim recensentur. Porrò castra seu mansiones fuerunt loca miraculis diuinis & rebus gestis insignia. Quæ æqualibus interuallis vbique non distiterunt: quod ex* 14. 15. 19. *Exod.* 10. 14. 33. *Num. capitibus est manifestum. Neque populus Iudaicus priorem viam circumducitus transiit. Sed tertia vice ad mare rubrum peruenit: quod Num.* 33. *Deut.* 2. *& Iudic.* 11. *capita confirmant. Hæc ad ductum itineris & dispositionem mansionum ostendendam pertinent.*

DE SYRIA ET PHOENICIA. *Quanquam Syriæ significatio olim fuerit amplissima: tamen ea, quæ proprie Syria vocatur, Amano monte parte Euphratis, Iudæa, & Phœnicio pelago circumscribitur: Phœnicia pars Syriæ multis nominibus celeberrima inter reliquas illustres vrbes habuit Sidonem & Tyrum: Sed Cœle Syriæ Iudæam ab ortu contingentis metropolis fuit Damascus diuinis & humanis rebus gestis clarissima. De quibus locis dictum est, in Palæstina.*

Hæc ad suam hanc tabulam auctor Stella. De veteri Palæstina legendi sunt quoque D. Hieronymus, & ea quæ scripsit nostro tempore B. Arias Montanus, in suo Chabrb. Describere eam peculiari volumine Iacobus Zeiglerus, VVolfgangus VVissenburgius: & Michaël Aitzingerus. Vrbem eius primam Hierosolymam, Iosephus de bello Iudaico lib. 6. *&* 7. *& nuper septem libris Adamus Reisnerus: Item Christianus Adrichomius.*

Deut. 8.
Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam, terram rivorum aquarumq; et fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluviorum abyssi. Terram frumenti, ordei, ac vincarum, in qua ficus & malogranata & oliveta nascuntur terram olei, ac mellis. Ubi absque ulla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris.
MARIS
MARE AEGYPTIVM.
OCCI DENS.
DIOLCOS.
PATHMETICVS
TANITICVS
PELVSIACVS
AEGYPTVS
DELTA PARVVM
DELTA TVS. MAGNVM.
HERACLEOPOLITES INSVLA.
Gosen regio.
ETHAM SOLITVDO.
SINVS MARIS RVBRI PARS.
OSTRACINA
RHINOCOLVRA
CASIOTIS REGIO
ARABIA PETRAEA
SVR DESERTVM
Pelusium
Sirbonis lacus
Memphis
Heliopolis
Tanis
Bubastus
Pharbetus
Raemses
Palmetum
Elim
Raphidim
Daphca
Suchot
Etham
Pithachirot
Baal zephon
Succoth
Phacusa
Arsinoe
Acanthon
Nicij
Sebennytus
Geos
Delta
Pelusium
Magdolum
Serapium
Thou
Onij
Cyrnos
Pachnemunis
Butus
Sais
Cabasa
Tafia
Tanis
Thaumis
Mendesius
Tanis
Heraclium
Pelusium
Damiata
Sirbonis lacus
Sepulchrum Pompei
Casius mons
Chasrur Castra
Ismaelitarum
Saracenorum regio
Aina
Sepher
Ceelatha
Resta
Lebna
Rhamnon phares
Reth ma
Masroth
Sepulchra concupiscentiæ
Raphidim
Iam suph
Sin
Daphca
Munichatis
Mu ran
Hieroum ciuitas
Pithom Succoth
Aphrodiopolis Muhafara
Amari lacus
Onomorum ciuitas
Phalmeau flu.
Trocarus flu.
Bubastiticus flu.
Athribitanus flu.
Pharmuthiticus flu.
Pamis flu.
Nilus
Lacus flu.
Cos
Tafia
Onuphis
Bubastus
Pheseth vicus Iudeorum
Taubastum
Tarbetus
Palulies
Tarbis Stelar Sethros
Ceme
Bubastis et Caira
Memphis Noph et Mendes
Acanthon
Arsinoe
Vsui
Pelusium
Cyrnos
Pachnemunis
Butus
Sais
Cabasa
Tafia
Tanis
Thaumis
Mendesius
Tanis
Heraclium
Pelusium
Damiata
Sirbonis lacus
Sepulchrum Pompei
Casius mons
Chasrur Castra
Ismaelitarum
Saracenorum regio
Aina
Sepher
Ceelatha
Resta
Lebna
Rhamnon phares
Reth ma
Masroth
Sepulchra concupiscentiæ
Raphidim
Iam suph
Sin
Daphca
Munichatis
Mu ran
Hieroum ciuitas
Pithom Succoth
Aphrodiopolis Muhafara
Amari lacus
Onomorum ciuitas
Phalmeau flu.
Trocarus flu.
Bubastiticus flu.
Athribitanus flu.
Pharmuthiticus flu.
Pamis flu.
Nilus
Lacus flu.
Cos
Tafia
Onuphis
Bubastus
Pheseth vicus Iudeorum
Taubastum
Tarbetus
Palulies
Tarbis Stelar Sethros
Ceme
Bubastis et Caira
Memphis Noph et Mendes
Acanthon
Arsinoe
Vsui
Pelusium
Cyrnos
Pachnemunis
Butus
Sais
Cabasa
Tafia
Tanis
Thaumis
Mendesius
Tanis
Heraclium
Pelusium
Damiata
Sirbonis lacus
Sepulchrum Pompei
Casius mons
Chasrur Castra
Ismaelitarum
Saracenorum regio
Aina
Sepher
Ceelatha
Resta
Lebna
Rhamnon phares
Reth ma
Masroth
Sepulchra concupiscentiæ
Raphidim
Iam suph
Sin
Daphca
Munichatis
Mu ran
Hieroum ciuitas
Pithom Succoth
Aphrodiopolis Muhafara
Amari lacus
Onomorum ciuitas
Phalmeau flu.
Trocarus flu.
Bubastiticus flu.
Athribitanus flu.
Pharmuthiticus flu.
Pamis flu.
Nilus
Lacus flu.
Cos
Tafia
Onuphis
Bubastus
Pheseth vicus Iudeorum
Taubastum
Tarbetus
Palulies
Tarbis Stelar Sethros
Ceme
Bubastis et Caira
Memphis Noph et Mendes
Acanthon
Arsinoe
Vsui
64

MARE SYRIVM ET PHOENICIVM
BERYTVS
TRIPOLIS regio.
SIDON
TYRVS
SYROPHOENICIA.
Amorei.
Antilibanus mons
ITVRALA
Damascus
Aere
Neue
Capitolias
Samuli
COELE SYRIAE PARS.
Hippus mons
AMMONITARVM regio vel PHILADELPHIA.
MOABITARVM REGIO.
Almon diblathaim.
Dibon Gad.
Ieabarim
Oboth.
Phunon.
Salmona.
Hor mons.
Cum privilegio.
Zin vel Cades desertum.
Catebatha
Ebrona.
SICIMITAE vel CINEI ARABES.
ARABIAE DESERTAE PARS.
PALAESTINAE SIVE TOTIVS TERRÆ PROMISSIONIS NOVA DESCRIPTIO AVCTORE TILEMANNO STELLA SIGENENSI.

I V D A E A,
E T
I S R A E L.

Locorum aliquot insignium huius tabulæ appellationes, explicationes, & historiæ.

ADER, vel EDER, Turris. Ebræi Eder dicunt gregem vel defectum. Hoc loco pastoribus natiuitatem Christi ab Angelis annunciatam fuisse scribunt aliqui. BEERSABEE, puteus iuramenti seu confirmationis: quia iuxta hunc fœdus Inuit Abimelech Rex Gerar, primùm quidem cum Abrahamo, Genes.xxj. Deinde autem cum Isaac, Genes.xxvj. Præterea Iacob profectus in Aegyptum, cum ad hunc fontem venisset, diuina voce confirmatus est, & iussus vt cõfidenter eat in Aegyptum, accepta promissione, quòd ex lumbis ipsius proditurus esset Dux gentium, & Redemptor Israël, Genes.xlvj. Dicitur etiam fons saturitatis, nam Agar ancilla Abrahæ, cùm à Sara cum filio suo Ismael esset eiecta, in hoc erabat loco, siti cum filio suo iam iam peritura: sed Angelus Dei hunc illi ostendit puteum: Vnde cum prole sua saturata est, Genes.xxj. Non diuersa est Beersabee, Genes. xxij. iij. Reg. xiij. BETHANIA, Domus obedientiæ vel afflictionis, siue domus gratiæ Domini: vbi Christus suam infinitam potentiam illustri testimonio declarauit, reuocato in vitam Lazaro ante triduum exstinctio. Mentio huius fit Matth.xxj. Marc. xj.xiiij. Ioan.xj.xij.

BETHABARA, Significat domum transitus. Eo enim loco diuisæ aquæ Iordanis rutum transiti Iosuæ & toti populo Israelitico per alueum fluminis præbuerunt, Iosiij. iiij. Hic baptizauit Ioannes Christum & plurimos alios. Matth.iij. Huius loci præterea meminit Ioannes j. & x.

BETHEL, Genes.xij. Eò transtulit familiam Abraham, postquam discessit ex Sichem. Nec dubium est, esse diuersa loca. Hæc antea Luza nuncupata est. Id est, amygdala. Ibi Iacob vidit Dominum in scala stantem, vt Genes. xxviij. narratur. Noua igitur appellatione locus notatus est, & dictus Bethel: Eòdem loco Ieroboam vitulum aureum collocauit, vt videretur sequi exemplum patrum, qui ibi Deum adorassent. Mutant igitur Prophetæ honestam appellationem veteretem, & nominant hunc ipsum locum Bethauen, id est, domum sceleris. BETSAIDA, id est, domus piscifera. Hic nati sunt Philippus, Andreas, & Petrus Apostoli, Ioan.j. Huius meminerunt etiam Euangelistæ Matth.ij. Marc.vj. CANA MAIOR, Patria Syrophœnissæ, cuius filiam lanauit Christus à Dæmonio, Matth.xv. Marc. vij. de qua infrà in Satepta dicetur.

CANA MINOR, Opidum Galilææ, in quo nuptias sua præsentia & munere vinario ornauit Christus. Significat autem Cana arundinem.

CANANÆA, Regionis nomen est, à Canaan filio Cham. Significat autem Canaan mercatorem: ac posterius Canaan in littore mercatum exercuit. Nam Sidon filius Canaan condidit vrbem Sidonem. Ac in capite decimo Genesis Cananæa regio ile describitur, vt complectatur vniuersum spatium, quod postea tenuerunt Israelitæ, inde vsque à Iordane ad mare, & ad Aegyptum. Ibi nondum discernuntur Philisthiim à Canaan. Nam & vetustior est Canaan quàm Philisthiim, qui orti sunt non à Cana sed à Mizraim. Postea cum creuisset potentia gentis Philisthiim, hi appellationem regioni dederũt præcipue in littore, infra Tyrum versus Meridiem. Et nominantur quinque principes vrbes Philisthiim, in libro Iosue capite tredecimo, Azotus, Accaron, Ascalon, Geth, Gaza. Cùm igitur Cananæi, quia loca propiora Iordani tenebant, ferè funditus deleti sint, nomen quoque paulatim interiit. Etsi autem & Philisthiim, qui longiùs protulerunt fines in eam regionem, quæ postea fuit attributa tribubus Iuda, Beniamin, Simeon, Manasse, Iachar, pulsi sunt, & magna ex parte deleti; tamen in littore, vt dixi, iuxta Tyrum vrbes munitas & magnas retinuerunt, ac alias magis, aliàs minùs latè dominati sunt. Tempore Abraham sedes regis Abimelech fuit in Gerara, qui iu capite vicesimosexto Genesis nominatur Rex Palæsthinorum. Fuit autem vrbs Getara sita in regione, quam postea occupauit tribus Iuda, non procul ab Hebron. Et quidem sita fuit intet Hebron & Gazam. Secundum est igitur, Cadianæ appellationem antiquiorem esse, & plures gentes complexam fuisse, quàm appellatio Philisthiim, qui non tenuerunt vniuersum spacium, quod postea Israelitæ occupauunt. Sed tamen quia in littore gens Philisthiim magnas vrbes habuit, Palæstinæ nomen Græcis notum fuit propter nauigationes. Sicut Herodotus in Polymnia inquit, Phœnicas & Syros tenentes Palæstinam trecentas naues Xerxi misisse, ac postea addit nominati Palæstinam regionem ab extrema ora Aegypti vsque ad Phœnicas. Itaque & postea Græci, vt Ptolemæus, nomine Palæstinæ complexi sunt Iudæam, Samariam, Galilæam, cùm tamen Philisthiim non tenuerint vniuersum illud spatium. Sed sæpe regionibus nomina tribuuntur à parte aliqua, quæ vicinis ante cellit potentia. Grammatica interpretatio nomins Philisthiim dicitur esse conspersores, seu conspertiones, vt cùm puluere aliud conspergitur: seu concussiones, fortassis quia hæc gens in littore habitauit, vbi crebri sunt terræmotus, & tota opida arenis, ac puluere obduuntur, sicut Ascalon & Azotus ab igni nomina habent. CAPERNAVM, Vicus vel ager amœnus. In hac exorsus est Christus Euangelium suũ. Matth. iiij. Luc.iiij. & vij. Ibi enim ciuis fuit, cùm metu Herodis, qui Ioannem Baptistam occiderat, se illuc contulisset. Ideò à Christo & Apostolis exigitur, vt à ciue, didrachma. Huius fit mentio Matth.viij. xj. xvij. Marc.j.ij.v.ix. Luc.iiij.vij. Ioan.ij.vj. DALMANVTHA, id est, pauperum habitatio. In hanc regionem venit Christus cum discipulis suis, Matth.xvj. Marc.viij.

DAMASCVS, Dictus à Ierosolyma Germanicis milliaribus quadraginta duobus. Breitenbach scribit, à Ierosolyma ad Damascum esse iter sex dierum. Situm tabula ostendit in Antilibano. Vrbs est vetustissima, in qua nunc quoque magna ciuium frequentia est, & magni mercatus sunt. Etymologias alij alias quærunt, ego hanc referreo, Sanguinis saccus: quia verus opinio est, in ea regione interfectum esse Abel. Certè consentaneum est primos patres illam vicinam tenuisse. DECAPOLIS, Nomen est regionis in extrema ora Phœnicum & Galilææ, quæ vrbes decem complectitur: quas etiamsi non prorsus easdem recitant scriptores, tamen vicinæ nominantur. Estque regio inter Damascum & Sidonem, & lacum Genezareth, & Cæsaream Philippi.

EMMAVS, Postea Nicopolis dicta est. Et videtur mihi hæc Græca appellatio interpretatio esse vocabuli Emmaus, quod significat marrem fortitudinis seu victoriæ. Alij interpretationem tradiderunt, maret consilij. EPHRATA, Quæ & Bethlachem seu Bethlehem, vt nostri libri habent. Ephrata significat vberiatem, terram frugiferam & pullulantem. In vniuersa enim creatura nihil fuit fœcundius, quàm terra. Ephratæa, id est, Bethlachem, vbi natus est IESVS CHRISTVS, Dominus totius vniuersitatis, & Redemptor omnium, quem in hoc loco nasciturum esse prædixit Michæas cap.v. Est autem Bethlachem domus panis. In eodem ferè loco fuit sita Bethhacatis, id est, domus vinearum. Fuit autem Bethlaxem patria Dauidis, vbi vicinus est in Regem Israel, j. Reg. xvj. xvij. GALGAL, Hæ dictio significat totam, vel voluntatem aut circumrotationem. Potest autem fieri, vt loci appellatio inde nata sit, quòd Iosue dux Israelis ex his castris, quasi statiuis, omnes gentes vicinas per gyrum circumcirca debellarit & vicerit, & quasi circumrotando contuerit. Fixa autem fuerunt & principalissima hæc castra, donec hæc terra in xij. tribus diuisa ab Israelitis liberè occuparetur & coleretur. Fuerunt autem prima castra, quæ habuit Israel in terra promissa, & hic cessauit Manna. Iam enim terræ frugibus vesci cœperãt. Hic etiam celebratur Pascha, & circumciduntur ferè omnes qui Iordanem transierant. Nam qui iu Aegypto erant circumcisi, iam antea in deserto obierant, Iosiij. v. Eandem habes Galgalam. j. Reg.xj. xv.ij. Reg.xix. xiij. Reg.iiij. GALILÆA, id est, limes, regio in termite sita.

GAZA, AZOTVS, ASCALON, GETH, ACCARON. Explicationes vocabulorum sunt hæ, Gaza vel Aza fortis. Azotus vel Asdod deprædario vel ignis diicti. Ascalon custos ignis vel ignis infamiæ. Geth, id est, torcular. Accaron Penitiras, eneruatio, euulsio, truncus. Fuerunt autẽ hæ præcipuæ vrbes gentis Philisthinorum, quæ adeò fuit potens, vt toti regioni Iudææ ab Aegypto vsque ad Phœnicem nomen dederit Palæsthinæ. Durauit autem hęc potentia ab ingressu populi in terram sanctam, vsque ad Regem Ezechiam, iiij. Reg. xvij. In hoc interuallo ferè continua & grauissima bella gesserunt cum Israelitis. GEHENNA, dicta est à Ge Hinnom, quæ fuit vallis in tribu Beniamin, vbi facta sunt impia sacrificia, in quibus infantes crimati sunt. Propter hanc atrocitatem translatum est nomen postea ad inferos. Significat autem Ge vallem, Hinnom spoliatorem seu insidiatorem.

GENEZARETH, Lacus est limpidissimus & piscosus in Galilæa. nomen habet à vicinæ amœnitate: nam Genesat dicitur hortus principis. Dicitur & vrbs vicina & lacus Cinereth à figura. Nam Cinereat significat citharam. GERAR, Gerar est peregrinatio. Quia Abraham profectus ab Hebron, peregrinatus est in Gerara, & hic surrepta est illi Sara coniunx ab Abimelech Rege Getarei: cuius libidinem Deus ita punuit, vt inuiolatam Abrahæ coniugem redderet cogeretor, Genes.xx. Hoc loco natus est Isaac, Genes.xxj. cui etiam hic promittitur Christus, postquam à puteo Agar propter famem ad Abimelech regem Getarræ confugerat, Genes.xxvj.

HAI, Genes.xiij. significat acerum. fuit e regione Bethel. Hieronymus proprè literam Ebraicam nominat eam Agai, & dicit suo tempore fuisse parua ἐρείπια.

HEBRON, Igitur iam Abraham ex Aegypto post longinquam peregrinationem reuersus, nouum hospitium quærit, relicta Bethel, & migrat in Hebron. Sæpè autem fit mentio Hebron, & alias habuit appellationes vetustiores, Cariathaibe, id est, πατριάρχαι. Vetustas enim distribuebat regias ciuitates in quatuor partes. Prima erat Curiatharba, seu principum Senatus & lacerdotum, Secunda militum, Tertia agricolarũ, Quarta opificum. Ibi vallis fuit Mamre, sic nuncupata à viro Amorrhæo, vt Genes.xiij. dicitur, quai Iezbus fecerat cum Abraham. Ibi veniunt ad Abraham tres hospites deletuti Sodoma. Ibi sepelitur Abraham vxorem suã, Genes. xxiij. Et aiunt dictam esse Cariatharbe, id est, τετράπολιν, quia ibi sepulti sunt quatuor patres, Adam, Abraham, Isaac, Iacob. Genes. xxv. xxxv.xlix. IABOC, Fluuius Iaboc, id est, euacuatio aut dispatio vel iucta. Historiæ hoc loco gestæ nominis ratio conuenit. Nam in eo loco luctatus est Iacob cum Angelo, vnde nomen accepit Israel, id est, præualès fuit princeps Dei. Sed luctæ locum vocauit Iacob etiam Penuel, id est, videns Deum, vel facies Dei.

IERICHO. Quidam exponunt lunam, quidam mensem vel odotem eius. Nos malumus retinere vocabulum fragrantiæ, propter balsami hortos, quos solos ille locus habuit, qui & palmetis clarus est. Vnde Deut.xxxiv. palmarum ciuitas dicitur. IERVSALEM, Visio pacis. Complexa fuit duos montes, quotum altertius nomen fuit Zion, in quo condita fuit arx Dauidis. Significat autem Zion speculam. Altetius montis nomen est Moria, in quo remplum à Solomone condirũ est. Nam & nomen indicat, Patres aureu in eo loco sacrificasse. Et in hunc ipsum montem adduxit Abraham filium suum Isaac, vt ibi sacrificaretur. De nomine Mor la contenti simus etymologia Abrahæ, qui nominat montem, Deus videbit. Sit igitur aspectio seu ostensio Dei. Nec alienæ sunt etymologiæ aliæ, Illuminans, vel illuminatio Dei, vel timor Dei. IORDANES, In radicibus Libani oritur: & habet duos fontes, vnum nomine Ior, quod significat riuulum, & alterum nomine Dan. Hi simul mixti, Iordanis nomen efficiunt. MACHANAIM, Genes. xxiij. dicitur: Castra Dei sunt hæc, vt Iacob ipse hunc locum appellat. Nam reuertenti ipsi ex Mesopotamia à Gilead, obuiam fiunt Angeli Dei. Vocat autem castra Dei, id est, præsidia Dei.

NAIM, id est, amœna: Christus è Capernaum exiens ingreditur Naim, & in porta ciuitatis vnicum viduæ filium à mortuis excitat, & dolorem luctumque viduæ in iucunditatem & gaudium conuertit. SALEM, quæ fuit domicilium Melchisedek. Dicitur à Iosepho esse opidum, quod postea Ierusalem nominatum est. Nec volo adiuersari huic communi opinioni multorum. Sed fuit alia Salem, quæ & Sichem nominata est, vt testatur caput xxxiij. in Genesi, sicut prius dictum est. Vides igitur in vicinis locis habitasse Abraham, Loth, Melchisedek, qui fuit Sem filius Noëæ. SAMARITA, Custos vel custodia Dei, excubiæ Dei. Sedes regum Israel, qui imperabant decem tribubus, quæ ab Hyrcano à quarta est solo. Ab Herode Antipatri instaurata, vocata est Sebaste. In hac verbum Domini prædicaunt Philippus, cui adiutores fuere Petrus & Ioannes, Act. viij. Samaritæ meminerunt iij. Reg. xviij. xix. xxij. iiij. Reg. vj. vij. x. xvij.

SAREPTA, dicitur conflatorium vel purgatorium. Nam Sidonij vitri faciendi rationem primi inuenerunt, qui ibi suas officinas conflatorias habuerunt. Grassante fame per Iudæam, iussu diuino huc missus est Helias ad mulierem viduam, quam cum filio a fame & morte seruauit, iij. Reg. xvij. Matth. xv. etiam commemoratur Cananæa mulierculæ supplicans Christo.

SICHEM vel Sechem, Genes. xij. In hanc venit Abraham recèns egressus ex Charran vrbe Mesopotamiæ. Fuit autem Sichem in regione quæ postea tribui Ephraim attributa est ad montem celebratum Garizim, nec procul ab eo fuit nulla sæcula cõdita est Samaria. Nomen Sichem significat humerum, fortassis propter situm ad humeri Garizim. Sed filio Hemor etiam nomen fuit Sichem, vnde loco existimarunt appellatio facta esse. Sæpe sit huius oppidi mentio. Iosiij. expresse scriptum est, ossa Ioseph in hoc loco Sichem sepulta esse, sicut & in Actis cap. vij. narratur. Eadem est Sichem Iud. ix. & xxj. Et iij. Reg. xij. Aedificauit autem Ierobam Sichem in mõte Ephraim. Eadem est, quæ Ioan. iiij. nominatur Sichar, siue consulto fuit hic casu nominhil mutata postrema syllaba. Hieronymi repote Neapolis dicta est. Eadem & Sichem, quæ & Salem nominatur, Genes. xxxiij. Fuit autem & alia Salem, vt antè dictum est.

SICLAG, Hic habitauit Dauid annum & quatuor menses: vnde factum est postea, vt huc locum Reges Iuda perpetuò obtinuerint, j. Reg. xxvij. Hæc absente Dauide diripitur & accenditur, j. Reg. xxx. SODOMA, GOMMORRHA, ADAMA, SEBION, SEGOR, quinque vicinæ vrbes fuerunt in valle siluestri, vel Salinarum, quæ propter fœcunditatem & amœnitatem paradiso Dei consertur, Genes. xiij. In hac multi fuerunt putei bituminis, Genes. xiij. In eo loco iam est mare salsum vel mortuum, vel lacus ἀσφαλτίτης. Sodoma nomen videtur esse à regione campestri. Gomorra à manipulo seu fasciculo spicarum. Adama terra rufa. Zeboim amœna vel decora regio. Zeor vel Sohar patuula.

THABOR MONS, Seu putratem significat, seu mutatione primæ litteræ vmbilicum, quia eminet in eius regionis planicie, velut vmbilicus. Nam altitudo est stadiorum triginta, & eacuminis area diametrum habet stadiorum ferè viginti. TYRVS, Colonia fuit deducta ex Sidone. Nomen Ebrzum est Zor, id est, rebellis, quia credibile est partem eiusdem ex Sidone propter seditionem aliam sedem in littore quæsuisse. Hanc Alexander post obsidionem septem mensium expugnauit, trucidatis septem millibus ciuium, & deinde duobus millibus strangulatis.

ZEDON, Nomen habuit à filio Canaan, vt in capite decimo Genesi scriptum est. significat autem Zidon venationem. Deleta ab Ocho Rege Persarum: qui cùm eam proditione cepisset, multitudo ipsa vrbem incendit, & penetrant incendio cinciter quadraginta milia hominum.

In capite quinto Marci, & capite octauo Lucæ, nominatur Regio Gadarenorũ, in eadẽ hist lotia, vbi Christus expellit diabolos ex homine furioso, & diaboli insilientes in porcos præcipitant eos in lacum. Et regionem Marcheus nominat Gergesenorum: & Hieronymus vertit Gerasetorum. Hic sciendũ est, opidum Gerasa, celebratum apud Stephanũ, fuisse non in ripa meridiana Iordanis, vbi Galilæa amœnissima & fertilissima est, sed versus loca deserta, vltra trpam arcloam. Et eiusdem opidi nomina sunt, Gerasa, Gadara, & Gergesa. Nec lacus Gadarenus existimetur esse lacus limpidissimus Genesareth, de quo suprà dictum est, sed alius ad opidum procul inde distans Gadara, de quo inquit Strabo: ἐστι δὲ καὶ ἡ τῆς γαδαρίτιδος ὕδωρ μεχρῆθος λιμνάριον· οὗ τὰς γυναικείας κλίνας, τρίχας καὶ πλοῖα κατέλιπον ἀπωθούμενοι.


TYPVS CHOROGRA-
PHICVS, CELEBRIVM
LOCORVM IN REGNO
IVDAE ET ISRAHEL.
arte factus
à
Tilemanno Stella Sigenensi.
EXPLICATIONES CHARAC-
TERVM POSITIONIS.
Metropoles et vrbes insigniores.
Minas insignes.
Pagi, vici et villæ.
Ciuitates sacerdotales et refugij.
Vrbes Philistinorum, quæ alias quinque regiæ, vel reguli vocari solent. Ios. 13.
Loca pertinentia ad tribum Ephraim.
Loca pertinentia ad tribum Simeon.
Hæc loca per notas peculiares à ceteris discernere coacti sumus, quia per vicinas tribus dispersa, certis limitibus circumscribi non potuerunt.
OCCIDENS.
MARE MAGNVM, SIVE MARIS ME-
Michmethath.
Bethehoron.
Gilgulis.
Antipatris.
Ioppe.
Azotus.
Ascalon.
Gath.
Enachim.
Amorræi.
Sephala, vel Repha im vallis.
SIMEON
Philistim.
Chebron.
Gaza.
Maon.
EDOM et Pharam, solitudo.
Daroma Exterior.
Daroma Interior.
IVDAEA
VEL IDVMAEA.
Rhinocorura.
Petra.
SEIR MONTES.
Sin desertum.
Theman.
Acrabim.
Chabseel.
Luchit.
Arath.
Malatha.
Esther.
Charmel.
Tilcha.
Ephun.
Lebhaoth.
Eleutheropolis.
Iarmuth.
Lachis.
Libnah.
Eshtemoa.
Debir.
Hebron.
Gerar.
Beersheba.
Sibha.
Kummen.
Ain.
Bored.
Rechoboth.
Adara.
Carcaa.
Chasmona.
Chefron.
Chades barnea.
Bethsura.
Dsibhah.
Rhinocorura flu. vel Sichor.
Tapuach.
Raphia.
Ruhama.
Ziklag.
Bosor.
Sebaim.
Madmen.
Bethsur.
Ekronitarum fons.
Ludicæ mons.
Ekhebrad.
Ioseph.
Ephr.
Alm.
Sam.
Dan.
Thamnitica pars Rectura.
Iosephi.
Benia min.
Acrabim.
Mare

PHOENICIAE PARS.
Berytus.
Sidon.
Sarepta.
Cana maior.
RECHOB Regio.
Chelcath.
Tyrus.
Ecdippa.
GALILAEA
SVPERIOR SEV GENTIVM.
Siddimser.
Chammath.
Labo Chamat.
Antilibanus mons.
Salcha.
Magedon.
Ituræa, uel Chamat.
COELE SYRIAE PARS.
Ptolemais.
NAPTHALIM.
BASAN REG.
Bethmaacha.
Gaulon.
GAVLONITIS Regio.
Seleucia.
Hermon mons.
GESSVRI. vel BATHAREA.
Sueta.
Capitolias.
AMMONITIS REGIO, QVAE NVNC PHILADELPHIA.
Samuli.
ORIENS.
Philadelphia.
Thraconi montes.
Amorrhei.
Cademoth solitudo.
Beer puteus.
Mathanah solitudo.
Nabathei.
ARABIAE PERS.
Almon Diblathaim.
TRAEAE PARS.
MOABITIS REGIO.
Dibon Gad.
Priuilegio Imperiali, et Belgico, ad decennium.
Abrahamus Ortelius in hanc formam minorem redigebat. Anno
CIↃ.IↃ.LXXXVI.

PEREGRINATIO
DIVI PAVLI.

D Sacrarum litterarum cognitionem conducere tabulas geographicas, omnes paulo eruditiores meritò fatentur; & res quoque ipsa satis testatur. Eaque de causa hoc nostro æuo viri nonnulli eruditi operam suam liberaliter in hoc negotio communicauerunt. Inter quos primus fuit Orontius Fineus Delphinas, in sua tabula, quam ad vtriusque Testamenti intelligentiam (vt titulus præfert) concinnauit. Hunc secutus est Petrus Apianus, in sua Peregrinatione D. Pauli. Dein idem Marcus Iordanus Holsatus. Postremò Christianus Schrot, in ea tabula quam Peregrinationem filiorum Dei inscripsit. & tandem B. Arias Montanus, in suo Apparatu Biblico. Idem ego in hac tabula pro loci capacitate præstare conatus sum. non enim hæc nostra cum dictis, locorum frequentia certare posse, vti libenter fateor, sic nostram tamen æquè vt illorum ad noui Testamenti lectionem facere, verè promittere possum. Nam quemadmodum hi omnes (excepto vno Montano) maxima ex parte tabulas suas locorum prophanorum nomenclaturis ex Ptolemæo impleuere, quæ nihil ad hoc studium sacrum faciebant: sic ego in hac mea operam dedi, ne vnum quidem locum, cuius in nouo Instrumento mentio esset, omitterem.

Hanc Diui Pauli Peregrinationis descriptionem ex Tabula Europæ Gerardi Mercatoris desumptam hîc lubentes atteximus.

ANNO Domini 34. Hierosolyma Damascum venit, inde in Arabiam abiit, Damascum redit, deinde Hierosolymam triennio post conuersionem, 15. diebus apud Petrum manet.

Vnde Iudæos fugiens Cæsaream Phœnices venit, inde Tharsum, hinc à Barnaba adductus Antiochiam Syriæ, vbi annum vnum agunt, atque hic Petrus à Paulo reprehensus videtur, dein simul Hierosolymam mittuntur in subsidium contra venturam famem.

Accedunt ecclesias per omnem Iudæam, & impleto ministerio iniuncto Hierosolymam redeunt, interea temporis Petrus ab Herode captus, ab Angelo liberatur.

Redeunt Antiochiam Syriæ, vnde missi in opus Euangelij Seleuciam eunt assumpto Ioanne Marco, hinc per mare Salaminam Cypri, terra Paphum, mari Pergam Pamphyliæ (vbi Ioannes Mar. ab eis Hierosolymam decedit,) Antiochiam Pisidiæ, Iconium Licaoniæ, vnde fugiunt Lystram, deinde Derben superiorē oppida Lycaoniæ, Lystram redeunt, Iconium, Antiochiam Pisidiæ, peragrataque Pisidia Pergen Pamphyliæ, Attaliam Pamphyliæ, mari Antiochiam Syriæ, per Phœnicen Samariamque cum Tito Hierosolymam redeunt, vbi anno Domini 48. concilium Apostolorum habitum est super circuncisione & lege Moysi.

Antiochiam Syriæ redeunt, hic Paulus discors cum Barnaba, eo relicto Silam in socium accepit, perambulantes autem Syriam & Ciliciam veniunt Derben, vbi Timotheum adsciscit Paulus, hinc superiores vrbes Licaoniæ, per Phrygiam perque Galatiam in Mysiam veniunt, deinde Troadem Alexandriam cognomine, per Samothracen insulam, perque Neapolim Philippos Macedoniæ, Amphipolim, Apolloniam, Thessalonicam, Berrhœam, hic reliquit Silam & Timotheum, mari Athenas, deinde Corinthum anno nono Claudij, Domini 51. sedit hic annum & menses 6. hinc cum Priscilla & Aquila Roma fugatis nauigat Cenchreas, deinde Ephesum, vbi manent Priscilla & Aquila, hinc soluens nauigat Hierosolymam propter festum Pentecostes.

Cæsaream abit, deinde Antiochiam Syriæ, vbi aliquantulum temporis mansit, atque hinc perambulans ex ordine Galatiam ac Phrygiam peruenit Ephesum, vbi vt minimum mansit annos duos & menses tres, inde anno Claudij 12. Domini 54. in Macedoniam, in Græciam seu Helladem, in Macedoniam, Philippos Macedoniæ anno Claudij 13. sub festum Paschæ, inde per mare Troadem Alexandriam cognomine, terra Assum, mari Mitylenem, quæ est in insula Lesbo, sequenti die venit contra Chium insulam, postridie Samum appulit, deinde commoratus Trogilij è regione Sami proximo die venit Myletum, vbi valedicit presbyteris Ephesiis ad se vocatis, post hæc Coum venit, sequenti die Rhodum, inde Pataram, hinc Cypro à sinistris relicta & præternauigata, Tyrum, vbi septem diebus mansit, inde nauigio Ptolemaidem, manet hic vnum diem; postridie Cæsaream Palestinæ, vbi in domo Philippi euangelistæ manet dies complures, hic Agabus prophetat Paulo captiuitatem: tandem Hierosolymam venit; vbi apprehensus est anno Claudij 14. Domini 56.

Missus à Tribuno Claudio Lysia Antipatridam siue Cæsaream Palestinæ ad præsidem Felicem, hic ad Cæsarē appellat. A Sidone igitur præternauigans Cyprum per mare Ciliciæ & Pamphyliæ venit Myram Lyciæ, deinde contra Gnidum, & præterlegens Salmonem (quod alij Samonium vocant) Cretæ promontorium, appellit Pulchri portum, deinde Phœnicen portum itidem Cretæ, Claudam insulam, & per Adriaticum mare in Melitam insulam venit, hinc Syracusas Siciliæ oppidum, Regium Calabriæ nunc vulgò Rhezo dictum, Puteolos Campaniæ opp. nunc Pozolo, vnde tandem itinere terrestri per Forum Appij secundo anno Neronis Romam peruenit, vbi biennio in libera custodia fuit. Postea dimissus à Nerone diu Romæ & per Italiam Christum prædicauit. Sunt qui putant solutum vinculis Galliam & Hispaniam adiisse. Deinq; rursus à Nerone captus vltimo eius imperij anno, qui Domini erat 70. Romæ interficitur.

QVONIAM IGITVR SCIMVS ET PERSVASVM HABEMVS, QVOD QV
FIDEM ENIM AMBVLAMVS, ET NON PERVISVM; PROPTEREA C
SE APVD DOMINVM NOSTRVM. SATAGIMVS AVTEM SIVE

DIVI PAVLI
APHICVS.
em apostolorum historiae,
ifcrè loca geogra-
xhibentur.

IN CORPORE HABITAMVS, PEREGRINAMVR A DOMINO; PER
IMVS ET PEROPTAMVS PEREGRINARI A CORPORE, ET ES-
GRINI SVMVS, SIVE INCOLAE, VT ILLI PLACEAMVS. 2. Corinth. 5.

ABRAHAMI PATRIARCHAE PEREGRINATIO.

BRAHAMVS primus Patriarcha, quem Iesus Sirachi F. magnum, & gloria mirabilem dicit, Tharæ filius fuit: natus anno post diluuium secundo supra ducentesimum & nonagesimum, vt auctor est Iosephus; in Vre Chaldæorũ ciuitate quã alio nomine Camirinem vocari scribit Eusebius: Vrchoa fortè Ptolemæi. Emigrat è patria sua, ætatis suæ (vt habet Suidas) decimo quarto, monitus à Deo, in Charran, quam Mesopotamiam interpretantur D. Stephanus in Oratione quam habuit ad Iudæos, in Actis Apostol. & Achior, ad Holofernem, in Iudith æ historia. sic quoque septuaginta interpretes: Iosephus pro vrbe habet. Carrhas Crassi nobilitatas clade, etsi sint qui putent, mihi non liquet. In hac Mesopotamia paululum cõmoratus, (ibidem patre defuncto, vt idem Suidas testis) inde, Dei iussu, cum Sarai vxore, Lotho fratris filio, totaque familia & animantibus quas in Charran cõparauerat, versus terrã Chananæã profectus est. (si fides Nicolao Damasceno apud Iosephum, apud Damascenos habitauit, vbi vicus eius suo tempore ostendebatur, qui Abrahami domicilium vocabatur.) Cumque ibi in Sichemam ad Moræ planitiem (locum quem & Quercum & Quercetum More, & Quercum excelsam, varij interpretes variè interpretantur, & Terebinthum suo tempore appellatũ scribit Zozomenus) peruenisset, apparuit illi Deus, promisitque illi & semini eius terram illam daturum. itaque ibi aram exstruit ipsi Deo, qui illi apparuerat. Inde se in montem inter Bethelem & Haim contulit, tentoriumque ibi fixit: & ibidem quoque aram Deo construxit, ipsiusque nomen inuocauit, & versus Meridiem pergit. Orta autem in ea regione fame, eaque ingrauescente, descendit in Ægyptum: ibidẽ peregrinaturus. Cumque in eam peruenisset cum vxore, quam sororem vocabat, muliere forma eleganti; exarsit in hanc Pharao rex: eamque accersiuit in domum suã: Abrahamum autem multis beneficiis prosequutus est, ibique, vt est testis Iosephus, ob eloquentiam & omnium rerum peritiam in pretio habitus fuit. Cùm autem adiceret Deus Pharaonem totamque eius domum multis cladibus, eandem Abramo restituit: expostulatus cum eo, quòd illi non indicasset suam esse coniugem, sed sororem appellasset; eamque dimisit. Adscendit ita Abramus denuò ad Bethelem, in eum locum, vbi priùs altare fecerat, & nomen Domini inuocauit. Ar cùm vna regio Abramum & Lothum (abundabat enim vterque familia, tentoriis, iumentis, aliisque animalibus,) non facilè caperet, & vna habitare non possent; exoritur controuersia inter eorum pastores. Abramus hac de caussa cum Lotho frarre regionem diuidit. Lothus eligit Iordanis fluminis planitiem irriguam, tractum paradiso atque Aegypto amœnitate, fertilitateque similem, in qua Sodoma, Gomorrha, aliæque ciuitates: (quas Deus tunc nondum euerterat.) ibique cum suis habitauit. Abramus autem mansit in Chananæa. Digressus hic itaque à fratre, apparuit illi Dominus, ostenditque omnem terram quam oculis inter Orientem & Occidentem, inter Septentrionem & Meridiem circumspicere poterat: quam omnem promisit, deditque illi & semini eius in sempiternum. Abiit inde habitatum in vallem Mambre, (Quercum Mambre vertunt 70. interpretes, & Ogyn Quercum Iosephus.) Terebinthum suo tempore appellatum locum, scribit Euagrius: à therebintho, vt puto, hinc sexto stadio distante, vt apud Iosephum legitur; & quem ibidem permansisse ad sua vsque tempora, tradit Eusebius Pamphilus. quæ est circa Hebronem siue Chebronem. Ibique nuncio accepto de capto & profligato ex possessione suã Lotho, trecentos octodecim vernas domi suæ natos expedit, quibus hostes persequitur ad Danan vsque & Choban, (Soban vocat Iosephus, & Hoban D. Hieronymus.) fratremque cum familia, fortunis, & omni præda liberat, & reducit. Hinc domum reuertenti occurrit illi in Saue, locus qui à Iosepho Campus Regius, à D. Hieronymo Vallis Regis dicitur, Sodomæ rex, item Melchisedecus Hierosolymæ rex & sacerdos, vinum & panem ei offerens, & fausius omnibus prosequens. Ei Abramus quoque decimas omnium rerum dedit. His rebus gestis, apparuit illi iterum Deus, promittitque prolem hæredem, & inde progeniem, instar cæli stellarum & maris arenarum, numerosam. Hocque, non consideratus suum corpus iam emortuum, (qui propemodum centenarius erat) aut enectam Sarais vuluam, sed fide non infirmus, neque de Dei promisso dubitans; & exploratum habens, eum qui promisisset, etiam præstare posse, contra spem spe credidit, eique iustitiæ reputatum fuit. Atque in veritatis testimonium, vitulũm, capram, arietem, turturem, & columbam, media dissecuit: aues autem non item: idque ita ex Dei præcepto, alites ad cadauera volantes abegit. Post Solis occasum autem oborta caligine, ecce clibanum fumantem, & facem igneam. & ferit Deus cum Abramo fœdus: datque semini eius omnem terram quæ est à flumine Ægypti, (Nilo) vsque ad flumen magnum Euphratem. Sarai autem eius vxor cùm hactenus sterilis esset, & ancillam haberet Ægyptiam nomine Hagaram, Abramum submonuit vt cum ea rem haberet; ad quod consentiens, eam grauidam fecit, illaque illi filium peperit, quem Ismaelem nominauit. Apparet post hac Deus Abramo, id est, altiparenti, & nominat eum Abrahamum, id est, multiparentem: & eius vxorem Saraim, (quod est princeps mea) Saram, (quod sonat principem) filiumque ex eadem promittit, fœdusque cum eo initi circumcisionis. Ipse autem præputia marium totius suæ familiæ ipso eodem die circumcidit. Rursum apparuit illi Dominus in planitie Mambre, cùm ad ianuam tabernaculi esset: vidit enim homines (angelos habet epistola ad Hebræos) tres, hospitioque accepit: discedentesque ad Sodomam eos deducit: domumque reuersus videt è cælo sulphur & ignem in Sodomam & Gomorrham, omnemque campum depluere. Inde Meridiem versus profectus, & quiescens inter Cadem & Sur, curauit Abimelechus Gerariis rex ad se accersendam Saram, (quam Abrahamus sororem, vt antea, vocabat.) Monitus autem à Deo Abimelechus priusquam rem cum ea haberet, eam intactam Abrahamo restituit, multisque donis dimisit. Nascitur inde filius illi à Deo promissus, quem Isaacum nominauit; & octauo die circumcidit. Cumque idem ablactandus esset, magnum instituit conuiuium: in quo Ismael, quem ex Hagari ancilla susceperat, cùm Isaaco filio suo illuderet, vtrumque & Ismaelem & matrem, ex consilio Saræ ablegat. Deinde expostulans Abrahamus cum Abimelecho de puteo ab illius seruis vi occupato, fœdere amicitiæ inter se percusso, locum vocauere Bersabem, id est, iuramenti puteum. ibique Abrahamus lucum seuit, nomẽque ibi Dei immortalis inuocauit, arque diu commoratus fuit. His rebus peractis rentauit Deus Abrahamum: iuber enim eum, vt vnicũ filium Isaacum quem habebat, quique annum vigesimum quintum, teste Iosepho, agebat, & ex quo illi stirpem innumerabilem promiserat, sibi in monte Moria, qui postea Sion dictus & in quo Dauid templum constituit, immolaret. Hic itaque nihil diffisus, sed cogitans Deum vel ex mortuis progeniem excitare posse, aram exstruxit; & dispositis in eadem lignis, cultro manum admouet, ad filium suum immolandum: at ecce Angelus, qui puero manum adferre vetat, & conspiciens ponè arietem cornibus in dumo hærentem, comprehendit, & pro filio immolauit. Moritur eius coniux Sara, cùm vixisset annos viginti septem supra centum, in Cariatharbe siue Hebron: eamque sepulchro condit in duplici cauerna, quam sibi ab Ephrone Hettæo cõmerat. Aliámque vxorem superinduxit, nomine Ceturam: ex qua filios quoque alios sustulit. Ac postquam centũ septuaginta quinque compleuisset annos, peracta feliciter ætate, maturáque senectute, vitã emigrauit. Eum eius filij Isaacus & Ismael sepeliuerunt in eadẽ duplici cauerna, vbi Sara sepulta erat.

DE VALLE SYLVESTRI, siue MARI MORTVO.

DE Asphaltite lacu siue Mari Mortuo, quia in hac tabula, alia quàm solebat hactenus, forma delineauimus, aliquid dicere decreuimus. Hunc etenim exhibemus ea forma, quam puto cum habuisse Abrahami tempore, priusquam nempe Dominus eum sulphure & igne cælitus conflagrasset. Conuallem namque fecimus, inter montes, Iordanis fluuio per medium irrigatam; in qua quinque ciuitates; Sodoma, Gomorrha, Adama, Zeboim, & Segor. Qui locus, quare & quomodo postea in lacum conuersus fuerit, sacræ indicant affatim litteræ: quæ variis hunc indigetãt nominibus, de quibus quia in nostro thesauro satis superq; diximus, hic reiterare minime necessarium duximus. At eius descriptionem hanc ex Iosepho lib. 5. cap. 5. belli Iudaici libens addemus. Is itaque hæc, interprete Gelenio: Lacus salsus ac sterilis est: nimia vero leuitate, etiam quæ grauissima sunt, in eum iacta, fluitant: demergi autem quis in profundum, nec industria facile potest. Denique Vespasianus, qui eius visendi caussa illuc venerat, iussit quosdam natandi inscios, vinctis post terga manibus, in altum proiici: & euenit omnibus, tanquam vi spiritus sursum repulsos desuper fluitare. Ad hæc mirabilis est colorum mutatio quæ ter in singulos dies superficiẽ vertit, & solis radiis variata resplendet. Multis autem locis vomit nigras bituminis glebas, quæ super vndam & habitu & magnitudine taxeis siue capitibus assimiles natant. Ad eas autem cùm lacus exercitores accesserint, nauli quod angustum est, ad naues trahunt: & quia leuitum est, repletæ eas abrumpere nequeunt: sed quasi religata scapha, pendet à cumulo, donec menstruo mulieris atque vrina soluatur. (Filo, menstruo muliebri infecto, hoc tribuit Plinius.) Est autem vtile non modò ad compagines nauium, sed ad corporum etiam curationem multis remediis admiscetur. Longitudo lacus est quingentorum & octoginta stadiorum, qui ad Zoara vsque Arabiæ tenditur: latitudo autem centum quinquaginta stadiis patet. (Stadia quingenta longitudinis, & sexaginta latitudinis facit Diodorus.) Huic Sodomitica terra vicina est, olim quidem tam fructibus quàm diuitiis ciuitatum fortunata; nunc autem omnis exusta, vt quæ habitatorum impietate fulminibus conflagrasse memorantur. Denique adhuc in ea diuini reliquiæ ignis, & oppidorum quinque videre licet imagines, & renascentes in fructibus cineres: qui colore quidẽ sunt edulibus similes, carpentium verò manibus in fumum dissoluuntur & cinerem. Hactenus de eo Iosephus. Eadem ferè de eodem lacu Tacitus Historiar. 5. nisi quòd bituminis moles ad littus postquam pertractæ sint, & vapore terræ, ac vi Solis inaruerint, securibus discendi, tradat. Dicit quoque hunc lacum specie maris, sapore corruptiorem, & grauitate odoris accolis pestiferum esse. neque eundem vento impelli; neque pisces, aut suetas aquis volucres pati; immo nullum generum viuentium recipere, scribit Pausanias, & Hegesippus 4. cap. 18. adeò vt, teste Plinio, tauri camelíq; in eo fluitent. Eadem Strabo, sed sub nomine Sirbonidis lacus, falsò. (alius enim hic ab illo.) Aquam eius amaram & fœtidam esse, testatur Diodorus. item omne opus spiritu præditum sustinere, exceptis solidis; vt auro, argento, & huiusmodi, quamquam & hæc multò tardiùs hic, quàm in ceteris lacubus mergantur. Vide plura de eodem apud eundem lib. 2. & 19. Omnis vita carentia in profundum mergi, auctor est Trogus Pompeius 36. nullamq; materiam sustinere hoc mare, nisi alumine illinatur. Lucernam accensam supernatare exstincto lumine demergi, annotauit ex relatu, Isidorus. De hoc lacu scribit Aristoteles 2. Meteorolog. eius aquã vestes detergere, si quis ea madefactas benè excusserit. De fructibus edulibus similibus, at in cineres abeuntibus, testimonio sunt, præter hos iam dictos scriptores, Solinus, Iosephus, D. Augustinus, & Tertullianus: qui omnes, hoc de pomis tantùm referunt. Hegesippus his addit formatos vuarum racemos. Tacitus cunctis sponte editis, aut manu satis hoc euenire, scriptum reliquit. Atque hæc huius loci hodie facies: qui olim, teste Moyse, tanquam paradisus Domini erat conspiciendus.

ABRAHAM EGREDERE DE TERRA TVA, ET DE COGNATIO
Salem
Sur desertum.
Leucæ.
Mille Passus
Privilegio Imperiali, Regio, et Belgico decennali. 1586.
Occidens.
Solitudo Bersabe.
Campestria Raphaim.
Campestria Pharam.
Ismaelitarum regio.
Sur desertum, Meridiem versus.
Chorraei.
ET DABO TIBI, ET SEMINI TVO POST TE, TERRAM PEREGRINAT

IAR=
TIO,
T VENI IN TERRAM QVAM MONSTRAVERO TIBI.
Dan.
Hoba.
Damascus.
Cedmonaei.
NAAN.
Gergesaei.
Ammonitæ.
Raphaim.
Zuzim.
Moabitæ
Dño Ioanni Moflinio, Montis S. Winoxij abbati reverendo, viro humanitate & candore eximio, multiplicique rerum cognitione nobili; Ab. Ortelius in perpetuæ amicitiæ pignus DD.
riens.
Leucæ,
Mill. Ger.
Mille Pas.
OMNEM TERRAM CHANAAN, IN POSSESSIONEM AETERNAM.

SACRIS ABSO-
LVTIS,

PROPHANA NVNC
AGGREDIAMVR.

ÆVI VETERIS
TYPVS GEOGRAPHICVS.

ABES, ſpectator candide, in hac tabula totius terrarum Orbis Ichnographiam; (aream, ſiue veſtigium dixerim) at veteris mediæque ætatis dumtaxat Geographiam. Neq. vlteriùs hæc noſtra terræ pila cognita fuit, (permirum) vſque ad annum patrum noſtrorum milleſimum quadringenteſimum nonageſimum ſecundum: quo Chriſtophorus Columbus Genuenſis primus mortalium, idque Caſtellanorum Regum auſpiciis, detexerit eam partem quæ verſus Occidentem ignota eò vſque permanſerat. Poſtea à Luſitanis luſtrata fuit ea pars, quæ ad Auſtrum vergebat, atque Aſiæ tractus Orientalior. Quæ Arctum adſpiciunt, noſtra ætate partim à Britannis mercatoribus patefacta vidimus. Cætera quæ adhuc ſub vtroque Polo deliteſcunt, venienti æuo detegenda relinquuntur. Nominauere fortè priſci veteresque extra hanc à nobis deſcriptam continentiam, regionem locúmve vnum aut alterum; at ſitum, vtpote eis prorſus ignotum, minimè ſcriptis tradidere. In hac autem continentia, Lector ſtudioſe, (ne fruſtra tibi perſuadeas ſcientiam rerum in toto terrarum Orbe geſtarum) ſiue antiqua Geographia, tota verſatur comprehenditurque vetus, ſiue ſacra, ſiue prophana hiſtoria: omnesque mortalium res geſtæ, quæ litterarum monumentis ad hoc patrum noſtrorum vſque æuum traditæ fuere. Omnem enim hiſtoriam ante dictum Columbum, vtraque, immò quacumque lingua ſcriptam, Romani Imperij limites, aut Alexandri Magni expeditionem (ſi M. Pauli Veneti, Zenonisque, de quo ad tabulam Maris pacifici diximus, exceperis) minimè tranſſcendiſſe, omnes hiſtoriæ peritos verè & lubentes mecum confeſſuros exiſtimo. Ex quo, quàm manca ſit mundi hiſtoria, intelligendum; cùm quartam hæc vix terrarum Oceanique particulam, ſi cum noſtri ſeculi tabula conferas, liquidò cognoſces. &, quod maximè conſiderandum, potiùs quàm laudandum; verè nos nunc poſſe dicere, quod Cicero III. in Verrem olim falsò: nempe hoc, " Locus intra Oceanum iam nullus eſt; neque tam longinquus, neq. tam reconditus, quò non, per " hæc tempora, noſtrorum hominum libido iniquitasque peruaſerit.

Veterum teſtimonia quædam de tabulis Geographicis.

Anaximãder Thaletis diſcipulus primam Geographicam edidit tabulam, teſte Strabone, qui & Eratoſthenis tabulæ totius habitatæ terræ meminit, atque præter hanc etiam veteriorum tabularum. Vixit autem hic Anaximander Seruij Regis Romanorum tempore.

Socrates quum Alcibiadem ſuperbire videret ob diuitias, adduxit eum ad tabulam ambitum terræ complectentem, & eum rogauit, vt Atticam ſibi requireret: qua reperta, ſuos fundos iuſsit oſtenderet: & quum reſponderet nuſquam ibi pictos eſſe, Horũ inquit poſſeſsione tute effers, qui nulla pars ſunt terræ? Ælian. 3. Variar. cap. 28.

Hanno Carthaginienſis ſcribit tabulam nauigationis ſuę Atlantici maris, qua Libycam oram perluſtrauit, dedicatam in æde Saturni.

Ariſtagoras Mileſius habebat tabulã æream, in qua totius terræ ambitus inciſus erat: cũctũq; mare, atq; omnia flumina. tradit hoc Herodotus lib. 5.

Auguſtus & Agrippa Orbem populo ſpectandum propoſuerunt, vt ſcripſit Plinius 3. cap. 2.

Apud Ægyptios conſeruari tabulas in quibus omnes comprehenduntur viæ & metæ totius maris ac terræ, auctor eſt Apollonius 4. Argonautic.

Tabulam Palæſtinæ ſcriptam ab Euſebio Cæſarienſi intercidiſſe, tradit D. Hieronymus.

Menſam argẽteam ſiue auream, in qua totius mundi deſcriptio, Carolum Magnum habuiſſe, teſtes ſunt huius vitæ auctores.

Theophraſtum Ereſium tabulas quibus Orbis ſitus ſunt in inferiore porticu reponi, legaſſe teſtamento, ſcribit in huius vita Diog. Laërtius.

Mappam Mundi deſcripſi in pelles duodecim pergameni. ſic de ſe ipſo Dominicanus auctor Annalium Colmarienſium, anno 1265.

Tabulæ Geographicæ citantur quoque à Stephano Byzantio in verbo Αἴνος.

Domitianus Imp. occidit Metium Pompoſianum, quòd depictum Orbem terræ in membranis circumferret. Suetonius.

Varro de R.R. 1. cap. 2. habet hæc verba: Offendi ibi C. Fũdanium ſocerũ meum, & C. Agrium equitem Romanum Socraticũ, & P. Agraſium publicanum, ſpectantes in pariete pictam Italiam.

Audi Vitruuium lib. 8. Hæc autem ſic fieri, teſtimonio poſſunt eſſe capita fluminum, quæ Orbe terrarum corographiis picta inneniuntur.

Florus, qui circa Traiani tempora vixiſſe videtur, habet ita, Faciam quod ſolent, qui terrarum ſitus pingunt in breui quadam tabella.

Iulianus Imp. epiſtola ad Alypium: Iam eram morbo liberatus, cùm Geographiam miſiſti; non tamen propterea minùs grata fuit tabella abs te miſſa: ſunt enim in ea tum deſcriptiones meliores, tum iambi quibus eam ornaſti.

Sed veteres olim Orbem terrarum in tabula ſolere depingere, teſtis Plutarchus etiam in Theſeo. item Propertius 4. vbi Arethuſam ad Lycortam hæc loquentem facit,

Cogimur è tabula pictosediſcere mundos.

AEVI VETERIS, TY
EVROPA
Zona frigida,
Circulus Arcticus,
Zona temperata,
Tropicus Cancri,
Zona torrida, et
Aequinoctialis, sive
fervorem a veteribus
Tropicus Capricorni,
Zona temperata,
Circulus Antarcticus,
Zona frigida,
OCCIDENS.
OCEANVS HYPERBOREVS.
EVROPA
AFRICA
OCEANVS ATLANTICVS
OCEANVS AETHIOPICVS.
AMERICA
EN SPECTATOR, PILAE TOTIVS TERRAE ICHNOG
TIS NONAGESIMVM SECVNDVM SVPRA MILLES.

GEOGRAPHICVS.
ASIA.
et inhabitabilis.
Sive Borealis.
et habitabilis.
Sive Aestivalis.
ob Solis nimium
Aequidialis circulus.
inhabitabilis credita.
Sive Hyemalis.
et habitabilis.
Sive Australis.
et inhabitabilis.
ORIENS.
AFRICA.
SCYTHIA INTRA IMAVM.
SCYTHIA EXTRA IMAVM.
SINARVM REGIO.
ASIA.
SOGDIANA.
SACAE.
SERICA.
HIRCANIA
PARTHIA
BACTRIANA.
Taurus mons.
Corancali.
INDIA EXTRA GANGEM.
INDIA INTRA GANGEM.
Sinus Gangeticus
Sinus Magnus
MARE RVBRVM.
MARE EOVM.
DICVS OCEANVS.
. AT VETERIBVS, VSQVE AD ANNVM SALV-
GENT. COGNITAE, TANTVM GEOGRAPHIAM.

ORBIS ROMANVS,
SIVE
ROMANVM
IMPERIVM.
AMMIANI MARCELL. LIB. XIIII.

TEMPORE quo primis auſpiciis in mundanum fulgorem ſurgeret victura dum erunt homines Roma, vt augeretur ſublimibus incrementis fœdere pacis æternæ, Virtus conuenit, atque Fortuna, plerumq. diſsidentes: quarum ſi altera defuiſſet, ad perfectam non venerat ſummitatem. Eius populus ab incunabulis primis aduſque pueritiæ tempus extremum, quod annis circuncluditur ferè trecentis, circummurana pertulit bella: deinde ætatem ingreſſus adultam, poſt multiplices bellorum ærumnas, Alpes tranſſcendit & Fretum: in iuuenem erectus & virum, ex omni plaga, quam Orbis ambit immenſus, reportauit laureæ triumphos. Iamq. vergens in ſenium, & nomine ſolo aliquoties vincens, ad tranquilliora vitæ diſceſsit. Ideò vrbs venerabilis poſt ſuperbas efferatarum gentium ceruices oppreſſas, lataſq. leges, fundamenta libertatis & retinacula ſempiterna, veluti frugi parens, & prudens & diues, Cæſaribus tanquam liberis ſuis regenda patrimonij iura permiſit. & olim licet otioſæ ſint tribus, pacatæque centuriæ, & nulla ſuffragiorum certamina, ſed Pompiliani redierit ſecuritas temporis: per omnes tamen quotquot ſunt partes terrarum vt Domina ſuſpicitur & Regina, & vbique patrum reuerenda cum auctoritate canities, populique Romani nomen circumſpectum & verendum. Hæc ille. Atque hoc in Sulpiciæ carmine Satyrico, *duo ſunt quibus extulit ingens Roma caput, virtus belli, & ſapientia pacis. Romanum hoc Imperium longè maximum fuiſſe, vt ab omnibus creditur, ſic reuera quoque fuit. in primis ſi cum iis quæ olim exſtitere, vti ſunt Aſſyriorum, Perſarum, & Macedonum; item quæ poſtea emerſere, nempe Othomannorum, Sophorum, Tartarorum, & quod Europæi presbyteri Ioannis vocant, conferas. ſin autem cum ea monarchia quam patrum noſtrorum memoria Carolus V. Imp. ex maxima terrarum parte ſtabiliuit, filiúſque eius Philippus noſtra ætate auxit, huiúſque amplitudinem cum aliorum, inſpecta vniuerſali geographica tabula, conſideres commenſuréſque, hanc ceteris dictis omnibus, etiam Romana magnitudine longè præferri, ipſe oculus liquidè & verè iudicabit. Luſitanorum regnum poſtquam Orientalis Indiæ loca maritima inſuláſque ad ea pertinentes imperio ſuo nauigatione ſubiecerit, ſi tam verſus interiores terras, quàm circa littora potens eſt, extenderetur, inter minora Imperia haud dubiè quoque cenſendum eſſet. Atque & hoc nunc cùm ſub dicti Philippi ſit, maximum omnium totius aui eſſe, nemo non videt.*

De hoc Imperio magnificè Tertullianus de Pallio, hoc, Reuera Orbis cultiſsimum huius Imperij rus eſt.

Ouid. 2. Faſtorum.

Gentibus eſt aliis tellus data limite certo,
Romana ſpatium eſt vrbis & orbis idem.

Originis, Incrementi, et Culminis Imperij Romani, breuis enumeratio.

Primo sub Regibus septem, Romulo, Seruio, etc. per annos ducentos & tres supra quadraginta, non amplius quam vsque Portum, atq; Hostiam, intra decimum octauum miliarij Romanum processit Imperium. Sub Consulibus vero, inter quos interdum Dictatores, et Decemviri, ac Tribuni militares fuerunt, per annos quadringentos & septem supra quadraginta, usq; trans Padum Italia est capta: Africa Hispaniaq; subactæ: Gallia et Britannia tributariæ sunt factæ: Illyria, Histri, Liburni, Dalmatæ, sunt domiti. ad Achaiam transitum est: Macedones expugnati: cum Dardanis, Moesis et Thracibus est bellatum. ad Danubium est peruentum: ac in Asia (pulso Antiocho) primum pedem posuerunt Romani. Mithridate victo, regnum Ponti est capum, cum Armenia minori, quam idem tenuerat. in Mesopotamiam progressum est, & cum Parthis fœdus inium; omitra Carduenos, & Saracenos ac Arabas pugnatum: subsq omnis ditta: Cilicia et Syria, in potestatem redacta: ac tandem in Aegyptum peruentum. Sub Imperatoribus autem, a Diuo Augusto nempe ad Theodosij superioris, et Honorij ac Arcadij eius filiorum tempora, per annos quadringentos & quadraginta Cantabri, Aluiri, totaq; Hispania sub iugum missa est. Alpes maritimæ, Cottiæ, et Rhetiæ, Noricum, Pannonia et Moesia, Imperio accesserunt. Omnis ora Danubij in Prouincias est redacta Pontus omnis, et Armenia maior, Mesopotamia, Assyria, Arabia & Aegyptus, in Imperij Romani iura concesserunt. Atq; hoc modo sub Principibus viris, & populi Romani virtute, ac immortali eorũ gloria, hoc Augustissimum Imperium ad summũ fastigium perdictum fuit; Cuius limites fuere ad Occidentẽ Oceanus, à Septentrione Rhenus et Danubius, ab Oriente Tigris, à Meridie Atlas mons. quæ omnia in hac tabula ob oculos (historiæ candidatis) ponuntur.

Diuina mens ciuitatem populi Romani egregia temperataq; regione collocauit, uti Orbis terrarum imperio potiretur. Vitruuius lib. 8.
ROMVLO VRBIS AETERNAE CONDITORI
SARMATIAE.
COLCHIS.
ALBANIA.
IBERIA.
PONTVS EVXINVS.
MARE CASPIVM vel HIRCANVM.
MEDIA
ASSYRIA.
ARMENIAE.
MESOPOTAMIA.
CYPRVS.
SYRIA.
IVDAEA.
BABILONIA.
ARABIAE PARS.
AEGYPTVS.
MARMARICA
SINVS ARABICI PARS.
ORIENS.
Ex Iuio, Dionysio, & Plutarcho, hanc genealogiam septem Regum desumpsimus, atque huic tabulæ in historiæ Romanæ studiosorum gratiam adiecimus. In qua maxima linea est Regum: mediocres sunt coniugum: minimæ vero filiorum filiarumq; Circuli duplicibus circumferentijs descripti, masculos denotant; simplicibus autem foeminas.
Hic o Romulo fratre occisus traditur, quod noua Vrbis moenia per ludibrium transilijset
Remus
Hersilia.
Sabina.
Hostilius Hostilius.
ROMVLVS qui et QVIRINVS.
Pomponius
T. Tatius Sabinus
NVMA POMPILIVS. 43.
Tatia
Pompilia.
Marcius.
TVLLIVS HOSTILIVS. 32.
Nonnullis placet, habuisse Numam plures filios, ex alia vxore, nomine Lucretia
ANCVS MARCIVS. 24.
M.
L. TARQVINIVS PRISCVS. 38.
Tullus.
Ocrisia.
M.
Aruns
Tanaquil.
SERVIVS TVLLIVS. 44.
Tarquinia
M. Iunius
L. Iunius Brutus
Lucretia
L. TARQVINIVS SVPERBVS. 25.
Tullia Minor
Tullia Maior
Aruns
Octauius Mamilius.
Sextus.
Titus
Vtra ex Tullia hanc sobolem procreauerit Tarquinius, nusquam legi.

E V R O P A.

IN diuisione Orbis terræ, plerique in parte tertia Africam posuere: pauci tantummodo Asiam & Europam esse: sed Africam in Europa: inquit Sallustius. Hoc idem, ex eodem, D. Paulinus apud Ausonium sic cecinit, *Europam Asiamque duo vel maxima terræ Membra quibus Libyam dubiè Sallustius addit, Europæ admixta posit quum tertia dici.* Sed in Asiam & Europã diuisit etiam Philostratus in Isocrate, & ipse Isocrates in Panegyrico. Et apud Varronẽ de Lingua Latina, hæc legũtur verba, Vt omnis natura in cælũ & terrã diuisa est, sic cælum in regiones: terra in Asiam & Europam, & idem de Re Rustica, Primũm cũm Orbis terræ diuisus sit in duas partes ab Eratosthene, maximè secundũm naturam, ad Meridiem versus, (Asiam) & ad Septemtrionem: (Europam) eadem D. Augustinus 16. de Ciuitate Dei: Lucanus 9. & Orosius 1. Obtinuit autem vsus apud omnes vtriusque linguæ geographos & historicos, vt Orbis tripartiam diuideretur: in Asiam, Africam, nempe & Europam, eam, quam hic describendam, tam lineari pictura, quãm litteraria enarratione, nobis proposuimus. Quod ad formam itaque huius attinet, multiplex est, vt infit Strabo. Et pæninsula, non insula, quamuis Silenus Midæ sic olim, teste Aeliano retulerit. Est enim, vt ostendit tabula, vndique circundata mari, nisi qua versus Orientem Asiæ Magnæ connectitur. quibus autem ibi limitibus, inter veteres recentioresque non vna sententia. Veterioribus namque vt Aristoteli, Platoni, Herodoto, & qui hos imitantur, eam ab Asia discriminant Phasi flumine, siue isthmo qui est inter Pontum Euxinum, mareque Caspium, siue Hyrcanum: quod in Scythicum siue Septentrionalem Oceanum erumpere, tota fetè creditit antiquitas: testes Strabo, Plinius, Mela, Dionysius, Plutarchus in Alexandro, & de Facie in orbe Lunæ. item ex posteris Iornandes. omnes autem falsò. Vnus Herodotus verè (vt recentior etiam nostra experta est ætas) mare per se hoc esse dixit, nec vllo alio commisceri. Tanai flumine hanc ab Asia distinxere Dionysius, Arrianus, Diodorus, Polybius, & Iornandes, item Ptolemæus: qui hunc fluuium, & ab eius fonte terram versus Boream incognitam, hoc est, incertam. Indiscretis atque dubiis limitibus omnes. vt quibus extrema versus Orientem & Septemtrionem incomperta & fabulosa: exemplo Riphæi, Hyperboreí, Græcorum (teste Strabone) hoc tractu commenta, Alaunique montes, à Ptolemæo hic descripti; vbi nedum hi, sed & nulli hodie visuntur: at horum loco vastissimæ siluæ, paludes, & camporum æquora. Descripsit quoque in hac continentia olim Orphens inter nempe Mæotidem paludem & Cronium mare, immensam (ἀνάτατα) siluam. sic quoque Dionysius Afer qui hanc (ἀνάτιστον) infinitam dicit: indeque Tanaim fluuium in Mæotidem euoluere addit. Riphæas siluas hic habet Isidorus, & Tanaim inde effluere dicit. Danubium Europam Asiamque disterminare, scripsit vt. Natural. Seneca. de quo quid sentiendum, notabimus ad Dacie tabulam. Ambigitur itaque de huius finibus inter dictos scriptores hactenus, quòd si me arbitrum receperint, non indecenter, & ni fallor, partium consensu, huius fines statuam ipsum Tanaim, isthmum inter hunc & Rha fluuium, huiusque versus Orientem diuertigium, inde Oby fluuium, ad ostium huius vsque. Hoc enim ostio creditisse antiquitatem Caspium mare se in Oceanum exonerasse, facilè mihi persuasserim. Huius enim fluminis nomẽ vetus esse, ex eo verisimile, quòd ab Athenæo hoc tractu ponuntur Obij montes: quos olim Riphæos appellatos, nunc Alpes dicat. Et Ouim (siue Obim) regionem Scythicam in hac continentia, aut hinc non procul, describit Iornandes. Atque hi dicti montes, hoc loco, (non vt Ptolemæus Pomponiusque eos statuunt,) esse; restes sunt hodie quamplurimi fide digni atque litteris clari, inter quos Bato Herberstteinius in sua Moscouitica historia: & Paullus Oderbornius in Vita Balthidis. item Antonius VViedus in sua Moscouitica tabula. vocantque eos vernaculè vatiis nominibus, at communiter Cingulum mundi, teste dicto Herberstteinio. Orbis zona nominantur in tabula Ienkensonij, qui quoque has oras perlustrauit. Atque huius limitis constituendi habeo suffragatorem quodammodo Iornandem & Aethicum, vbi dicunt, Riphæos montes Asiam diuidere & Europam. Atque hi ipsi montes, & hoc tractu, sunt antiquorum Hyperboreiinõ vbi à Ptolemæo constituuntur. suntque hi iidem cum Riphæis, Obiis, & Alpibus. Atque hæc de huius ab Asia diuisione.

Hanc altricem omnium gentium populi, vocat Plinius: longeque terrarũ pulcerrimam, Mardonius ad Xerxem dicebat, (vt refert de eo Herodotus) esse regionem admodum speciosam, omniaque geneta feliciùm arbotum ferentem; ac summæ bonitatis, & dignam quæ à solo inter mortales rege possideatur: Salubriorem quàm Asia, feribit Varro de Re Rustica. Potentem non fœmel nominat Statius, in Achilleid. *Maxima terra viris, & fœcundissima dictis Vrbibus.* sic de ea Manilius: Eius habitatores animi & ardoris plenos, facit Aristoteles. Idem huius bestias omnes fortiores esse quàm in Asia & Africa, adserit. Sed de huius natura & moribus audiamus summum geographum Strabonem 2. sic, per suum interpretem Xylandrum, loquentem, Hæc virorum virtute præditorum ac ciuium feracissima. Tota habitationi apta est, dempta exigua portione, quæ ob frigus incoli non potest, contermina Hamaxicis ad Tanaim, Mæotidem & Borysthenem incolentibus. Habitatæ autem partes algidæ & montosæ, quamquam ob naturam loci ægrè coluntur, tamen curatores nactæ bonos, ea etiam mansuefcunt, quæ malè priùs, & latrocinij in morem colebantur. Ita sanè Græci cùm montes & saxa insedissent, commodè habitauerunt, propter prudentiam rerum ciuilium, artes, & eorum quæ ad vitam degendam requiruntur, peritiam. Et Romani multas gentes in potestatem redactas feras ob locorum naturam, quòd vel aspera essent, vel portubus carerent, aut ob frigus, aliúsve de causis, habitando incommodas, commercijs antè ignotis, docuerunt vti, & de feris ciuilem vitam agentes redegerunt. Quæ verò partes in æquabili & temperato sunt situ, iis ipsa natura opitulatur ad commodè viuendum. Iam cùm quæ gentes in regione felici, ex pacis sunt fluctiolæ, quæ autem loca incolunt sterilia aut incommoda, pugnaces sunt ac fortes: sic, vt mutua vtrinque beneficia accipiantur, dum hi arma ad defendendum accommodant, illi tertæ fructibus, artibus, & morum institutione hos iuuant: quemadmodum & manifesta vtrinque sunt damna, cùm altera pars alteri non fert opem: arma tamen habentium est aliquanto melior conditio, à non vincantur numero. Atque ad hæc natura Europæ suam habet opportunitatem. Tota enim montibus & cãpis variè distincta est, vt vbique & agricolæ & milites, & ciuilis vitæ & belli studiosi iuxta se ponantur: maior tamen sit numerus pacem colentium: quod vitæ genus obtinet maximè industria ducum, primò Græcorum, deinde etiam Macedonum & Romanorum. Itaque ad pacẽ & ad bellum abundè sibi ipsa sufficit: nam copiam habet magnam & pugnantium, & terram colentium, & vrbes conseruantium. Eo quoque excellit, quòd optimos fert fructus, ad vitæ necessitates pertinẽtes, & metalla quæcunque vsus sunt: odoratas autem res, & lapides pretiosos extrinsecus important, QVIBVS QVI CARENT, NIHILO DETERIVS VIVVNT IIS QVI POSSIDENT. Accedit quòd pecoris abundans, feras damnosas paucas alit. Hactenus Strabo. Plura de huius Europæ regione, hominumque natura apud Hippocratem de Aëre & Aquis. Profert quoque hæc sola Europa, & non alia Orbis pars, fuccinum siue electrum, quod Germani Glessum vocant. at non in Eridano, mare ad Septemtrionem spectans, intrante; vt nugatur Herodotus: aut in Pado Italiæ, vt fabulantur Poëtæ: neque in Maris Hadriatici insulis Electridis, vt paullo diligentiores (teste Plinio) putauere: neque in Hispania, vt Aeschylus putauit: aut in extremis Hadriatici sinus rupibus, vt prædicò modestiores putauerẽtaut in Liguria, vt Sudini, Methrodoro, & Theophrasto placuit: aut in Aethiopia ad Ammonis oraculum, aut Scythia, vt Philemon opinatur: aut in Britannia, vt Sotacus: aut in Glessiãis Maris Germanici insulis, vt Plinius auctor est: aut in Bannonia vel Baltia insula, vt Timæus prodidit: neque in flumine quodam, vt Dion Prusæus. sed apud Hæstarum præninsulam, ad Sinuin Clylipenum, in mari: vbi hactenus (magna veterum ignorantia) eius quæstuosa piscatio. In eadem Europa vrbes inclytæ multæ, inter quas omni æuo clarissimæ Roma, & Byzantium, quæ eadem postea noua Roma nominata: Fluuina celebriora Rhenus, & Ister siue Danubius: siluæ Arduenna, & Hercynia, qua maiorem aut vastiorem nulla nouit historia. Atque hæc de Europa, quæ vnde hoc nomen acceperit, neque quis nominis auctor existerit, ab aliquo mortaliũ compertum esse, nisi dicamus ab Europa Tyria accepisse, inquit Herodotus. Sed qua de causa ab hac nominata fuerit, mihi quoque incompertum: neque vlli persuasum crediderim. Hanc enim, vt in fabulis est, è Phœnice Asiæ regione raptã, in Cypcum, siue vt alij, in Cretam insulam transiam scimus: vbi, vt auctor est Eusebij Chronicon, ab Alteio Cretensium rege in vxorem accepta, Minoen ex ea & Rhadamanthum Sarpedonemque procreasse. Indeque non in Europam, at in Africam commeasse, scripsum reliquit idem Herodotus. & quid hoc ad Orbis partem hanc nostram? ab Europo fortasse aliquis citius crederi: qui, vt auctor est Trogus, in hac aliquando regnum tenuit: quod idem adtestari video Eusstathium in Lycophronem, qui hunc Europum cuiusdãm Himeri filium facit. Europen Sicyonionũ regem statuit Pausanias, & Chronicon Eusebij, eumque tempore Abrahami Patriarchæ. Est qui ob pulcritudinem regionis dictum sic putauerat, vt inquit Festus, Veridis multò, me iudice, hanc communi nomine Celticã vocari scripsit Antoninus. & Celticum promontorium apud Artabros, idem. Celtiberorum, quis geographorum aut historicorum non meminit in Hispania? In Gallia Celtæ & Celtogalatæ sunt. Ex eadem quoque in insula Britannia. hanc enim primùm inhabitatam ab ea gente quæ huic obuersa in continente, constans & versimilis opinio. Gallos & Germanos Celtas vocatos, omnium historicorum vnanimis est sententia: etiam Dionis, vbi scribit Celtas vtramque Rheni ripam inhabitare. Celtę sunt in Gallia Cisalpina, siue Italica, Appiano, & eidem ad Ionium, (id est Hadriaticum) mare. quod & Strabo adserit. Ad Eridanum fluuium etiam sunt, Silio. Epitus Celtas habet, vt prodidit Antonius Liberalis. eosdem ad Hæmum montem, describit Stephanus: & circa Danubij ostia, Arrianus. item in Mœsia vicina, Strabo. Cum Illyris & Thracibus permistos Celtas, scriptum reliquit idem. qui & ad Borysthenem eosdem statuit. item Celtas cum Scythis coniungit Aristoteles de Mundo. hinc Celtoscythas faciunt idem Strabo, & Plutarchus. Apud eumdem in Camillo Iego Galatas (quos Celtici genetis dicit) superato Septentrionali Oceano ad Riphæos montes peruenisse. Sed & ex eodem Strabone disco omnes gentes versus Septemtrionem habitantes, suo tempore Celtas appellatos. quod & hactenus docet horum auita lingua, quæ Celtica siue Germanica. eadem etiam (differente paullulum dialecto) in insulis his vicinis, vt Islandia, Groenlandia, Frislandia, & ceteris maris Germanici insulis. Plutarchus in Mario, scribit Celticam incipere ab Extentiori mari (hoc est Atlanticum) ad Septemtrionem vergere, indeque ad Mæotidem paludem. Celticas nominat Pomponius Cassieridas (quas Britannicas esse, alibi docemus) insulas. Quid hoc, quæso, aliud, quam dicere Celtas vniuersam obtinere Europam? quod idem ante multa secula Ephotus apud Strabonem vidit. vbi terræ totius loca in quatuor partes diducẽs, dicit eam quæ versus Subsolanum est, habitari ab Indis: quæ versus Austrum, ab Aethiopibus: quæ versus Aquilonem, à Scythis: ea autem quæ versus Occasum, à Celtis. Hadriaticum etiam mare, Celticum nominat Apollonij Scholiastes. & Celtos stagnum describit circa Istri ostia Lycophron. & idem Leucen Pontĩ Euxini insulam opponit ostiis Danubij. An non itaque proprię, vt eos qui Asiam inhabitant, Assanos: & qui Africam, Africanos, appellare solemus: hos qui hanc Celticam incolunt, Celticos nominare licebit? Celtas autem Germanos esse, cui non ex omni vtriusque linguæ veteri historia cognitum, Hadriani Iunij cap. 22. Bataviæ adeat, & multis rationibus antiquorumque scriptorum testimoniis ad hoc credendam persuasus, inde, ni fallor, abibit. Sin verò, Germanos ipsos audiat, qui hactenus *Kelt* in familiari colloquio sese mutuò nominant. Gallos autem, nationem quoque Germanicam voco. Et Germanicam linguam, omnium vbique Celtarum auitam esse, eam, qua hactenus vbique terarum, (nisi vbi à potentia Romanorum expulsa, suaque superinducta,) vulgo in vsu est, docere possem, si huius loci. Verisimile ergo Europæ vocis Etymon, quod obscurum apud Priscos, non aliunde peti debere, quàm ex eiusdem indigenarum idiomate. Incolas enim eiusdem regionis patriæ suæ nomen à peregrinis emendicare, tam absurdum creditu est, vt nihil veritati magis aduersum excogitati vmquam possit. Qua de causa Goropij nostri sententiam de hac voce hic adtexere libet, qui eam non sic dictam vult à femina, verùm à latitudine (vt inquit) videndi: quoniam videlicet (proferam eius ipsius ex lib. 9. Originum verba) non Asiam modo ad Orientem & Meridiem, Libyam ad Meridiem & Occidentem, sed oppositam etiam Orbẽ vltra Hyperboreos situm, intuetur. Verũn nemo mihi persuadebit, Europam Græcam habere nomenclaturam, cùm prius à Cimmeriis sit habitata, quàm à Græcis. Diphthongus nobis, quintam Latinorum vocalem secundæ præponens: quam neque Latini neque Græci receperunt: sed si quando voces vertere vellent, in quibus ea esset, eu lupposuerunt ordine inuerso. Verop itaque non Europ, nostri dixerunt, quo excellentem hominum multitudinem denotabant: eò quòd Ver monosyllabum per diphthongon elatum, magnum, excellens, & id quod in quaque reptæ stantissimum est, significet: quod alij Vr, citra diphthongon, vocali tamen lõga, scribunt. Ex Verop ergo Europ factum; vt ex Tetues Tereus, Europain produxit: sic vocatam à geniis præstantia, qua ceteris mortalibus anteferenda esset. Hop enim hominum multitudinem notare, modò dixi.

De qua voce Idem lib. 8.

Hæc hactenus ipse in ipsis excusis exemplaribus quæ prostant. quæ sequuntur autem, ex codice etiam edito, sed quo auctor vsus: cui ad oras passim multa calamo & sua manu adiunxerat, secundæq; editioni (quæ nondum sub prælo) adornauerat, exscripsimus.

Verũm diligentiùs mihi nomen cum sacris litteris conferenti, altera ratio in mentem venit, longè præstantior, & felicius omen proferens. Iapeto dilationẽ, & vt alij interpretantur, gaudiũ promitti videmus: quod tum consecutus erat, cùm Christus morte sua nos redemisset. Igitur legitimum connubium denotat: Vr, excellens: Hop, spem: quo sit, vt Europ. legitimi connubij excellens spes sit: quæ propria eius terrarum portionis fuit, quam Noachus Iapeto dedit habitandam. Quamuis enim semi posteritas per Abrahamum multis seculis Deo fuerit coniugata, tamen tepudiata est. Coniugium verò quo Christus Europam ecclesiã suam copulauit, numquam dissoluetur: adeò vt optimo iure Iapeti portio Europa dicatur. Sed de hac voce plura nos in Francicis. Hucusque Goropius, quæ lubẽs eum nostræ linguæ hominibus iudicanda communicaui. quamuis non nesciam huiusmodi acerbè irrideri à viro quodam doctissimo, ac huius linguæ imperito. eoque, hoc in argumento minùs faciundo. Hanc Europam in Sacris litteris Iapetiam vocari, sunt qui opinentur. Atque hucusque de hac Europa, ex qua antequam discedam, addam ex Herodoto in Polymnia de ea hæc Mardonij ad Datium verba, Esse regionem admodum speciosam, omniaque felicium arborum ferentem, ac summæ bonitatis: & dignam quæ à solo inter mortales rege possideatur.

EVROPAM, SIVE CEL:
TICAM VETEREM,
sic describere conabar Abrah. Ortelius.
OCEANVS SEPTEM:
TRIONALIS QVI ET
HYPERBOREVS.
CRONIVM
MARE
Fortunatæ insulæ, siue
Beatorum. quæ et Glessa:
riæ, item Electrides Plinio.
Caledonius
oceanus.
Oceanus
Germa:
nicus.
Oceanus Britannicus.
Oceanus Aqui:
tanicus.
OCEANVS ATLAN:
Occidens.
Sinus
Gadita:
nus.
Gymnesiæ
insulæ.
Hadriaticus sinus.
AFRICA
PROPRIA
CLARISS. D. NICOLAO
ROCCOXIO I.V.L. PATRICIO ANTVERP.
EIVSDEMQ. VRBIS SENATORI, HANC
ANTIQVÆ EVROPÆ, NOVAM TABVLAM,
ABRAH. ORTELIVS DEVOTISSIME DEDICAB.

ARCTOA Regio: vbi Hyperborei et Pterophori.
OCEANVS SARMATICVS, Plinio et Melæ: SCYTHICVS, Ptolemæo: EVROBOREVS, Iornandi.
Scythicum littus.
Granduicus sinus.
Rhipei montes, qui et Obij.
SAR-
TIA.
Hippophagi.
OVIM.
Pagyritæ.
Sali.
Carbones.
Careotæ.
Borusci.
Modoce.
Zacatæ.
Sturni.
Sibiones.
Suardeni.
Alauni.
Perierbidi.
Chenides.
Amaxobij.
SCYTHIA.
Burgiones.
Chuni.
Idræ.
Ophlones.
Antes.
Mæotæ.
SCYTHIA PARVA.
MAEOTIS Palus.
MAEOTAE.
Phanagoria
SINDICA.
TAVRICA
Dioscurias
Suani.
Istropolis
PONTVS AXENVS postea EVXINVS dictus.
Amastris
Sinope
Trapezus
Phasis flu.
Heraclea vrbs, Chalcedon, et promont.
Nicomedia
Cyzicus
BITHYNIA.
Troas Alexandria
Adramittium.
Cumæ
Smyrna
ASIA PROPRIA.
Ephesus
Halicarnassus
Patara
Termessus
Anemuris
Tarsus
Antiochia
Taurus mons
Rhodus
Carpathos
CYPRVS.
Tyrus
SYRIA.
Damascus
Ioppe
Gaza
Hierusalem
ARABIA.
Berenice
Catabathmos
Paretonium
MAPMARICA.
AEGYPTVS.
Arabicus sinus.
Oriens.
MARIS CASPII PARS.
CVM PRIVILEGIO DECENNALI, IMP. REGIS ET BRABANTIÆ CANCELLARIAE. 1595.

BRITANNICAE INSVLAE.

INSVLAS plures Britannicas dictas in Oceano Atlantico habet Plinius, at duæ maiores ita peculiariter nominantur ab eodem, alisque; quæ sunt ALBION & HIBERNIA. Ex quibus ALBION ob magnitudinem, & tanquam earundem primaria BRITANNIA propriè vocatur. Atque haud multum absum, quin credam has omnes in priscorum Græcorum monumentis, antè nempe quam à Romanis cognitæ, nominatæ, deuictæque fuerint, generatim CASSITERIDES, quasi stannarias nominatas: & CASSITERAM speciatim, quam Romani Britanniam. Et quamuis sciam Cassiteram à Dionysio & Stephano pro Indica insula haberi, ab hac sententia minime dimoueor. puto enim hoc ab illis potiùs ex ignorantia, quam Geographiæ peritia traditum: idque cõmunem esse cum nostræ ætatis hominibus errorem. vt qui omnes regiones insulaique incognitas, vel longè disitas, Indicas vocare solent: quo nomine totum noui orbis continentem, cum insulis adiacentibus, auorum nostrorum memoria detectis, & quæ indies deteguntur, non citra veri ignorationem indigetant. Pro me facit testis extra omnem controuersiam fide dignus Pomponius, qui eas Celticas vocat, quasi Celtis vicinas. Scio has Cassiterides ab aliis alibi describi: vt à Diodoro supra Lusitaniam: à Plinio, ex aduerso Celtiberiæ ad Artabrum promontorium, à Strabone & Ptolemæo: vbi nullæ insulæ, iudum hæ sint, aut vnquam fuerint. ex quo has veteribus scriptoribus nomine potiùs quàm situ cognitas fuisse, facilè intelligere est. Omnes autem has vna voce plumbi stannique fertiles celebrant: pellium quoque diuites facit Strabo. An non hæc tria, quorum abundantia, toti se Orbi in hodiernum diem vsque Anglia cognitam reddit, Britanniam eos describere, palàm arguunt? Quæ enim in tota terrarum pila vila regio pellium, siue lanæ æque vt hæc larga? Idem Strabo tradit in Cassiteridibus, metalla non altè effodi: Plinius ea in Britannia terræ corio erui. Hos idem dicere de eadem, quis non videt? Ex his obseruo, Phœnices olim & Hispanos ita à Freto Herculeo ad hanc insulam negotiatum navigasse, & loco stanni, plumbi, pelliumque, ærea (vt hactenus in vsu est) fictilia, atque sales importasse; vt postea Romani, dum eam Cæsar subiugaret, ex Gallia eandem adibant. Innotuit itaque tunc primum Romanis, sub nomine Britanniæ, quæ ante aliquot sæcula Phœnicibus sub Cassiteræ nomine erat notissima. Appianus, grauis auctor, qui vixit sub Hadriano Imp. scribit Hispanos, ab Occidentali & Septentrionali Oceano abstinere, nisi quando in Britanniam vnà cum æstu maris transuehuntur. Cassiteram hic Britanniam nominare mihi minimè dubium: at illud nomen tunc obsoletum, hoc magis in vsu fuisse, verisimile duco. Videant quoque doctiores, & maiori otio diffluentes, anne eædem à Sex. Rufo Aufeno sub voce OESTRIMNIDVM describantur. mihi sanè ita visum. Dicit enim has plumbi & stanni diuites: & incolas ex pellibus naues construere, quibus Oceanum navigant. quid hoc aliud, quàm quod Plinius ait, Britannos vitilibus navigiis, corio circumsitis navigare? Hanc insulam Romani diuiserunt, Dione & Xiphilino testibus, in SVPERIOREM quæ versus meridiem; & INFERIOREM, quæ versus Septemtrionem. In Almagesto Ptolemæi hæc MINOR, illa MAIOR nominatur; idque Seueri Imp. tẽpore. Sub Valentiniano autem his nominibus distinctã fuisse, apud Sex. Rufum inuenio, BRITANNIA PRIMA, BRITANNIA SECVNDA, BRITANNIA MAXIMA CÆSARIENSIS, & FLAVIA. Liber Notitiar. & Ammianus VALENTIAM addunt; quæ eadem alis, vt Orosio, Claudiano, & Hegesippo, SCOTIA. Populorum duo genera facit Xiphilinus in Seuero, MÆATAS & CALEDONIOS: cæterorum enim nomina ad hos ferè referri addit. quorum cui scire libido est, Ptolemæum adeat, & nostram hanc tabulam: in qua etiam ea, quæ apud alios, vt Cæsarem, Tacitum, Pausaniam, & Ammianum, & cognoscet omnia. Ac de nominibus hucusque, ipsas insulas aggrediamur, & prius earum maximam, quam Britanniam diximus.

HANC inter cæteras amplitudine excellere scribit ad Alexandrum Aristoteles. Insularum quas Romana notitia complectitur maximam testatur Tacitus. Tam magnam scribit Appianus, vt alia continens videri possit. Sed & alterum Orbem vocat Hegesippus. Formam huic tri-quetram tribuunt Cæsar, Diodorus, Strabo, & Mela. Oblongæ scutulæ aut bipenni assimilat ex Liuio, & Fabio rustico, Tacitus. Cono similem, scriptum reliquit Iornandes. Hæc primùm Romano Imperio innotuit sub C. Cæsare, qui eam primus omnium mortalium (Romanorũ dico) mille nauibus adiuit, vt refert Athenæus 6. Nam antea vt Dion 39. scribit, ne esse quidem eam compertum fuit. posteriores in controuersiam adduxerunt, continens ne ea terra esset, an verò insulæ: mutaque de vtraque opinione conscripta sunt ab iis, qui certi quidem nihil nouerant (quippe qui nec vidissent, nec ab indigenis qualis esset, accepissent) sed coniecturis tantum, quantum vel otij vel studij singulis aderat, vel niterentur. Successu temporis, priùs quidem sub Agricola Proprætore, (hoc que sub Vespasiano fuisse, ex Tacito disco) nostris autem temporibus sub Seuero Imp. liquidò deprehensum est, esse insulam. Ante horum adiuentum, insulam nullius vnquam adiuenæ imperium expertam fuisse, docet Diodorus. Multis regibus parebat: populus magna ex parte principatum tenebat, vti ex Cæsare, Strabone, Xiphilino, & Tacito habemus: qui subiungit, eos per principes trahi factionibus & studiis. Nec in commune consuli: ita dum singuli pugnant, singuli vincuntur. Huius loca temperatiora esse quàm in Gallia, inquit Cæsar, & remissioribus frigoribus. Asperitatem enim frigorum abesse, testatur Tacitus: & aërem magis nubibus quàm nimbis obnoxium, Strabo. Cælum caliginosum, dicit Herodianus. caussam proditæ æstum, & vapores ex paludibus. Britannia Sole deficit, sed circumfluentis Oceani maris tepore recreatur. Minutius Felix. Idem Strabo maximam insulæ partem esse campestrem, & suius obsitam, multos etiam habere terrestres colles, asperrimos tamen, & sine aqua, dicit Xiphilinus: item campos desertos, plenosque paludibus. hoc vltimum quoque Herodianus confirmat, qui dicit, in plerisque locis ex frequentibus Oceani adfluuionibus paludescere. Terram tamen frugum vbere lætam, facit Panegyricus, fecundam, verùm iis quæ pecora benignius quàm homines alat, Mela. Vnde pecorum hic infinitus numerus, vt Cæsar litteris tradidit. Frumentum tamen proferre, auctorem Strabonem habeo, idque margæ beneficio: quia hęc, vt Plinius tradit, Britannis spissiorem vbertatem promittit. quam sub Iuliano Imp. adeò superfluam habuere, teste Marcellino, 18. vt soliti fuerint annonam in Gallias Germaniasque transferre. idem Zosimus. Materia omnis generis, vt in Gallia, (præter fagum & abietem) etiam leporem, gallinam, & anserem, dictus Cæsar testis. Piscium incredibilem huius copiam prædicat ex Dione Xiphilinus. Metallorum largam variamque copiam: Solinus. Plumbi albi nigrique huius abundantiã tota semper mirata est antiquitas. in mediterraneis nempe, teste Cæsare. cui quodammodo refragatur Diodorus: qui ad Bolerium promontorium hoc quoque effodi perhibet. & eodem teste ferrum quoque, at exigua copia, atque hoc quoque in maritimis. Plumbum nigrum in summo terræ corio abundæ prouenire, testis quoque dictus Plinius. Aurum argentumque profert, si credimus Tacito & Straboni. Auro diuitem faciunt quoque Sibyllæ vaticinia, fortè importato. nam Cicero ad Trebatiu scribit, ne scrupulum quidem auri aut argenti inesse insulæ; & nihil inde exportari: nec vllam spem prædæ esse, nisi ex mancipiis. Magna & multa flumina, & in ea quædam gemmas margaritasque generantia, hic, Plinio & Melæ. His Margaritis primam laudem post Indicas tribuit Ælianus. quarum spe Cæsarem hanc insulam petiisse, scribit in huius vita Suetonius. Amethistum huius celebrat Heliodorus. Fontes calidi etiam opiparo insculpti apparatu, ad vsus mortalium: cuius fontibus præsulem Mineruæ numen esse, apud Solinũ lego. Heliodorus huic adscribit quoque amethystum gemmam. Gagates hic item optimus, eidem Solino, & Dionysij vetere interprete. Ostrea Britannica nouit Plinius. laudat ille, qui dixit, *Rutupinóue edita fundo, Ostrea callebat primo deprehendere morsu.* Canes celebrat Gratius poẽta: quos hinc exportari naturali ad venationem præstantes facultate. describit Strabo. quod & Nemesianum minimè fugit, cùm inquit, *Dulcia Britannia mittit Veloces, nostrique Orbis venatibus aptos.* Miratam hos aliquando Romam, memoriæ tradidit Symmachus ad Flauianum frattem. & his præliari solitos Galos, Strabo. Horum genus quoddam minutum, quos Agassæos vocant, descriptum lego apud Oppianũ de Venatione. An vinum (nã oleam vitemque ferre negat Tacitus) olim tulerit, non affirmo. habeo tamen ex Vopisco, Aurelianum Imp. Britannis permisisse, vt vites haberent, vinumque conficerẽt. Et Panegyricus Constantino Magno dictus, attribuit segetum tantam fœcunditatem, vt muneribus vtriusque sufficiat, & Ceteris & Liberi. Plinius tradit Sotacum credidisse electrum hic ex arboribus effluere, quas electridas vocant, veterum figmentum: vt & hoc fortè, quod Clemens 6. Stromatum, his Heruetii verbis: Dicunt hi, qui conscripserunt historiam, in *Britannia* (βρεταυικὴν est in Græco) esse quaudam speluncam monti subiectam, in fastigio autem hiatum: cùm autem ventus incidit in speluncam, & in fossæ sinu alliditur, audiri sonum cymbalorum, quæ numerosè pulsantur. Item quod Solinus ait, de ara in Caledoniæ recessu, qui Græcis litteris manifestat Vlyssem ibi appulisse voto. An quoque hæc insula aliquando continenti iuncta fuerit, vt Seruio persuasum, aliis credere relinquam. Nunc ad eius incolas.

INFINITAM incolarum multitudinem tradunt in ea Cæsar & Diodorus. At vnde venerint, aut qui mortales eam initio colnerint, indigenæ an aduecti, parum compertum tradit Tacitus. Pars interior incolitur ab iis quos natos in insula dicunt: maritima autem pars ab iis qui ex Belgio transierant: qui omnes ferè iis nominibus ciuitatũ appellantur, quibus orti ex ciuitatibus eò peruenerunt, sic referente Cæsare. (Hãc sententiam confirmant Belgæ & Atrebates, à Ptolemæo in eadem positæ.) Tacitus asserit Caledonios tutulis comis, & magnis artubus Germanicam originem asseuerare. Colorati vultus, tortique crines, & positi cõtra Hispaniam, Iberos veteres hic traiecisse, easque sedes occupasse, fidem facere. Gallos vicinum solum occupasse, credibile esse, ex eorũ sacris, superstitionum persuasione, & sermone haud multum diuerso. Zosimus 1. Historiar. tradit Probum Imp. omnes Burgundos Vandalosque quos viuos in potestatem redigere poterat, in hanc insulam misisse, vt sedem ibidem caperent. Saxones, aliosque populos, qui postea in hanc irrupere, volens omitto: quia hi mediæ ætatis & recentioris. nobis tantùm vetusta tangere animus. Generatim huius habitatores inculti omnes: atque vt longiùs à continenti absint, ita aliarũ opum ignari magis. Gallis ferociores esse ex Tacito hausimus: & proceritate coidẽ superare, ex Strabone. Hospitibus feros, facit Horatius. Saxua Britannia cecinit Claudianus. Saxos dicit Claudianus, in Panegyrico de Consulatu Honorij. Virides Ouidius 2. Amorum. Aequoreos idem 15. Metamorph. Capilli sunt promissi, atque omni parte corporis rasa, præter caput & labrum superius. Idem eos ingenio partim similes esse, partim simpliciores, & magis barbaros: vt qui caseos nullos conficiunt, cùm tamen lacte abundent. Alij hortos colendi. & aliarum partium agriculturæ ignari sunt. Moribus simplices sunt. (audi Diodorum) integrique, longè à nostrorum hominum astutia versutiaque remoti. Cibo simplici viliique vitam ducunt, & à diuitiis alieni. Atque vt Mela de his, tantùm pecore & finibus diuites. Nam leporem, gallinam, & anserem gustare fas non putant:

Incognitæ positionis loca, Amboglanna, Andates, Badiza, Samnium.
OCCIDENTALIS OCEANVS.
VERGINIVM MARE.
MARE HIBERNICVM.
OCEANVS BRITANNICVS.
Meridies.
HIBERNIA, Quæ doro: et Ivernis SACRA
VTERNI.
VELABORI.
GANGANI.
AVTERI.
VENICNII.
IRIS Dio:
HERDINI.
Avieno.
RHOBOGDII
VOLVNTII.
BLANI.
DARNI.
LVCENI.
VODIAE
MANAPII.
CAVCI.
BRIGANTES.
CORIONDI.
Silurum insulæ, Solino Sigdeles fortè Antonini. Silinas a Subritio vocari crediderim.
Antivestrum prom. quod et Bolerum.
DAMNONII Ptol. OSTIDAMNII forte Strabonis.
DVROTRIGES.
Britannia Prima.
BELGAE.
REGNI.
SEGONTIACI.
ET SVBIBROCI.
Saxonicum litus.
CANTII.
MORINI.
Fretum Oceani, Tacitus, Gallicum, Solinus, Morinorum, Grates.
DEMETAE.
ORDOVICES.
Britannia Secunda.
SILVRES.
CANGI.
GENVNII.
CORNAVII.
DOBVNI.
ATREBATII.
ANCALITES.
TRINOBANTES.
CATYEVCHLANI, ET CASSII.
SIMENI Ptol. ICENI Tacito, et CENIMAGNI Cæsari.
Britannia Flauia Cæsariensis.
BRITANNIA MAIOR, QVAE nia Maxima Cæsariensis.
CORITAVI.
PARISII.
MAEATAE.
BRIGANTES.
NOVANTAE
OCEA

BRI=
NNICA=
M INSV=
ARVM
YPVS.
CALEDONIVS OCEA=
NVS, Val. Flacco; DEVCALE=
DONIVS Ptolemæo.
Ex conatibus
Geographicis Abrah.
Ortelij.
Cum privileg. decen.
1595.
EBVDAE sive HEBVDES Insulæ,
quas Beda MEVANIAS, et Aethicus
BETORICAS vocat.
Ebuda Orientalior.
HYPERBOREVS
OCEANVS.
CREO=
NES.
VACOMAGI.
CARNO=
NACAE.
CARENI.
CORNA
BII.
BRITAN=
NOR,
NIA MI=
QVAE IN=
DECAN=
TAE.
MERTAE.
CALEDO=
NII.
RIOR,
EA=
PI CTI.
SCO=
TIA,
ET
VA=
LEN=
DEM
LOGI.
GADENI.
VENI=
CONTES.
TIA.
TEXALI.
ORCADES Insulæ, triginta plus
minus numero.
Septentrio.
ERMANI=
CVS.
MBRI=
CVS,
NATALIBVS
INGENIO ET DOCTRINA
ILLVSTRI REVERENDOQVE
DOMINO D. GEORGIO AB AVS=
TRIA, PRAEPOSITO HARLEBE=
CENSI, AC SERENISS. PRINCIPI
CARDINALI ARCHIDVCI A
CVBICVLIS,
Abrah. Ortelius R. M. Geog.
L. M. dedicab.

putant: voluptatisque tamen caussa alunt, teste Cæsare. Anserum tamen genus quod chenerotes vocant, hic in deliciis esse, atque adeò, vt lautiores non norint epulari, restis est Plinius. Lacte & Carne eos viuere, eodem. Frumenta cum aristis sub tectis reponùt: inde quotidianis in diem fit vsus, terentes. Frugalitatem horum, maiorumque tolerantiam, ex Dionis Nerone disce. Potum ex hordeo eos facere, quem curmi vocant, ait Dioscorides. Zonaras scribit hos edulij quoddam genus parare, de quo si fabæ magnitudine aliquid gustaueris, neque esurire, neque sitire. Fides sit penes auctorem. De iisdem hæc Herodianus: Vestis vsum ignorant, sed & cerniceum ferto incingunt: ornamentum id esse, ac diuitiarum argumentum, existimantes; perinde vt aurum cæteri barbari. Cæsar eos pellibus vestiri docet. Vxores habent deni, duodenique inter se communes, & maximè fratres cum fratribus, & parentes cum liberis. sed, si qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, à quibus virgines quæque ductæ sunt. hic Cæsar. Plurimos tantùm vnam vxorem habere annotauit Eusebius 6. Præp. quod illi attestatur D. Clemens, Recognitionum 9. Centenos & vicenos viuere annos, Plutarchus inhit. Vruntur nunio æreo; aut annulis ferreis ad certum pondus examinatis, pro nummo. Plinio auctore, annulis quoque vtuntur digito medio. Crebertima eos habere ædificia, apud Cæsarem lego. sed, vt Strabo dicit, ex calamis, aut vt plerumque ex lignis compacta. Vrbium loco ipsis sunt nemora. Opidum enim vocant, cùm siluas impeditas vallo aut fossa munierint, quò incursionis hostium vitandæ caussa, conuenire consueuerunt. Cæsar. Ibique, vt habet Strabo, ipsi sibi casas ponunt, & pecori stabula condunt, ad vsum quidè non longi téporis. Bellicosissima gentè & auidissimà cædis, vocat Herodianus. Dimicant non equitatu modò, aut pedite, verùm & bigis & curribus, Gallicè armati. Cotinos vocat, quorũ falcatis axibus vtuntur. Mela. Esseduorũ vtũtur multitudine. Cæsar, Strabo, & Diodorus. Præfatur ingentibus gladiis. Tacitus. Hi gladij, teste Herodiano, nudis corporibus dependent: tantùm scuto angusto cõtenti. Detibus beluarum mari nantũ infigunt ensium capulos. Pomponius. Loricæ aut galeæ penitus ignorant vsum: impedimentũ id esse transgredientibus paludibus arbitrantes. Per eas enim paludes natant, excursantéque, ad ilia vsque demersi: ac pierumque corporis parte nudi: cœnum contemnunt. Galeis tamen, thoracibus, & ocreis munitiores, postea, ex Bunduicæ oratione, apud Dionem legimus. In congressu cum hostibus, magnos clamores edunt, & cantus minaces, vt dicem docet. Caussas autem bellorum ex libidine contrahunt: ac se frequenter inuicem infestant: maxime imperitandi cupidine, studioque ea prolatandi quæ possident. Tacitus prodit hos quoque feminarum ductu bellare, eius testem Boudiceam vna cum filiabus facit, Annal. 14. & Dion in Nerone. apud quem Bunduica vocatur. sed & Voadica scriptum reperio, in vita Agricolæ, apud Tacitum. Corpora inficiunt vltrò: (pro vltrò, scio virum doctum *mitro* legere) incertum ob decorem, vt habent Mela & Iornandes: aut vt horribiliori in pugna sint aspectu, vt ait Cæsar: qui luteo, quod efficit cerulcum colorem, hoc efficere addit. Pro luteo alij glasto legunt; quibus Plinius quodammodo suffragari videtur, nisi quod hic illud de feminis tantùm; cùm scribat, glasto quod plãtagini simile, Britannorum coniuges nuruique toto corpore oblitas, quibusdam in sacris nudas incedere, Æthiopum colorem imitantes. (sed verisimilè lectionem apud Cæsarem, quæ glasto, pro luteo legebat, quare non retineam, non video: cùm ex fragmento Britanniæ descriptionis Lhuydi amici nostri disco, apud Britannos Occidentales, veteri Britannica lingua, qua hactenus vtuntur, voce Glas, significare cæruleum colorem, & eadem quoque herbam Italim, Plantagini similem) Viros autem non colore tantùm corpora inficere, sed ea notare varia pictura, & omnifariam formis animalium, eosque cò nudos incedere, ne videlicet hanc picturam adoperiant, apud Herodianum lego. Idem audi ex Solino, Regionem partim tenẽt barbari, quibus per artifices plagarum figuras iam inde à pueris variæ animalium effigies incorpo antur, inscriptisque visceribus, hominis incremento pigmenti natę crescunt: nec quicquam magis patientiæ loco nationes feræ ducunt, quàm vt per memores cicatrices plurimùm fuci artus bibant. Inter Deas, quod ex Dione habeo, Andatem coluere, sic enim victoriam appellant; cui templum & lucus facer erat, in quo sacrificabant, eandemque colebant studiosissimè. Aliam præterea Adrasten nomine: quæ an eadem cum veterum Græcorum Romanorumque Adrastia (quam hi Nemesin putabant) aliis discutiendum relinquo. Druides apud hos olim fuisse, Cæsar auctor est, qui dicit, horum disciplinã hic repertam, & inde in Galliam translatam. Eosdem in Mona insula ad Vespasiani tempora perduraſſe, ex Taciti Annal. 14. patet. Ex quo immortalitatem animæ (quæ Druidum sententia) huic genti persuasam, quoque verisimile. Sed de Druidibus plura in veteri nostra, Cæsaris Gallia. Magiam celebrare Britanniam attonitè, tantis ceremoniis, vt dedisse Persis videri possit, auctorem habeo Plinium. Testis eadem Bunduica, quæ finita in exercitu oratione, leporem è gremio dimisit, omnis capiendi caussa: qui postquam processisset, vniuersa multitudo lætantibus animis conclamabat. Cruore captiuo adolere aras, & hominum fibris consulere Deos, fas habebant. Tacitus. Hæc de Albione, nunc de Hibernia.

H I B E R N I A.

HANC prisci scriptores inconstanti admodum scriptura HIBERNIAM, IVVERNAM, & IERNAM nominant, VERNIAM Eustathius in Dionysium. Sed ferè à Diodoro vocatur: SACRA ab Asieno, in Ora maritima, & addit ab Hiemis coli. Nomine BRITANNIÆ Occidentalis eam celebrat Isacius, in Lycophronem. SCOTIAM apud mediæ ætatis scriptores nominatam obseruaui, & à Scotis gentibus coli, scribit P. Orosius. OGYGIA videtur eadem appellari à Plutarcho, in libello de facie in Orbe Lunæ. Huius insulæ solum cæluméque, auctore Tacito, haud multùm à Britanniæ differt. Illic nullus anguis, aut rarò, apes in ea nusquam, & aduectum inde pulueremsseu lapillos, si quis sparserit inter aluearia, examina fauos deserunt. auctor Solinus. Pomponius de ea hæc: Solo est ad maturanda semina iniquis: verum adeò luxuriosa herbis, non lævis modò, sed etiam dulcibus, vt se exigua parte diei pecora implerint, & nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta diffluant. Idem, sed pauciorbus, dictus Solinus. Sed inhumanam vocat idem, ritu incolarum asperio. Et Pomponius eius cultores incendiorum, & omnium virtutum ignaros magis quàm alias gentes, dicit: aliquatenus tamen gnaros. pietatis admodum expertes. Britannis magis agrestes sunt, Straboni. Inhospita & bellicosa gens. Solinus. Plurimum cibi vorans. Strabo. Humanis carnibus vesci, tradidit Diodorus: & quoque Solinus, Sanguine (inquit) interemptorum hausto priùs, victores vultus suos oblinunt. Imo pro honesto ducunt, teste Strabone, parentum mortuorum corpora comedere, ac palàm cõcumbere, non cum alis modò mulieribus, sed etiam cum matribus & sororibus. Adeò vt fas ac nefas eodem ducant, vt hoc de iis Polybistor. & hæc quæ sequuntur: Puerpera si quando matrem edidit, primos cibos gladio imponit mariti, iuóque os paruuli summo mucrone auspicium alimentorum leuiter infert; & gentilibus votis optat, non aliter quàm in bello & inter arma mortem oppetat. Qui student cultui, dentibus nantium mari belluarum infigniunt ensium capulos: candicant enim ad eburneam claritatem, nam præcipua viris gloria est in armorum nitela. In hac insula Galbam imperium arripuisse, auctor est Chronicon Eusebij: sed Hiberia legendum. in Hispania enim hoc factum ex Suetonio clarum. Atque hæc de his duabus, quæ propriæ Britanniæ dicuntur. nunc aggrediamur eas quas circum has positas nouimus.

O R C A D E S, Æ B V D Æ &c.

ORCADES cum Ptolemæo & Pomponio dicam triginta numero esse: quamuis Plinius & Martianus quadraginta, & Iornandes triginta quatuor faciat. Isidorus non sine errore octoginta tres. & tres (triginta fortè legendum) tantum Solinus. Harum quædam desertæ, & quasdã cultas, plerique referunt. Omnes mediocris spatiis inter se disceretas, perhibent Plinius & Mela. Vacant homine, si quis credat Solino, nec habent siluas, tantùm iunceis herbis inhorrescunt, cæteta eatum undæ arenæ & rupes tenent. Pomonam idem vnam harum (vt dicit quidem existimant) vocat. Dumnam & Ocetim ex his nomiuare videtur Ptolemæus. Claudium Imp. has Romano Imperio adiecisse, Europius & Orosus tradunt. Inuentas domitaſque ab Agricola, scriptum reliquit Tacitus.

ÆBVDAS quas vocat Stephanus, ex Marciani periplo: HEBVDES Solinus. vterque cum Ptolemæo quinque numerant. Plinio HAEBVDES sunt, sed triginta. falsò videtur. Primatiæ huius duæ apud Ptolemæum propriè Ebudæ vocantur: reliquæ Epidium, Maleos & Ricina. quæ Ricnea Plinij ent. De his audi hæc, ex Solino: Harum incolæ nescunt fruges, piscibus tantùm & lacte viuunt. Rex vnus est vniuersis: nam quotquot sunt, omnes angusta interluuie diuiduntur. Rex nihil suum habet, omnia vniuersorum, ad æquitatem certis legibus stringitur: ac ne auaritia diuertat à vero, discit paupertate iustitiam, vtpote cui nihil rei sit familiaris, verùm alitur è publico. Nulla illi datur femina propria, sed per vicissitudines, in quamcumque commotus fuerit, vsurariam sumit. vnde ei nec votum nec spes conceditur liberorum.

SILVRES quamuis multæ videntur, singulariter tamen tantùm Silura apud veteres scriptum reperio. Audi Solinum, Siluram insulam, ab ora quam gẽs Britanna Dumnani tenent (Damnonij malim scribere) turbidum fretum distinguit: cuius homines etiam nunc custodiunt morem vetustum. nundinas ac numinũ refutãt: dant res & accipiunt: mutationibus necessaria potiùs quàm pretijs parant. Deos percolunt: sententiam futurorum pariter viri ac feminæ ostentant. Hanc eandem puto SILINAM à Sulpitio Seuero nominari. An HESPERIDES sint Dionysij Afri, quas stanno diuites facit, nec aio, nec nego. MONAM insulam describit Cæsar 5. Gallicor. medio cursu inter Britanniam & Hiberniam. Dion in Nerone, finitimam Britanniæ habet. atque adeò finitimam, vt ex continente in eam nando per vada, auxiliares milites transiuisse Agricolam, testetur Tacitus in huius vita. Idem 14. Annal. scribit fecisse Suetonium Paulinum, nempe pedites equites vado secutos, aut altiores inter vndas adnantes equis transmisisse. Duæ igitur ex his videntur esse vnius nominis insulæ, vti & hodie reuera sunt, vnius tantùm literæ differentia internoscendæ. Hæc enim Taciti, hactenus MON & illa Cæsaris MAN, vocantur. In Monaolim Druidum sedes, vbi lucos, sæuis superstitionibus sacros, à præfidio Romano excisos, narrat idem Tacitus. Meminere præter hos, Monæ, Plinius & Xiphilinus. MEMMAM videtur eam corruptè nominare Iornandes.

VICTESIS quæ Ptolemæo VECTIS Plinio appellatur, & Suetonio in Vespasiano. VECTAM nominat Panegyricus Maximiano dictus, & Eutropius, qui eam ab hoc Imperatore, Romano Imperio adiectam tradit. ICTAM vocant Diodorus, qui tradit ex continente stannum solitum in hanc insulam curribus deferri. proprium enim quiddam, inquit, accidere insulis quæ inter Britanniam & Europam interiacent: pleno enim mari, sunt insulæ: refluente vero, cùm interfectus locus aquis deficitur, continens videtur. Fides sit penes auctorem.

THANATOS etiam Solino cognita insula, quem de hac audi: Alluitur Freto Gallico: à Britanniæ continente æstuario tenui separata: frumentariis campis felix, & gleba vberi: nec tantùm sibi soli, verùm & aliis salubris locis. nam cum ipsa nulla serpatur angue, asportata inde terra, quoquó gentium inuecta sit, angues necat.

TOLIAPIS & COVNOS præterea memorantur, inxta Trenobantes, à Ptolemæo; de quibus in nostro Thesauro. Est & HEDROS & LIMNOS Ptolemæo, hæc SILIMNVS Plinij: & illa ANDROS fortè eiusdem. Atque hæc de insulis, in hac tabula delineatis. Est autem apud classicos auctores quarundam aliarum quoque memoria, & Plutarchus ex Demetrio, tradit multas insulas Britanniæ vicinas esse, easque desertas & diffectas; quarum dicatas quasdam dæmonibus, & heroibus scribit. Inter quas vnam esse ait, in qua dicunt in vinculis asseruari Saturnum à Briareo sopitum. pro vinculo autem ei somnum structum: & apud eum multos dæmones esse tamulos & ministros. An hæc, quam Auienus Pelagiam vocat, & Saturno sacram dicit, non habeo quod adferere aut inficiati queam. At de his ipsis vide quædam lecti haud iniucunda, (etsi fabulosa) apud ipsum Plutarchum de Oraculorum defectu. Habet quædam huius generis quoque Isacius, in Lycophronem. Artemidotus apud Strabonem perhibet insulam esse Britanniæ propinquam, in qua Cereri & Proserpinæ sacrificatur, eodem ritu quo in Samothracia. Apollonius in Historia mirabilium tradit ex Scytino Chio, Britannicam quandam insulam (non autem ipsam Britanniam, vt intelligit Camdenus.) ambitum habere CCCC. stadiorum, in qua fructus sine nucleis nascituram neque in olina nucleum, neque in vua acinum reperiri. idque fieri in aliis etiam id genus frugibus. Sed fabulæ hoc similius quàm historiæ. Nesiades quoque insulas Britannicas nominat Dionysius Afer, Amnitarum domicilium. has autem citiùs Gallicas quàm Britannicas iudicauerim, idque ex Strabone. Hactenus de insulis Britannicis, ex veteribus. Si quis autem de iisdem vberiùs quid cognoscere desideat, auctorem locupletem Guilielmum Camdenum, amicum nostrum adeat, qui non tantùm harum veterem formam, ritum, mores, loca, & vrbes; sed & mediæ ætatis, atque nostri sæculi, adeò doctè & diligenter descripsit, vt non calamo, sed penicillo ob oculos posuisse videatur.

HISPANIA.

Æc est bellatrix illa, vitis armisque nobilis (vt Flori verbis vtar) Hispania; prima versus Occidentem Europæ continentis regio: quam pelago vndique incinctam, nisi qua tangit Gallias, vbi ea ab hac Pyrenæis montibus tamquam naturali munimine disiungitur, adspicis. Hanc primum Iberiam vocitatam, ab Ibero nempe flumine, aut vt alij, à rege, sunt qui credunt. Aulenus ab Iberia ciuitate (cuius & Liuius meminit) Bericæ, ad Hiberum flumen, aliud ab illo Tarraconensi. Ego & regionem & flumen ab Iberia, Asiatica regione, (vnde nempe horum origo) & Ibero huius amne, nomen sortitam, facillis credideris. Hesperiam quoque dictam, ab Hesperto rege, præter Virgilium, insimæ classis, Honorium & Pseudoberosum, auctores habeo. Sed à Vespero stella, siue Occasu (cum sit vltima versus Occidentem cogniti ab antiquis Orbis regio) potius sic nominatam, ipsa facile euicerit veritas. Ita Hesperiam vltimam eam cognominat Horatius; ad differentiam altertius, Italiæ nempe, quæ apud Virgilium Magna cognominatur. Vt Græci enim hanc Hesperiam vocant, ratione situs, quo illis versus plagam Occiduam siue Vesperalem est, ita Itali illam eadem de causa eodem vocamine insignierere. Tandem autem ab omnibus vrriusque linguæ scriptoribus sub Hispaniæ nomine, idque ab Hispano, nisi fallat Trogus, celebrata fuit. An Pannonia Παννονία aliquando dicta fuerit, vt Stephanus τῆς ἠπείρου τῆς Ἑσπερίας tradidit, ignoto. Panian autem olim appellatam, ex Plinij 3. cap. 1. videtur: cùm inquit Lusam nomen dedisse Hispaniæ Lusitanæ; Para autem eius præfectum, vniuersæ. Huic videtur adstipulati apud Plutarchum Sosthenes lib. 3. terum Ibericarum: qui scribit regionē Panian à Pane dictā; sed iuniores Spaniam postea dixisse. Spanian vocat D. Hieronymus ad Esaiam 64. & Spanian (pro Spania forte) à Chaldæis appellati, scripsit vir omni laude superior B. Arias Montanus, cōmentariis in Abdiam. Et sunt qui Σπανία legunt apud D. Paullum ad Romanos. Pro *Hispania*, vt in vulgatis apud Trogum, *Spania*, legi in membranis: item in optimis Q. Curtij exemplaribus, annotauit vir doctissimus Bongatsius. Sic quoque semper scribi solere ante annos septingentos, antehac mihi fide dignissimus Ambr. Moralis, antiquitatum Hispanicarum diligens perseruator, in Notis ad Eulogium, non vno in loco. Tagum, Spaniæ fluuium facit Glossarius vetus in Iuuenalem. Σπανοῦ pro Hibeia, & Σπανοῦς pro Hispania est in veteri Lexico Græco latino, ab H. Stephano edito. Galenus 6. Simplicium cap. 4. scribit oleum quod ex Iberia (Hispania) portatur, Spanum. I. Hispanum appellari. Spania Iego in libellulo Prouinciarum M. S. quo loco Hispania legit Sesuthouius qui illum primus edidit. Confirmant hanc scripturam hactenus huius regionis incolæ, qui aut *España* (siue Spania) nominant. Espania enim & Spania, scriptioiste tantum differunt. Solent enim Hispani verbis Latinis ab S. ijcteta inchoantibus E. præponere, & sua facere. exempla huius pete ex nostro Thesauro, in voce *Iberia*. Sed & Celtiberia aliquando vocata fuit, testis Appianus, & alij. Hinc incolas Celtiberos & Celtoscythas antiquitus, quoque Igletas dictos, apud Strabonem leginus. Sepharad ab Hebræis nominati, docet dictus Montanus, & cum eo Pollellus. Sed satis de nomine, eam ipsam nunc aggrediamur. Dionysius & Strabo huic regioni formam enrsij bubuli tribuunt. Quadratam dicit Trogus: Trigonam Æthicus, auctor mihi minimæ fidei. Speciosa cognominatur, in constitutione Imp. F. Constantini, quam Scaliger ad Ausonium edidit. In Maiorem & Minorem diuidit Stephanus. Inferioris meminit vetus inscriptio. Erudita antiquitas eam in Citeriorem & Vlteriorem, siue Exteriorem distinxit. Sequuta ætas in tres, & aliis nominibus. Citeriorem enim Tarraconensem; Vlteriori partem quæ ad Occidentem, Lusitaniam; quæ ad Meridiem, Baetican vocauit. Postea sub Impp. Romanis in sex prouincias diuisa fuit; quarum nomina apud Sex. Rufum; Tarraconensis, Carthaginensis, Lysitania, Gallicia, Baetica, & Transsretana, quam & Tingitanam cognominant. Hanc vltimam autem extra veram Hispaniam esse, ostendit tabula. in Africa nempe, trans Fretum. His porrò septimam adiicit lib. Notitiar. Insularem, siue Balearium. Tota hæc Hispania in quatuordecim Conuentus iuridicos à Romanis diuisa fuit. In Lusitania enim habet Plinius tres, Emeritensem, Pacensem, & Scalabitanum. in iisque xlv. opida. In Citeriore, siue Tarraconensi septem, Cartbaguiensem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, & Bracarum. inque iis cccxiii. opida. In Bætica quatuor illi sunt Conuentus, Gaditanus nempe, Cordubensis, Astigitanus, & Hispalensis; & in iisdem, opida clxxv. Sunt in vniuersum quingenta & quatuordecim opida. Et quamuis Strabo illi quodammodo plura tribuere videatur; eos tamen mentiri putat, qui pluta quàm clo. in ea fuisse pethibent; atque magnos pagos eos opidorum loco enumeratse: dicitque regionem non esse multarum vrbium capacem, ob soli ariditatem, vel feritatem hominum, si oram Mediterranei maris demas. Hispanos enim plerosque agrestes esse, & vicos habitare. Habitari autem vbique, ex Pompōnio quis intelligere poterit: qui cā abundantem viris dicit. & Cicero in quadam Oratione scribit, Romanos, hos non vicisse numero, sed religione & sapientia: Qui primùm hanc terram inhabitanere, fuisse Iberos, Phœnices, Persas, Celtas, & Pœnos, tradit ex Varrone Plinius. sic quoque Appianus. Addo Romanos, fugatis inde Pœnis, siue Carthaginensibus. Sed de incolatum genio, ritu, vtuendique more, pauca ex variorum classicorum monumentis delibare, & his attexere, quia non iniucundum legentibus fore cōfido, non inutile puraui. Flauam proceritatem his adscribit Calpurnius Flaccus. Ex cæli quibus subiunt dispositione dicit hos Iulius Firmicus, elatæ iactantiæ animositate præpositos; at addit hoc vtrium iactantiæ à plurbus deseri. Omnem in vniuersum gentem ferocissimam, iugique impatientem, dicit Florus: magnanimā Dinnysius Afer, trucem Martialis, superbam Oppianus, audacem Tibullus: astutam Vopiscus: feram & bellicosam, atque velocem corpore: inquieta, aniadique in nouas res, & seris propiora quàm hominibus ingenia, Tiogus & Liuius: viribus corporis Romanis præstare, Vegetius. Impacaros Iberos nominat Virgilius in Georgicis, quia abactores sunt, vt interpretatur Seruius, aut quia in latrociniis præponderant, vt interpretatur Iunius Philargyrus. Corpnia ad inediam laboremque, animi ad mortem parati sunt, testibus Val. Maximo, & Trogo. vnde Silius Italicus:

Prodiga gens animi, & properare facillima mortem,
Impatiens aui, sternit nōuisse senectam,
Namque vbi transiit endit florentes vitiuio annos,
Et fati modus in dextra est, &c.

Regibus se deuouere, & post eos vitam refusare, scribit ex Sallustio Seruius ad 4. Georg. Aduersus hostes crudeles sunt; aduenis humani & hospitales. Aduenientes enim exteros benignē hospitio excipunt: adeò vt æmulatione quadam inuicem prn honore illorum certent. Diodorus. Murdiciet amantes, eos facit Ptolemæus 3. Quadrip. etiam Diodorus, sed qui vna in re hos spurcitici accusat, quòd nempe totum corpus vrina lauent, dēteséque fricent, hanc optimam corporis curam existimantes: hanc que vrinam ad hoc in cisternis ad vetustatem conseruari, scribit idem. Sed hoc solùm Cantabris & horum vicinis adscribit Strabo: Celtiberis Catullus. De dentibus meminit quoque Apuleius, Apologia pro se, prima. Affluenter variis carnibus nutriri, potum ex melle conficere, & vinum emtum bibere, apud Diodorum legimus: sed hæc fortè circa oram Mediterranei maris, nam potu ex frumento soluto eos vti scribit Florus, & Plinius, (eumque ezliam & cæriam vocat) & ex tritico, vt Dioscorides, cumque eurmi nominat. Zythum Lusitanos bibere, vini enim parum habere, tradit Strabo. parumque illud quod habent, ftatim in conuiuia cum cognatis insumunt. Horum potum ex fruge madida factum, vetustatem ferre, annotauit idem Plinius 14. cap. 22. Hæc de causa forte Hispanos inter eas gentes numerat Athenæus, quæ inebriati soleant. Idem quoque de Celtiberis scribit Platn. Parum autem vini apud eos fuisse Strabonis tempore, ex eo verisimile est, quòd Vopiscus scribat Probum Imp. Hispanis primùm permisisse vt vites haberent, vinumque conficerent. Duram omnibus & adstrictam parsimoniam eis tribuit Trogus. & quamuis dirissimi, vt habet Athenæus, aquam bibunt, soli cibum capiunt, vt sumptuosè incedant. Neque in festos dies vllus epularum apparatus: teste Trogn. Erucæ filuestris semine eos loco sinapi vti, scribit Dioscorides. Plinius scribit eos suo æuo glandem in secūdis mensis habuisse. sed ex barum farina etiam panem conficiebant. Strabo. Hunc autem leuiorem esse ceteris ait Plinius: quòd eum fermento condiant. Humi eos decumbere, eundem testem Plinium habeo. Breui vtuntur veste ac nigra. Diodorus. Striges nominat Hispanorum vestium genus, Isidorus Originum 19. cap. 23. Bellum quàm otium mafunt, cùm extraneus deest, domi hostem quærunt, si Trogum audias. In bello non equites modò, sed & pedites robnre, maiorumque toleranda cæteris excellēntires habent. Prælia aggrediuntur carminibus, teste eodem, & Silio, vbi inquit, *Ritu iam moris Iberi Carmina pulsata fundentem barbara cetra.* Et duobus gladiis fulti, cùm equestri certamine superiores euaferint, ex equis desiliunt, pedite sque pugna adiuuant, quod idem Suidas de Celtiberis. Gladij hi, vt ex Liuio & Polybio constat, breuitate agiles erant, ad propiorem pugnam habiles, & cum mucronibus, ita vt punctim, non cæsim ferirent. Suidas tamen Celtiberorum gladiorū præstantiam eò prædicat, quòd pugnant aertiter, & ictum vtraque manu potenter ferant. Gæsis quoque vsos fuisse, docet Athenæus, cùm tradat Romanos iis dimicare, & ex Hispanis didicisse. Hos verò eas ab Afris habuisse, ex Polluce verisimile fit, qui vocat gæsam Libycam, hastamque dicit ferream. Galeas ferunt æreas. Eturibus oereas ex pilis factas adujolunt. Diodorus. Leui armatura, pelta, iaculo, funda, eos vti, Strabo auctor. Linteis purpura prætextis, & candidissimis tunicis induti præliabantur, vt tradit Polybius. Et quamuis tragicis stolis & variis amicti tunicis, etiam ad pedes demissis vestiti, in publicum prodibant, teste Athenæo, nihilo tamen ad bella gerenda ideo erant ignauiores, ac minùs fortes. Hæc eorum armatura, & vestitus militaris. Ex Aristotelis 7. Politicot. non omittendū duco, quòd tot columellæ circa defunctorum sepulcra statui solent, quot quisque hostes occiderit. Neque hoc Silij 13. *Tellure (vt perhibent) is mos antiquius, Iberia Examina obscænus consumit corpora vultur.* Aelianus hoc peculiariter de Barcæis scribit, atque tantummodo de iis qui in bello perierunt: qui autem ex morbo, igne cremari dicit. Prochiue eis esse transnare flumina, ait Cæsar, eorumque omnium consuetudinem esse, vt sine vtribus ad exercitum non eant. In Sallustianis fragmentis legō his morem fuisse, vt in bella euntibus iuuenibus parentum facta memorentur à matribus. Plurimis militates equos & arma, sanguine ipsotum catiora esse, tradidit Trogus. Solent etiam roxicum sine vllo dolore necans, sibt parare, ex herba quadam apto simili, vt illud ad quæuis fortunæ incerta in prnmtu haberent, auctore Strabone. Florus dicit eos venenum ex taxis arboribus ad hoc exprimere. Huius etiam apud Plinium mentio est, sed ex baceis taxi. Atque hæc de gente in genere, nunc speciatim de nonnullis. Lusitani fortissimi, fed latrocinijs infames, agrosque minimè colunt, suntque infidiandi, indagandique periti; celeres, leues, & versatiles. (Zytho eos vti diximus.) Butyrum eis olei vsum suppler. Vasis vtuntur cereis. Cnteaceis vsi sunt nauigijs, vsque ad Brutum. Magnas autem onerarias naues habuisse postea, ex Strabone liquet, quarumque numcrum cum Africanorum æquare minimè veretur. Fidem huic facit quoque Sidonius, in Panegyrico Maiorino. Apud hos carbasa quoque primùm reperta, annotauit Plinius. Talis horum vita. Eodemque modo etiam viuunt Callaici, Astures & Cantabri; vsque ad Vascones & Pyrenæos montes, quod docent Varro de Re Rustica, Dion, Iosephus, & Strabo, apud quem & Diodorum de his plura. Indigetes asperos dicit Sex. Aulenus, & *Gens sta dura, gens fera venatibus, Lusitaniq; inhaerens.* De Cantabris audi Silium Italicum, libro tertio

Cantaber ante omnes hyemisq;, estiq; iue, famisque
Imbelles iamdudum annos præuertere saxo:
Inuictus, palmamq; ex omni ferre labore.
Nec vitam sine Marte pati, quippe omnis in armis
Mirus amor populo, cùm pigra incanuit ætas
Lucis caussa sita, & damnatum viuere paci.

Celtiberos vocat Strabo togatos, & dicit eos quondā omnium maximè feros inhumanosque habitos, sed esse gentem populosam & pecuniosam. Silius, bellacem:

Hi: pugna cecidisse decus, corpusq; cremari.

Idem Strabo iudicat Turdetanos omnium doctissimos: quòd vtantur grammatica, & antiquitatis habeāt cōscripta monumenta, ac poematibus & metris inclusas leges. Carpetanos, Vaccæos, Lacetanos, & Callaicos, nobiles gentes idem vocat. Sed de his vltimis non possum non denuo Silium adducere, vbi ait: -----*missit diues Gallecia pubem*

Barbara nunc patrijs vlulantem carmina linguis,
Cetera feminæ peragit labor: addere sulco
Nunc pedu alterno percussa verbere terra
Semina, & impresso tellurem vertere aratro.
Ad numerum resonas gaudentem plaudere cetras.
Segne viris quidquid duro sine Marte gerendum est,
Hæc requies, ludusq; viris, ea sacra voluptas.
Callaici coniux obit irrequieta mariti.

Et quia ad feminas peruenū, Trogum idem cōfestari audiamus: Feminæ, inquit, tes domesticas, agrorumque cultuam admiuistrant, viri armis & tapitis inseruiunt. Idem apud Strabonem, qui addit eas cùm peperetint, suos viros decumbere iubere, iisq; ministrare. Interique operandum ipsæ sæpenumero insantes lauant & inuolutit, ad alucum alicuius fluminis acclinantes. Viris quotannis telas suas publicè proponunt; & quæ vtorum suffragio plutimū elabotasse visa fuerit, illi maximum honorem deferri annotauit ex Nicolao quodam Strobęus cap. de Temperantia. Apud Cātabros vir mulieri dotem adfert; & filiæ hæredes institiuuntur; & ab his frattes in matrimonio elocantur. Harum vestitus & ornatus apud eundem, legere est ex Artemidoro. Structuras huius regionis, materia, virgultus, stramentis, arundinibus, & fronde constitisse, ex Vitruuio intelligimus. Patietes habent quos appellant formaceos, quoniam in forma circumdati, vtrimq; duabus tabulis infarciuntur versus quam instruuntur, Plinius 35. cap. 14. De religione prisorum Hispanorū pauca apud auctores reperio. atque hæc tantùm apud dictum Strabonem: Lusitanos nempe Matti caprum immolare, præterea captiuos & equos. conicere, & futura prædicere ex captiuorū exris. quin & titu Græcorū hecatombas instituere. item gymnica certamina. Auspicitæ minimè imperitos fuisse ex Lampridij de Alex. Seuero dictu, discimus, quod hic nēpe eos in hac arte vicisse scribat: Accitanos Martem (quē Neeyn vocant) colere, apud Macrobium inuenio. Callaicos nihil de Dītis sentire quidā aiunt. Celtiberos autem & eorum vicinos circa Septentrionem, innominatum quendam Deum noctu in plenilunio, ante portam cum rotis familiis choreas ducendo, toramque noctem festam agendo, venerari. Ex Plinio tamen constat antiquitus Saguntbinos deluisse Diianam, ibidem à Zacynthijs aduectam, annis ducentis ante excidium Troiæ. Hæc de gente. Sed vt apertius aliquanto huius ingenium se prodat, historicis pauci id ostendere lubet. Vettones quio tempore primùm in Romanorum venerant potestatem, & quosdam centuriones videbant deambulandi caussa hac illac flectere, opinati eos insanire, duces se ad tabernacula eis præbuere: putabant enim aut in tabernaculo quietē sedendum, aut pugnandum esse. simplicitatis hoc. Vide Aelianum 2. Variarum, cap. 5. Bello Cantabrico matres liberos suos necarunt, ne in hostium manus peruenirēt. Puer parentes fratrisque captos omnes interfecit, fertum nactus, mandante patre. Iremque mulier quædam vna secum captor. Quidam ad ebrios vocatus, conficit

HISPANIAE VE=
TERIS DESCRIPTIO.
Ex conatibus Geographicis
Abrah. Ortelij.
CANTABRIC
OCEANVS
Septentrionalis
Frons Hispaniæ Septentrionalis
Frons Hispaniæ Occidentalis, Plin. et Mela.
Occidens
OCEANVS PLANTICVS, QVOD ET MARE HESPERIVM, VESPERTINVM OCCIDVVM, ET EXTERNVM
Astures transmontani.
Vindicus mons.
Ladicus mons.
Zoelæ.
Celtici.
Lucentes.
Astures Augustani.
Seuri.
Cæpori.
Præsamarci.
Cileni.
Bedui.
Callaici.
Amphilochi.
Bracari.
Gronij, et Grauij.
Nemetati.
Origeni.
Vettones.
Lancienses.
Ocellenses.
Turmodigi.
Pesici.
Cantabri.
Coniaci.
Mur-bogi.
HISP.
Vaccæi.
TARR:
ACO
SIS,
Carpitani.
CITE:
Oretani
LVSI:
HI:
TA
SP. EXT
Colarni.
Turduli.
BAETVRIA.
Celtici.
Turdeta.
Cunaei.
BAE:
TI:
Exitani.
Bastuli qui Poeni.
IBERICV
GADITANVM MARE
Fretum Herculeum, Gaditanum, et Columnarum.
Idem, Limen Interni maris, et Oceani ostium.
EMPORICVS
SAGVTTI
Mauri populi.
HISPANIA TRANSFRE
TINGITANA, QVAE
Privilegio Imp. Reg. et Belgico, ad decennium.
1586.
SVMMO THEOLOGO DNO D. BENEDICTO ARIAE MONTANO: VIRO LINGVARVM COGNITIONE, RERVM PERITIA, ET VITAE INTEGRITATE MAGNO: ABRAH. ORTELIVS AMICITIÆ ET OBSERVANTIÆ ERGO, DD.

HISPANIAE LOCA ALIQVOT INCOGNITAE POSITIONIS.

POPVLI, Acisfori, Acquessilici, Allotrigæ, Ammienses, Andologenses, Arenates, Axabricenses, Babienses, Bunienses, Bursaonenses, Bursavolenses, Cæsarobricenses, Coraussi, Cubilitani, Cincenses, Colarni, Cortonenses, Dannanitani, Eiloiæ, Emanici, Equæsi, Fortunales, Gesloriensi, Iadoni, Idenses, Illumberitani, Interamnenses, Ipbalenses, Itani, Karoense, Leuni, Meleses, Onenses, Oppidani, Oritæ, Persori, Palatini, Pleutauri, Rucones, Sacilornusi, Segienses, Solienses, Talori, Tiari Iulienses, Tiuin, Velienses, Vennenses, Viacienses, Vibienses, Velciani.

VRBES, Abobrica, Accabicus, Adercon, Adrobicus, Agla, Alea, Allicensis, Algesa, Andarisippo, Apetina, Apiocarium, Arialdunum, Asena, Athenas, Aetona, Axatiara, Axenum, Bacor, Bacyla, Bactyra, Belippo, Besaro, Bienduum, Brachyla, Brana, Brutobria, Cæsaris Salutiriensis, Calabria, Calucula, Carabis, Corbulo, Carro, Carruca, Castax, Castra gemina, Castra vinaria, Cedrippo, Certana, Cimbis, Cinnaqua, Cymbrium, Colenda, Colobona, Coplanum, Cotinas, Crabasia, Cysin, Danum, Dia, Dunium, Escadia, Erisane, Fabrelenses, Gemella, Grianus, Helingas, Hellenes, Hippo, Hippo Carousiarum, Ibem, Ilipa minor, Ilipula Laus, Iliurco, Iliucia, Iridica, Ipasburgi, Itucl, Iulia cognomine Concordia, Iul. Constantia, Iul. Contributa, Iul. Fidentia, Iul. Restituta, Lancia Transcudana, Lennum, Magala, Malia, Marcolica, Massia, Moron, Nerucra, Nobilia, Nuditanum, Olitingi, Olone, Onoba, Opsicella, Ofintigi, Ofigi, Ofigitania, Oxtiraca, Sacrana, Saepona, Saon, Segeda, Segestica, Serippo, Sirane, Silpia, Sicia, Soricaria, Soritia, Tabeta, Tarsenum, Transfluianus, Trifola, Turbia, Turobria, Tutia, Uelus, Ventisponte, Veryentum, Verynum, Vescella, Vescivica, Vesperies, Victoria portus, Vribicia, Uxama.

MONTES, Sacer, Yduus. FLVMINA, Chalybs, Siliceyse. FONTES, Tamarici, et quidam Antonini item Aventi.

Horum omnium situm quæsivi inperarem, absque tamen ab hac tabula vniquam putasi. Ex omni enim vetere historia vetigerm voco ad Carolo Magno usqi temporia omnium hucusi regioni locorum vocabula exprimere voluisi; Si quæ autem lectori in ea deesse videbuntur; erunt fortasse horum quorundam Synagrma. de quibus omnibus in nostro Thesauro geographico.

se in rogum.libertatis amoris notæ. Quosdam eorum captos & in crucem suffixos pœna necidisse, tradunt.mortis contemtus. Hæc ex Strabone. Sequentia ex Trogo: Celebratur bello Punico servi illius parientia,qui vltus dominum, inter tormenta risu exultauit,sestenaque lætitia crudelitatem torquentium vicit.insignis fortitudinis hoc exemplum. Sæpè tormentis pro silentio rerum cruciatarum immortui.adeò illis fortior taciturnitatis cura,quàm vitæ. Possent huiusmodi exempla plura ex auctoribus huc adduci. Sed hæc pauca de gentis genio sufficiant.& ad regionis, solique naturæ descriptionem accingamur, & primùm de eius fertilitate. Fertiliorem eam facit Trogus Africâ aut Galliâ, cùm neque vt illa violento sole torreatur, neque vt hæc assiduis ventis fatigetur. fed media inter vtamque: hinc temperato calore,inde felicibus & tempestiuis imbribus,ith omni genere fruguin fœcunda est.Nam,vt Philostratus scriptum reliquit,hic cæli temperies talis est,qualis autumni tempore in Attica esse solet. Hinc verè de ea hæc apud Solinum: Terrarum plaga comparanda optimis,nulli posthabenda,frugis ar loli copia; siue vineariis prouentus respicere,siue arboratios velis.Omni materia affluit,quæcunque aut precio ambitiosa est,aut vsu necessaria. Aurum & argentum si requiras,habet:ferrariis nuniquam deficit; nec tedit vitibus,vincit olea.Nihil in ea otiosum,nihil sterile.quid quid cuinscumque negar messem,viget pabulis.etiam quæ aliâ sunt ac sterilia,tuderium materiam nauticis subministrant.Hæc eadem confirmat Pomponius, his verbis:*Vitis,equis,ferro,plumbo, argento,aurogq.tam abundans & adeò fertilis, vt sicubi ob penuriam aquarum effœta & sui dissimilis est, lenum tamen aut spartum alat*. Turdetaniam autem (siue Bæticam) hinc excipit Strabo, qui tradit hanc vtrique ita abundare,metallis nempe & frugibus,vt nulla satis laudatio eius præstantiæ illustrui posset. Atque horum omnium tam fœcunda, vt non ipsis tantùm incolis,referente eodem Trogo; verùm etiam Italiæ, vrbique Romanæ sufficiat. Atque hæc generatim. Distinctius autem paululum Strabo,qui docet huius Hispaniæ regiones omnes non aquè frugiferas ac feliceis:minimeque eas, quæ metallis abundent. Eius etiam magnam partem incommodè habitari, propter montes & siluas,atque campos exilis terra prædictos. neque vbique aquis satis irrigatam, vt circa Carpetaniam aut Celtiberiam, & partem eius Septentrionalem Oceano obiectam:vbi pessimè degitur,propter montium asperitatem,& aëris frigiditatem. cæterque hæc pars omnino frugibus. (Hunc tractum volui sortè Iuuenalis Satyra 3. vbi inquit, *Horridaviandæ est Hispania*) At ora eius, qua Mediterraneum attingit mare,oleis,ficubus,vitibus,aliisque id genus plantis (etsi his mediterranea non omnino careant) abundat. Adeo vt non inconcinnè hoc Silij,iam 3.pûis citati, hic adiungam,

Nec Ceteri terra indocilis,nec inhospita Baccho, Nulliaq, Palladis,sese magis arbore tollit.

In Lusitania etiam,ea in primis parte quæ inter Tagũ fluuium & Arrabros est,solum felix, quod ad fruges & pecus attinet: itemque auri & argenti,& similitum rerum copia. Confirmat de eadem hoc Athenæus 8. quoque.Et versus Metridiem sita,teste Plinio, felix est omnis regio, tota nempe Bætica hæc cunctas prouinciatum diuite cultu,& quodam fertili ac peculiari nitore præcedit.In eadem tanta pabuli lætitia,vt nisi abstinentia interpellata fagina,vt apud Trogum est,fucrit, pecora rumpantur.Sed non tantùm terra,sed & mare etiam quod hant Turdetaniam alluit,æquè fertile:abundat enim omni ostreorum,concharum,purpuratumque genere,etiam que thynnorum:quorum hic quæstuosa piscatio.& inde condita varij generis salsamenta. Atque hutusque de summo terræ corio.Nunc autem de metallorum sub eo abstrusorum prodigiosis diuitiis. Totam Hispaniam scatere auri,argenti, ferri, plumbi,nigri albique metallis, attestantur Plinius & Strabo.De auri argentique copia etiam fidem facit sacra historia 1.Machab.cap. 8. nec non Iosephus 2. Belli Iudaici 16. Sed plurimum in montibus aridis sterilibusque ; in quibus nihil aliud gignitur. qui auri bono coguntur (vt cum Plinin loquar) fertiles esse. vt sunt circa Bastetaniam & Oretaniam, in quibus auri metalla describit Strabo.Idem in Argenteo monte non procul à Caltulone,argenti etiam circa Ilipam, & vtramque Sisaponem, (ad Babylam ciuitatem,vt haber Polybius.) in Melissum finibus,vbi Oringis vrbs,tradit Liuius incolas argentum fodere. Ad Tagum quoque in montibus.esse secturas metallicas. apud Cotinas æs aurumq. nasci, apud eundem Strabonem legimus.Galleciæ regio (audi Trogum) æris ac plumbi vberrima ; auro quoque ditissima, adeò vt eriam aratro frequenter glebas aureas exscindant.Eamdein Galleciam,Asturiam,& Lusitaniam, æquè omnium metallorum fœtundam, prædicat Plinius.Inter auti ramenta inuentas aliquando selibras glebas,scriptum reliquit Strabo. Idem ex Phaleteo,etiam Diodorus, qui ait quosdam qui in argento effodiendo occupantur, talentum Euboicum singulis tribus diebus petcipere.Ibyllam ciuitatem nominat Stephanus, apud quam auri & argenti fodinas esse dicit. Maxima argenteorũ fodina est apud Carthaginem Nouam, ab vrbe ad xx.stadia disita, vbi xt. millia hominum in labore versantur:atque in singulos dies P. R. viginti quinque millia drachmarum inde tributa fuisse, teste Strabone,credinus. Vt ena millia pondo argenti annis singulis Asturiam,Galleciam, & Lusitaniam præstitisse, tradit ex aliorum fide Plinius.Eodem auctore, argenti puteus est,Bebelo nomine,qui ccc.pondo Annibali subministrauerit in diies. Hunc circa Pyrenæos fuisse, ex eo fortè quis coniicat,quòd addit, Aquitanos aquas ex eo egerere. Argenti ex Pyrenæorum nati incendio(cuius historiam lege apud Strabonem, & Diodorum)tanta fuit copia,vt Plœnices,quum illud aueherent,atque argentum onustis nauibus superaret,loco plumbi,ancoris illud subderent; aut,vt Aristoteli placet, (circa Tartessum,) ipsas inde ancoras fabricauerint. Turderanos argenteis præsepibus(latunatibus mauult interpretati Casauboius) & dolijs vsos,annotatum est à Strabone. Sed & flumina aliquot huius regionis aurum ferre,inter quos Tagus,nemo non veterum scriptorum meminit.nec minùs à Poëtis celebratur,vt à Iuuenale,Statio; item Silio hoc versu.

Hic certant Pactole tibi Duris que Tagique.

Arguunt horum metallorum copiam tor ducti hinc à Romanis triumphi, & in iis allata auri & argenti vis admiranda. quorum loculpes & fide dignus testis Liuius plutimis in locis. Exempli caussa rnum aur alterum subnectere visum.M. Heluius hinc tulit in aerariũ argenti infecti quarnordecim millia pondo septingenta triginta duo.& signati bigatorum xvii. millia xxiii.Oscensis argenti cxx. millia cccc xxvtii. Cn. Cornelius Lentulus auri mille & quingenta pondo quindecim,argenti viginti millia,signati denarios triginta quatuor millia,& quingentos quinquaginta.Quæ de M. Portio Catone, Q. Fulvio Flacco, Q. Minucio, L. Stertinio,Tib. Graccho,C. Calpurnio, L. Quinctio Crispino, M. Fulvio Nobilione, Albino, aliisque apud eundem leguntur, videant qui huius regionis insignem metallorum opem stupete velint.adeò vt Ant. Augustinus rectè dixerit, Hispaniam id temporis Romanis eo loco fuisse, quo nunc America Hispanis. Ego ne longus sim,ad alia me confero,quorum æquè beata est Hispania,vt equorum, canum,cuniculorum, gemmarum,aliarumque multarum rerum. Cuniculis abundantem esse docet Strabo, Plinius, Aelianus. & idem verficulus Catulli hic, *Cuniculosa Celtiberia fili.* item nummus Hadriani Imp.in quo hoc animaleulum huic adpingitur regioni.Eius quoque lanam,(nigri velleris) Cotaxicis meliorem, linum, (vnde optima retia, teste Gratio,)spartum, coccum, picem, mel,ceram, sal fossile, alumen,chrysocollam,vitrum,minium.Sinopica terra non detestus,purpurissum, aliosque colores:crystallum, magnetē, lapidem specularem,obsidianum, & ceraunios,hyacinthosque gemmas,prædicãt Plinius, Strabo, Varro,Diodorus,Florus,Trogus, Ochram, Cadmiam,Schistum,& Sory gignere,scribit Dioscorides : Cinnabarim vnà cum auro in Hispania etui, ait Pausanias in Arcadicis. Subetem arborem Pyrenæis familiarem,tradit Theophrastus.Glandem Ibericã inter alias præstantem,ex Varrone celebrat Gellius. Amethistum Ibericum habet Heliodorus. Pernas etiam Cerretanorum, quas præstantiores Cantabrorum æstimat Strabo. Murænam Tartessiam laudat Gellius. De suum horum pinguedine mirabile quiddam narrat 2. de Re Rustica, cap.11. Varro; de eatum eute nempe ad os, pedem & tres digitos fuisse.Canes laudant Oppianus & Iul.Pollux,item Nemesianus,quorum *proles de sanguine monstra libero.* Idem Varro & Oppianus,cum Strabone huius equos feros celebrat.De quibus suspicaueriim Olymptum Nemesianum hæc cecinisse:

Quin etiam genus ampla tacet trans ardua Calpes
Culmina,cornipedum latè fœcunda proborum,&c.

Et idem sæpiùs iam appellatus Silius:

Martius hic sonipes campos bimistibus implet,
Hinc iuga cornipedes eucsti bellica captant.

Et idem alibi,de alio genere:

Hic parvus sonipes,nec Marti notus,at idem
Aufim.

Aut inconcusso glomerat vestigia dorso,
Aut molli pacata celer trahit essedia collo.

Martialis quoque hæc, *Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit vngues,*
Venit ab armiferis gentibus Astur equus.

De iisdem fortè ita Gratius:

Non tamen Hispano Martem tentare minacem
Ausim.

Hoc fortasse illud equinum genus,quod Plinius thielidones & asturcones vocat,parua forma: quibus non vulgaris in cursu gradus,sed mollis alteno eruum explicatu glomeratio. & quos tollutim incedere, docet Plautus : Asturcones & mannos collutates vocat Seneca,in Epistolis. De eurulibus,siue quadrigalibus equis, hinc sæpiùs olim ob velocitatem petitis,multus est Q. Aurel. Symmachus. qui eam equini pecoris diuitem nominat. Silius hos adeò veloces fait, vt vetos post seiga reliniquerent.De equis vento conceptis,ad Oceanum, circa Olyssipponem (apud Vettones autem Silio) in monte Tagro, Varronii, (Sacro Columellæ) non fortasse tam vera quàm multa, Fauonio aut Zephyro vento hoc tributum omnes. Pullos autem hinc natos nõ plus triennium viuere, perhibet Columella & Varro. sed septimam eos ætatem ferre, Silius. Notissimum esse scribit Columella,pro re incredibili, sed vera, recitat Varro, dicitque equas ex vento ibi concipere, vt hic gallinæ solent:quarum ova hypenemia (siue subuentanea) vocat; Zephyria Plinius. De his Aristoteles 5.& 6. Animalium. Et quamuis Solinus & D. Aug.de ciuitate Dei,idem de equis in Cappadocia cuentre scribant.& Homerus Boream ventum impregnasse equas Erichthonij fabuletur, neque neseiam Aelian.7. Animal. cap. 17. ventos etiam in animalibus fœcunditatem augere; malim tamen credere eum Trogo, natam fabulam ex equarum fecunditate, & equorum pernicitate:vt non immeritò vento ipsi concepti videantur. De his tamen noster Silius,ipse Hispanus:

Et venerem occultam genitali concipit aura.

Atque de iisdem fortè hæc Virgilius,

Ore omnes versa in Zephyrum stant rupibus altis,
Exceptantq, leues auras, & sæpe sine vllis
Coniugiis vento grauida, (mirabile dictu.)

Sunt autem & alia in Hispania miracula.vt in Cartiennsi(Catinensi alius legit) agro,duo fontes,alter omnia absorbens, alter omnia respuens. In eadem gente alius, qui aurei coloris ostendit omnes pisces:nihil extra illam aquam ab aliis differentes .In Cantabria fontes Tamarici tres, singulis siccantur duodecies diebus, aliquando vicies,citra suspicionem vllam aquæ.cùm sit vicinus illis fons sine intermissione largus. Plinius. In Cantabria lacum fulmen deciidisse, & repertas duodecim secures, ait Suetonius,in Galba. In Hispania fluuium esse, qui primo adspectu nihil ab aliis differre videtur: at si paullò attentiùs auscultes, aquam resonarisem audies. vbi enim vel modicus ventus vortices impulerit,aqua fidis in morem sonum edit. plectri siquidem ventus, citharæ verò aqua vsum præbet. Achil. Statius 1. Armorum. In Galletiæ finibus Sacer mons est, quem ferro violare nefas haberut; sed siquando fulgure terra professa est, quæ in his terris assidua res est,detectum antrum,velut Deûm munus colligitur. Trogus.Sal purpureum inueniri in Lusitania,Strabo. aliud, dulcedine quadam temperatum, in iugis Tarraconensibus exdi,tradit Sidonius ad Orestum. Apud Hispanos Alpinos circa Iberum describit Gellius ex Varrone, montem magnum, ex mero sale; cui quantum demas , tantum adcrescit. Saltsamenti Hispanici mentio apud Lucianum in Votis.Montem præruptè altum in Cantabriæ ora maritima, totum ex ferro constare, scribit Plinius. Apud Gades ægrotantibus contigit,quòd animæ morientes non deserunt, quo tempore excrescens aqua regionem inundat; teste Philostrato. Atque hæc de Hispania veteri, terris omnibus terra feliciore, cui excolendæ atque adeò dtandæ impensiùs quàm ceteris gentibus (vt ait Latinus Pacatus) supremus ille fabricator indulsit. Cuius descriptionem finire placet eo elogio , quo Plinius suam Naturalem historiam , hoc nempe : *Ab Italia,exceptis India fabulosis,proximè quidem diuerim Hispaniam, quocumque ambitur mari.*

Extra hanc Hispaniæ continentiam,est ea quam vocauimus Insularem, siue Balearium. Hæc tota ex insulis constat; quarum nomina sunt in Oceano; Gades, Iunonis,Geryonis,Londobris,Corticata,Aunios,Deorum,& fabulosæ sortè hoc tractu Cassiterides. In Mediterraneo mari, Baleares duæ,Maior & minor:Pityusę totidem,quæ sunt Ebusus & Ophiusa: Scombraria,Colubraria,Capraria,Tiquadra,Plumbaria, Planesia, & Mænatia,omnes,si Baleares & Gades excipias,ignobiles.Gades nobilitantur Hercules & Geryonis fabulis,atque Arganthonij longæui imperio. Baleares fundis inclaturere,fameque à cuniculis allata:quorum tanta in his copia aliquando fuit,vt contra horum prouentum auxilium militare à D. Augusto incolas petisse, veteres testentur historiæ. Horum vina consert primis Italiæ Plinius. Seruium hallucinasse crediderim,cùm scriberet in vii. Aeneidos. Geryonem Balearibus & Pityusis præfuisse. Omnes ceteri namque hunc circa Gades regnasse tradunt.nisi quis adducat pro Seruio, hæc Trogi: *In parte Hispaniæ quæ ex insulis constat,regnum penes Geryonem fuit.* Sed Gades & insulas huic in Oceano vicinas,tantùm hunc voluisse, argumento est pabuli lætitia, quam his adscribit ; quæ Balearibus minimè conuenit. Ex Boccharis, non Geryonis, regnum Baleares fuisse,Solinum testem habeo. Præter autem has dictas insulas, classicis auctoribus notas,alias habet Sex. Rufus Anienus, his nominibus; Oestrymnides, Archale, Poëtanion, Agonida, Cartare, Strongile, & Lunæ. Has quia nemo alius nouit, sortè ex its quis esse conieceit, quas Plinius mari vadoso parua appellat , & numero fermè viginti. Quid si his quoque Cromyusam & Melussam Stephani adiceeto?

Da transfretana, siue Tingitana,quia nomine solùm,non re,ad Hispaniam pertinet,cum etiam quòd de ea Pomponius hæc, *Regia iugobili,& vix quidquam illustre fortita.parui opidi habitantur,parua flumina emittit. sole quàm viri mehor,& segnitie gentis obscura:* nihil hic dicendum existimaui.



GALLIA STRABONIS,

CETERORVMQ. VETERVM.



OTVS ille terrarum tractus, quem Oceanus, Mare Mediterraneum, Alpes, Pyrenæique montes, atque Rhenus fluuius ambiũt, à veteribus Gallia siue Galacia vocata fuit, incolæque Celti vel Celtæ. Vnde Ptolomæus eandem Celtogalaciam nominauit, propriè. Celtarum aliàs nomen multo latius longiùsque patuisse ad Europæ veteris tabulam, prolixè satis docuimus. Galliæ quoque nomen trans Alpes, ad Rubiconem fluuium vsque quondam protensum, quòd nempe ea Italiæ pars ab his quondã possessa, non ignoramus; Verùm autem, cuius terminos mare, fluuium, & montes diximus, tantùm hîc describendam nobis proponimus. Hanc veteres Transalpinam { vti aliam Cisalpinam } vocauere. hanc eandem à Septentrione & Meridie bifariam diuisere Mela & Plinius. hic & eius imitator Solinus, Gebenna & Iuta montibus, ille Gebenna monte, & Rhodano fluuio, quo eodem eam etiam distinguunt Eutropius & Suetonius. Illam, quæ versus Septemtrionem, Comatam appellant; hanc, quæ versus meridiem, Braccatam. Illa Cæsari diuisa omnis in partes tres: quarum vnam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celtæ, nostra { vt inquit } Galli appellantur. Gallos, ab Aquitanis, Garumna flumen, à Belgis Mattona & Sequana diuidit. Extra autem hanc Cæsaris diuisionem est Narbonensis, quam Plinius & Pomponius scorsum describunt. & Cæsar eandem Prouinciæ sub nomine comprehendit. Ptolemæus tamen in Galliæ sua delineatione, & qui eum sequitur Ammianus, hanc quoque Galliæ tribuit: quadrifariamque vniuersam diuidit. in Aquitaniam scilicet, Lugdunensem, { quæ eadem cum Celtica } Belgicam, & Narbonensem. Hanc diuisionem autem non omnes iisdem disterminauit finibus: Cæsar enim Heluetios, Galliæ sue Celticis iungit: quos Plinius & dictus Ptolemæus in Belgica collocant. Belgicam Cæsar à Rheno ad Mattonam, quam Plinius à Schaldi ad Sequanam. Cæsar Garumnam terminum habet inter Celtas & Aquitanos, vt quoque Pomponius. Strabo verò Ligerim. atque id ex Augusti instituto: cui iusticagatur quoque Ptolemæus. Idem Strabo, ignoto quibus auctoribus, Belgas habitare dicit inter Rhenum & Oceanum: interque hos Venetos numerat, extremos versus Occidentalem Oceanum populos. Vertor autem valde, ne pro Belgæ, Celtæ hoc loco legendum sit apud eundem, cum ceteris omnibus geographis historicisque Veneti hi in Celtica fuse Lugdunensi sunt. Postera verò ætas totam Galliam plurifariam diuisit: quod discendum ex Sex. Rufo, Ammiano, Lib. Notitiar. & Dignitatum libelluso, qui eius omnes portiones numerant & nominant septemdecim. quas omnes quoque in hac nostra tabula legendas offerimus. Sed & tandem post Caroli nempe Magni tempora, in duas tantùm distiuxere: in Austrasiam vtique, id est Orientalem, & Neustriam { vt corrupte serè scribunt } seu Vestram, at melius VVestriam, id est, Occidentalem. Atque hæc de huius regionis nomine, circumscriptione, & finibus, quam Suetonius in Iulio tradidit in circuitu patere ad bis & tricies cẽtum millia passuũ. Nunc de eius natura, temperie, & dotibus.

Constitutione felicissimam facit Claudianus: Saluberrimam dicit Cæsar 3. Ciuil. Abundare riuis & fluminibus, Seneca 3. Natural. Interdum etiam fontibus sactis & vaporantibus, Solinus. Totam amnibus rigari, & loca per quæ feruntur, plerunque campestria esse { patulos campos huic adscribit quoque Sidonius } aut tumulos terrestres, Strabo. Multum fert frumenti inquit idem, milij, glandis, ac omnigenum alit pecus. { pecuaria diuitem, dictus Sidonius in Panegyrico Maiorani } nihil in ea ociosum, nisi qua paludes aut silnæ obstant. Frumenti abundantem, facit Trebellius, in balista. quod idem verum facit Ciceto pro M. Fonteio: vbi scribit magnum numerum frumenti à Romanis hinc adueho. & Romanos misisse legatos frumenti petendi causa, ad huius Galliæ Venetos, apud Cæsarem 3. Gall. & Dionem 39. lego. Hoc frumentum autem, omnium leuissimum esse ex his generibus quæ Romam inuehuntur, testatur Plinius. Panico autem Aquitanos vti, scriptum reliquit idem. Felices Gallias, pinguitus glebis, & commodas prouentibus fructuariis: pleraque consitas vitibus & arbustis, omni ad vsum antmantium fœtu beatissimas describit Solinus. Sed Pomponium quoque de hac audiamus, Terra est frumenti præcipuè & pabuli ferax, & amœna lucis immanibus: quidquid ex satis frigotis impatiens est, agere nec vbique alit, & noxio genere animalium nimiũ frequens. En quoque oculatum testem, de eadem, Iuliano Imp. in Misopogone: is enim his Morentini verbis, ita: Hyems est ibi placidissima, propter calorem, vt aiunt, Oceani, ac fortasse quędam tenuis aura illinc diffunditur: videtur autem maritima aqua, dulci esse calidior. Siue igitur ob hanc causam, siue aliam mihi ignotam, ita se res habet: hyems eius terræ incolis mitior est: præterea vites optimæ illic nascuntur, quin etiam ficus multi iam ante quadam extulerunt, cùm eas per hyemem calamis tritici, tanquam vestimentis contegerent, & alias huiusmodi rebus, quæ cæli iniurias arboribus prohibere solent. Hactenus ille. Frigora sane, quia sub Septentrionibus, vt habet Cæsar 2. Gall. frigum maturitatem nonnihil retardari, verisimile. Qua de causa hæc referendum, quod Varro de R. R. 1. In Gallia, ait, Transalpina ad Rhenum aliquot regiones sunt, vbi nec vitis, nec olea, nec pompa nascerentur, nisi agros sterceratent candida fossitia creta { marga hæc Plinio } Sed nuse ferocem eam dicit quoque Claudianus: & glaciem Gallicam, memorat Lucianus, de Hist. Scribendi. & hinc adagium, Gallica niue frigidior, apud Pertonium. quamque tam immensam fatetur Diodorus, vt flumina congelara sint pertuia, non tantùm paucis, sed totis exercitibus cum cuttibus. item regionem loco aquæ nimibus oppleram. Hinc Aristotelem in Admirandis puto scripsisse, hanc non habere asinos. Ventosam facit Seneca 3. Natural. Circius ventus Galliam infestat, inquit, cui addicta qualianti, tamẽ gratias agũt, tamquam salubritatem sibi tribuant ei { quod fabulosum forte quis existimauerit, nisi idem statim subnecteret hæc verba, } Diuus certè Augustus templum illi, eùm in Galli motaretur, & vouit, & fecit. De hoc vento etiam Gellius 2. cap. 22. eundem puto cum Boreali in Campis lapideis { de quo infrà } vbi hæc vera, etiamnum hodie. Hac cæli inclementia motus. ni fallor, Cicero in Prouincis Consularibus, exclamauit, vere aut falsò, Quid istis locis asperius? quid incultius opidis? quid nationibus immanius? quid Oceano tongius inuenirri potest? Non obstitit tamen cæli siue soli natura, quin ab adolescente Roma, vt perhibet 2. Somnij Macrobius, aut à Massiliensibus, vt Trogus 43. eos vitem & oliuam serere didicerint. Eliconem Heluetium fabium ex Italia primum in Galliam tetisse ficum siccam, & vuam, oleum ac vinum, annotauit Plinius. Inde vini postea adeo ferax, vt hinc vindemias condere Italos, cõqueratur quodam modo Columella: & Vienna, vinum quod picatum nominabant, Romam vbi in pretio, mittere solebant: refert 5. Conniual. Plutarchus. Quid ergo velint Vopiscus & Eusebius, dum Probum Imp. tradant Gallis permisisse: vt vites haberent, doceri cupetem. An ad huius tempora vsque in Braccata siue Prouincia tantum, non in ceteris Gallhis vitem fuisse quis putabit? at Bituticæ vitis meminit Plinius: item Atuernici. Dauus hic fum, fateor. Tempore Iuliani Imp. egregiam vitem apud Patisios prouentisse, scribit ipse in suo Misopogono: Et Bituticam vitem celebrat Isidorus. Auri & argenti quoque apud hos esse metalla, atque eorum plaestantiora in Cemmeno monte: auri etiam fodinas omnium esse præstantissimas apud Tarbellos: & ferri metalla apud Petrocorios & Bituriges Cubos; Strabo auctor est. Aurum apud Celtas quosdam erui, scribit Athenæus, & auriferum Tarnem Aquitaniæ fluuium, vocat Ausonius. Diodorus 5. plures in ea flumios auriferos dicit. vnde, vt apud Procopium est, hos autem nummum è natiuo solo cudere, eumque non Romanorum Imp. vt ceteri solent, imagine, sed sua impressa. Horũ pecuniæ meminit Calisodorus 7. Varior. numero 37. his verbis, Galles auctoribus sine aliquo adhuc signo ad metalla translata est. Hinc Galliam diuitem, apud Mandium: opibus florentem apud Dionem, dites Gallos, apud Iosephum: auto locupletes, in Oraculis Sibyllinis dici, verisimile. Et quamuis argento carere scripserit Diodorus, è Pyrenæis tamen montibus cùm silua casu accensa conflagrasset, liquatum argentum hic produxisse, narrat Athenæus. Apud Rutbenos & Gabalos quoque describit argenti metalla, Strabo. Ætatias quoque secluras apud hos multis in locis esse, Cæsar testis est. Amęthystum in Gallia, & corallium circa Stœchadas insulas reperiri. Plinius. Electrum apud Celtas in flumine quodam piscatur: si Dioni Prusæo fides. nam de Celto Germanis vt hoc verũ, ita de Celto Gallis falsum existimo. Vaccinia purpura hic prouenire, haberiq; tingendi caussa ad seruitiorum vestes, Plinius Idem coccum, conchylium, ac tytium { quibus vestes tingere consueuere, } his tribuit. isdem ostrum, Virruuius. Nardum ad thetiacam conficiendam, è Gallia peti, Galeni testimonio verum. Abietem laudatissimam in Iuta ac Vogeso montibus: betulam, & ex ea incolas bitumen facere, iudicat Plinius. Hyacinthum herbam eximè prouenire, idem. Lini sationem, hinc tributt quoque idem. & inde linificium, Strabo: ex quo vela faciunt, quamuis pellibus pro velis vti Venetos Armorica populos, prodidertit Cæsar. Triumphi Gallici apparatum ex citro egisse, Paterculus auctor. ejtcus ergo hic etiam. At venenum hic quoque reperitur, vt taxus arbor, { cuique magna copia, Cæsare teste } quã Dioscorides Narbone tam præsentis esse veneni tradit, vt si qui dormiant sub ea, aut in eius vmbra subsideant, lædantur, & sepenumero moriantur. De eadem hæc Plinius, Vasa Viatoria ex ea Vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Et taxo se exantimasse Cattiuulcum Eburonum regem, testis est Cæsar. Aristoteles in Admirandis ait apud hos veneni geuus esse, quod xenicon { ξενικὸν legit Græcus codex } vocant. { de quo nos infrà } Hactenus inanimata; nunc de animalibus. Equas fama nobilitatas, commemorat Trebellius in D. Claudio. Canum huius gentis gentem numerosam, laudant, præter Quidum, Oppianum, Gratii poetas, etiam Pollux grammaticus, & Euphrada orator. Lupum ceruarium è Gallia, spectasse se in Pompei Magni æteua, dicit Plinius. Sues altitudine, robore, & celeritate præstantes, à quibus qui non adfuerentit, non minus quàm à lupo periculi, Strabo. Hinc optimas pernas eos habere, Athenęq; recte scripsisse, quis sibi inficias? earumque tanta multitudine, auctore eodem Strabone, vt non tantùm Romæ, sed & plerisq. Italiæ locis suppedient. Lepores permagnos hic esse, ex Varrone de L. Latina obstruo. apud quem quoque lanæ Gallicianæ memoria; quam asperam dicit Strabo. Onocrotalus anis hic versus Septemtrionem ad Oceanum, si fides antedicto Plinio, & eidem falmo flumatilis. atque in Oceano phyllere marinum animal, ingentes columnæ modo se attollens, altior nauium velis diluuii. quandam eructans. Neteides quoque, item elephantos & arietes marinos, eodem auctore. In Atari flumine, vt habet ex Calisthene Strobeus, nascitur magnus quidam piscis, clupea nominatus ab incolis, qui crescente luna albus, decrescente eadem, nigrescit: & corpore nimium aucto, à proprius spinis interimitur. In huius piscis capite lapis reperitur, similis grani salis { micæ thuris, habet Plutarchus de Mentib. } qui optimè facit ad quartanas, sinistro latcri corporis adligatus, decrescente luna. clopiam, hunc piscem nominat Glycas, ex Anastasio: scolopidon, dictus Plutarchus. At quis credat tanatum secundam numerositatem tantam: tantam inquam, vt ea ciuitatem pulsauerit? fidem tamen huius facit ex Varrone, iam sæpius adductus Plinius. & auget hanc Trogus 15, qui & simile accidisse Abderitis adferit. Sed ad alia plura huius regionis admiranda veniamus. atque primùm ad fossiles pisces, de quibus ex Pomponio, hæc, Salsule fons, non dulcibus, sed falsoribus quàm marinæ sunt, aquis defluens, { in Gallia Narbonensi } iuxta campus. minuta arundine gracilique peruitidis, cetenim stagno subeunte, suspensus. Id manifestat media pars eius, quæ abscissa proximis, velut insula natat, pelliq. fe atque attrahi patitur: quin & ex ius quæ ad imũ persolia sunt, sussusim mare ostenditur. Vnde Graus, nostrisque etiam auctoribus, veri ne ignorantia, an prudentibus etiam mendacij habitudine, visum est tradere posteris, in ea regione piscem è terra eruti: qui, vbi ex alto fucusque penetrauit, per ea fotamina ictu captantium, interfectus extrahitur. hucusque ille. Inter Graios quorũ fidem hic cleuat Pomponius, annumerandi Strabone, & Athenæus? tradit enim ille libro 6. circa Ruscinonem fluuium { in hac descripta à Pomponio continentia quoque } lacum esse propiuqu m, ac paullo supra mare locum aqosum, plenum salinarum hucque fossiles habere mugiles siue cestreos. vbi cum duos aut tres pedes foderis, tum missio in aquam, ... sam tridente, consigere licet cum iustæ magnitudinis. is alitur limo, sicut anguillæ. sic ille. Hic autem lib. 8. ex Polybij 34. vt ait, ita, { Iuxta Pyrenæos montes Narbonensi vsque campos esse, per quos Liberis & Ruscino fluuij decurrunt, ac in iis campis, fossiles quos vocant, pisces, reperiri. Eius namque loci solum tenue esse, ac subnascente multo gramine, herbosum: sub eo verò, cùm ad duos trelve cubitos attenuata terra sit, sub qua aqua inuenitur quæ à fluminibus aberrauit, in qua pisces sub terram discurrunt per suos ipsos, pabuli caussa: quod radicibus graminis impensè delectantur, subterranis piscibus vnuectam oam illam repletę, quos egesta humo capiunt, atque hinc piscando inuenitur. Credidetim historiam quam litteris mandauit Aristoteles in Admirandis, huc referri quoque posse: vbi tradit in imbus Massiliensium, circa Liguscium, lacum esse, qui ebulliens effutisque, piscium multitudinem immensam, veri fidem superantem, eiecat, &c. Plinius 9. cap. 17. dicit in hac eadem Narbonensi prouincia cotius tempore è vuarris marem linea longinqua per os ad branchia religata emissum in mare, eademque linea retractum, feminæ sequantur ad litus, rursus feminam mares. In hac eadem prouincia nostis tons est Orge nomine, in eo herbæ nascuntur in tantum expetitæ bubus, vt messis capitibus totis eas quærant. vt refert Plinius. apud quem quoque hæc, Tungri Galliæ ciuitas fontem habet insignem, plurimis bullis ebullantem, ferruginei saporis, quod ipsum nõ nisi in fine potus intelligitur. Purgat hic corpora: tertianas febres discutit, calculorumque vitia. eadem aqua igne admoto turbida fit, ac potiorem tubefecit. Eadem Narbonetis circa

Gratiano-

GALLIÆ VETERIS Typus.
Ex conatibus Geographicis Abrah. Ortelij.
OCEANVS BRITANNICVS.
OCEANVS AQVITANICVS.
Occidens.
HISPANIÆ PARS.
Lugdunensis II.
Lugdunensis III.
Aquitania II.
Aquitania III.
Belgica
Saxoni
Neuſtria
Aquitania
Litus Saxonicum.
Neruicanus tractus.
Lugdunensis
Aquitania
Aquitania
Aquitania

AMPLISS. VIRIS DD.
EDVARDO VANDER
DILFT, ET CAROLO MA-
LINEO, NOBILITATE RE-
RVMQ. PERITIA CLARISS.
VRBISQ. ANTVERP. COSS.
ABRAH. ORTELIVS
L. M. DEDICABAT.
Nomenclature et positionis locorum huius tabulæ testimonia, pete ex Thesauro nostro Geographico.
GERMANIÆ MAGNÆ PARS.
ITALIÆ GALLICÆ PARS.
Cum Privilegio Imp. Reg. et Cancel. Brab. 1594.
MEDITERRANEI MARIS PARS.
GALLICVS SINVS.
Germania II. quæ et Inferior.
Belgica I.
Germania I. quæ et Superior.
Lugdunensis I.
Lugdunensis II.
Lugdunensis IV.
Viennensis I.
Viennensis III.
Viennensis IV.
Viennensis V.
Alpes Maritimæ.
Poeninæ alpes.
Graiæ alpes.
Cottiæ alpes.
Stœchades insulæ.
Sambilcitanus sinus.
Heracleæ Cacabaria.
Antipolis.
Nicæa.
Genua.
Albingaunum.
Aquæ Mortuæ.
Massilia.
Arelate.
Arausio.
Vienna.
Lugdunum.
Augustodunum.
Bibracte.
Cabillonum.
Lutetia.
Aquæ Sextiæ.
Tolosa.
Narbona.
Tarbella.
Burdigala.
Aquæ Tarbellicæ.
Ad Fines.
Aventicum.
Augusta Rauracorum.
Argentoratum.
Mogontiacum.
Colonia Agrippina.
Bonna.
Tolbiacum.
Trier.
Metz.
Reims.
Paris.
Rouen.
Caen.
Cherbourg.
Nantes.
Angers.
Tours.
Orléans.
Chartres.
Sens.
Troyes.
Langres.
Besançon.
Dijon.
Auxerre.
Nevers.
Bourges.
Poitiers.
Saintes.
Angoulême.
Limoges.
Clermont.
Le Puy.
Rodez.
Toulouse.
Carcassonne.
Montpellier.
Nîmes.
Avignon.
Valence.
Grenoble.
Chambéry.
Aosta.
Turin.
Pavia.
Milano.
Como.
Brescia.
Verona.
Padova.
Venezia.
Ravenna.
Bologna.
Firenze.
Pisa.
Lucca.
Genova.
Savona.
Ventimiglia.
Aix.
Avignon.
Lyon.
Genève.
Lausanne.
Basel.
Strasbourg.
Metz.
Trier.
Köln.
Aachen.
Maastricht.
Utrecht.
Amsterdam.
Haarlem.
Leiden.
Gouda.
Dordrecht.
Middelburg.
Vlissingen.
Gent.
Brugge.
Antwerpen.
Mechelen.
Leuven.
Brussel.
Bergen op Zoom.
Breda.
Tournai.
Lille.
Boulogne.
Calais.
Dieppe.
Le Havre.
Caen.
Cherbourg.
Rennes.
Nantes.
Angers.
Tours.
Orléans.
Chartres.
Sens.
Troyes.
Langres.
Besançon.
Dijon.
Auxerre.
Nevers.
Bourges.
Poitiers.
Saintes.
Angoulême.
Limoges.
Clermont.
Le Puy.
Rodez.
Toulouse.
Carcassonne.
Montpellier.
Nîmes.
Avignon.
Valence.
Grenoble.
Chambéry.
Aosta.
Turin.
Pavia.
Milano.
Como.
Brescia.
Verona.
Padova.
Venezia.
Ravenna.
Bologna.
Firenze.
Pisa.
Lucca.
Genova.
Savona.
Ventimiglia.
Aix.
Avignon.
Lyon.
Genève.
Lausanne.
Basel.
Strasbourg.
Metz.
Trier.
Köln.
Aachen.
Maastricht.
Utrecht.
Amsterdam.
Haarlem.
Leiden.
Gouda.
Dordrecht.
Middelburg.
Vlissingen.
Gent.
Brugge.
Antwerpen.
Mechelen.
Leuven.
Brussel.
Bergen op Zoom.
Breda.
Tournai.
Lille.
Boulogne.
Calais.
Dieppe.
Le Havre.

Gratianopolim habet, vt describitur à Diuo Augustino de Ciuitate Dei, fontem similem illius qui est in Bpico, vt qui faces exstinguit ardentes, & accendit extinctas. Lacus est, qui duorum coruorum dicitur, auctore Artemidoro, ad oram Oceani, in quo duos coruos apparere ait, qui dextetam alam habent albicantem, cóiacedere quibus aliquid contouersiæ est, & in sublimi loco posita tabula, vtrumque pio le liba pionicete, coruos adoulátes altera votare, altera dissipare: obtinuíse autem caussam suam eum, cuius liba dissiciuntur. ac fabulæ similem iudicat hanc historiam Strabo. Heracleam quoque viam sic dictam, haberet Adminanda fortè accidat; quippe quòd pœnas ij pendant, damnumque lege sarciunt, in quorum finibus datum fuerit. Lateres in Massilia fiunt, qui proiecti in aqua natant, Virtuuius. Campum Lapideum quoque inter huius regionis mirabilia nunc describere lubet. Hunc omnes iuter Massiliam & Rhodani ostia cóstituunt; Hecuhis præliorum memoriam dicit Plinius. ex eo quod Hercules hic dimicantem contra Albionem & Bergionia Neptuni filios, cùm tela ei defecissent, ab inuocato Ioue adiutum imbre lapidum ferunt: creias plusse, adeò multi & passim & latè iacent. huic fabulæ adscriptunt quoque Mela, Solinus, Hyginus, & Martianus quibus Strabonis sententiam libens præponam, qui eum his Xylandri verbis describit: Campus est à mari centũ circiter distitus stadiis, diametro eiusmodi quantitatis forma circulari. Is Lapidolus seu Saxosus dicitur, ab euentu. est enim plenus lapidũ, qui manũ implere possint, infra quos gramen nascitur, abunde pascua pecoris suppeditans: in medio autem, aquæ, & lacunæ sunt, & salses. Tota autem quæ superius adiacet regio, ventis est exposita: in hunc autem maximè campum ventus incumbit ac defertur Septemtrionalis violentus ac horribilis, quo ferunt & lapides agitari, atque volui, & homines de vehiculis deturbari, ac vt fatus armis vestibusque nudari. Idem hanc Posidonij probabilem quoque rationem adfert, qui lacum fuisse dixit, qui cùm fluctuatione exaruerit, ideóque in plures diffipatus, lapides, sicuti fluminum lapillos, & littorum scrupulos, similes inter le magnitudine leuitateque, &c. Aristoteles 2. Meteorolog. cap. 8. mori terræ lacũm adfert, Phlegræumq. campum nominat. Describit hunc eundẽ campum (quamuis non nominet,) & ventum hunc infestantem, Diodorus 5. Arduenna silua his quoque (in Belgica) de qua 5. Annalii Tacitus, *Quærebant saltus quibus nomen Arauenna.* An plures huius nominis? ex Pomponio? vbi dicit Galliã amœnã locũ immanibus? non existimauerim: cùm in tota veteri historia vnam tantùm huius nominis siluã nominari sciã. at eandẽ longe lateq. dispersam, & fortè disiunctum credideriim, sub vno ramen hoc nomine. Hanc enim ingentis magnitudinis, atq. totius Galliæ maximam dicit Cæsar: vt, quæ à flumine Rheno per medios fines Treuirorum, ac intimum Rhemorum pertingebat: vergebatq; ad Schaldis cum Mosa confluentia. adeò vt amplius millibus quingentis pateat. efficiunt hæc quatuor millia stadiorum, quæ illi tribuit Strabo, at ex scriptoribus haud fide dignis, vt æstimat; si locus sincetus: nam mendo carere vix putat doctiss. Casubonius, in suis ad hunc auctorem doctissimis Commentariis. Neque mihi verisimile est Cæsarem huius rei tem oculatum, siluæ mensuram ignorasse. Ab hac silua Dianam coqui omniuari Arduennam, idem facit marmor antiquum, de quo nos latius infrà. de regione huc vsque. nunc de eius populis. Regionẽ populosam facit Pausanias & hominum fertilem, Liuius. Testis huius quoq. Polyb. 2. Ciuil. scribit enim quadringentos huius Galliæ populos Cæsarem subegisse. Hos corpora plus quàm humana habere, ait Iornandes. corpora mirifica specie & magnitudine, Hirtius; celsioris staturæ, Ammianus. præ ceteris hominibus eximia pulcritate, quod ipsum quoq. Cæsar timuit, cùm dicit, magnitudine corporum suorum, breuitatem Romanorum eis cõtemptui fuisse. Oblongo corpore, molles, & albos, tacti eos quoq. Strabo. Ad albedinẽ alludunt Pertonij ad Gyrtonẽ hæc verba, *Increta faciei, vt ciues Galliæ suos putet* sæpe vt artificio imitentur natiuũ hoiũ candorẽ suæ albedinem: non vt amicus meus putat in sua Britanniæ doctissima iuxta ac accuratissima insulæ descriptione, quòd Galli facies suas (quod nusquam apud vlli auctorem me legisse memini) solant incretare, nec mirũ, cùm ipsa natura his hanc albedinem vltrò concellerit. Hinc *lactea colla*, illis adscribit Poeta. Comam hos nutrire, (vnde Gallia Comata, nominata) Strabonem, & Clem. Alexand. auctores habeo. item Agathiam, qui scribit solemne esse francos à regibus numquã tonderi, sed à pueris intonsos manere, Cæsariemq. decenter eis in humeros propendere: & ameriorem comam è fronte discriminatam in vtrumque latus deflectere. hanc q. promissam, & rutilam, facit Liuius. Rufam habere namira, studio tamen hunc colorem augere, inquit Diodorus: nam (interprete Leopardo in Emendationib.) calcis ablutione lauantes capillos assiduè, & à fronte ad verticem & tendones retrahuni, vt conspicui sint, & vt aspectus eorum similimus videatur Pomponius, Gallorum inuentum sapo est, ex seuo & cinere, ita vt flauum verticem, Claudianus: & auream Cæsariem his adscribat Virgilius. Hue facinnt quoque quæ Tertullianus habet verba in libello De cultu fæminarum, vbi inquit quasdam capillũ croco vertere. Congruenter admodum Ammianus, candidos & rutilos vocant, à cinere vtpote, & cute. Barbam promissam gerere omnes, apud Liuium lego. distinguit Diodorus, his Castaliomis verbis, Barbam quidam radunt, nonnulli nutriunt parcè. nobiles genas quidem radunt, barbam verò sinunt crescere, vt opitant corpora. quo accidit, vt cùm edunt, tegantur cibo: cum vero bibunt, vt lui per cãnale potus videatur inferri. Operam dare ne obesi fiant, neve prominentiorem ventrem habeant: & si quis adolescens cingulo præcinctum mutetur excedat, cum multati tradit Strabo. Hæc de eorum forma, nunc de natura siue indole, quarũ quia nemo scriptorum cognitione petuit, scripturaq; antiquos Cæsare, eius de his, quæ passim in libris Belli Gallici, hæc verba accipe, Gallorum subita ac repentina consilia: in consiliis sapiendis mobiles, & nouis plerumq. studentes. Est autem hoc Galliæ consuetudinis, vt, & viatores etiam multos consistere cogant, & quod quisque eorum de quaque re audierit, aut cognouerit, quærant: & mercatores, in opidis vulgus circunsistat: quibus ex regionibus veniant, quæq. res ibi cognouerint, pronunciare cogunt. &, his rumoribus atque auditionibus permoti, de summis sæpe rebus consilia incunt: quare è vestigio pœnitere necesse est: cùm incertis rumoribus seruiant, & plerique ad volutatem eorum ficta reipondeant. Hæc enus Cæsar. & de isdem ferè eandem apud Polybium, Orosium, Trebellium, & Vopiscum. Non omittendum autẽ hoc peculiare, quod in concilius habent, refte Strabone, hoc nempe, si quis dicenti obstrepat, aut tumultuetur, hẽor accedit, fustiò cultro, minus adhibitis, eum tacere iubet, idq; retum ac certio: eo non cessante, tandem a lago eius tantum amputat, vt reliquum sit inutile. Acutos ingenio, & à doctrina minimè alienos esse, Diodorus & Strabo testes: item Symmachus: qui commendat horum in bonis litteris studia. Polybius, his infestbot, doctrinæ & artij operam non date, refs. re audet. Iam audi Hirtium, Homines aperti, minimeq. insidiosi: qui per virtutem, non per dolum dimicare consueuerent. item Strabonem, Ingenio simplici, ac nulla malitiate deuincti. an idem alibi hos hinc simplices vocat? pigriores ingenij, Seruius? stolidos Fulmicus? stupidos & curtscitatem amantes, Iulianus? At Cæsar, in Africam miserant, tacitisque mandatis præceperant, vt Annibalem, si posset, per æmulos interficerent. At neque hoc, teste oculato, cumẽque his vetustissimo, Lucius Florus, Nemo Gallos tantùm fetoces dixerit, fraudibus agunt. an falsò? an poetea à Romanis hoc didicisse, vetisimile? qui vt scribit Trogus, Seruilium in Africam miserant, tacitisque mandatis præceperant, vt Annibalem, si posset, per æmulos interficerent. At neque hoc, teste oculato, cumẽque his vetustissimo, ideóq. fides tribuenda, Iuliano Imp. qui de iis, non tantùm post dictum Florum, sed & post alios omnes veteres, hoc de his elogium pronunciauerit, numque quòd adulari nesciant, sed liberè ac simpliciter cum omnibus æquabiliq. iure viuere qui Venerem nuptiarum deam, & Bacchum latiriæ datorem, comuni prolisique gratia: & vini quantum cuique licerat, potandi gratia, tantùm nouerint. Ælianus dicit omnũ hominum ad subeunda pericula promptissimos: Florus immanissimos, Immanes & barbaros, Cicero, & humanius. Feroces, Lucanus, Trogus, Hegesippus. Truces, Aurienus, & Seneca. Crudeles, Cassiodorus. Sanguineos, Lucanus. Dutas & tettogtadas mentes, his adsignat Lampridius. Gentium omnium inquietissimos, ait Vopiscus. Molles & effeminatos, Liuius & Polybius. & idem Insidos, etapiæque & ebrietari deditos: quod idem quoque Diodorus, Athenæus, & Clemens Alexand. Flagrantes ira, cuius impotens est gens, inquit idẽ Liuius, & auri auidos. Superbos, superstitiosos, Mela. Vaniloquos, Silius. Pecuniæ cupiditate insatiabiles, Plutarchus in Pyrrho. Hæc huius gẽtis encomia; sed ab hostes infensissimo omnia. penes quem fides esto. Crudelitatis nihilominus inter alia, duo hostũ extãt exempla: vnum apud Trogum, qui scribit eos in bello prælioque contra Antigonum, dum hostiatum exiis omnium interitus prædicerctur, non in timorem, sed in furorem versos, coniuges & liberos suos trucidasse; auspicia belli à paracidio incipientes, &c. Apud Florum, en alterum, hic tradit quosdam in bello captos, catenas morbius & ore teniasse, & effocandas inuicẽ fauces præferociam ad Thermopylas, offendit Pausanias, in Phocicis. Mitari subi Mar. Victorinum, qui hos feminarines, timidos, & terga vertentes dicit, quos animosos, Claudianus, bellicosos, bellipotentes, armipotentes, atque gloria belli ante Romanos, Sallustius. Ab hic Victorinus ita fortè interpretatur hæc Cæsaris: ad bella suscipienda vr alacer & promptus est animus, sic mollis, ac minimè resistens ad calamitates perferendas, mens eorum est: & hæc Liuij? Gallorum prima prœlia plus quàm virorum, postrema minus quàm feminarum. & hęc, eiusdem? vsu hoc cognitum est, si primum imperum, quem feruido ingenio & cæca ira effundunt, sustinueris, fluunt sudore & lassitudine membra, labant arma, &c. item hoc Flori? experimento deprehensum est, quippe sicut primus impetus eis maior quàm virorum est, ita sequens minor quam feminarum. habent quiddam simile cum niuibus suis, quæ mox, vt caluere pugna, statim in sudorem eunt: & lem motu, quasi Sole laxantur. & hæc Dionis? Galli ad quæcunque res inexplebili cupiditate feruntur, ita neque audaciæ, neque timoris modum sciunt: sed tum ab audacia in subitum metum, tum ab hoc in temetatiam audaciam ruunt. an vero hoc Strabonis de his iudicium? Natio bellicosa & ferox & ad pugnã prompta, itaque irritati ad pugnam confectim & palàm coeunt: idq. incircumspectè, quo fit, vt facilè circumueniantur, si quis calliditate bellica aduersus eos, vbi velit, eos lacessiros ad prœlium confestendum elicuerit, nulla præter vim & audaciam re instructos. Aliter multò de his Imp. Leo, de Bellico apparatu, Galli, (inquit) admodum infracto animo sunt in bello strenui. In magno opprobrio ignauiam & paruam retrocessionem ponunt, atque eam fugam esse existimant, &c. Et à vero tam mollis hæc natio, tam laborum impatiens, & minimè in prœlis ad finem consilans, die, age, Romane, quare hanc Galliam tibi adeò timendam, scripsit Cicero, vbi de Prouinciis agit Consularibus? quare Sallustius Italiam omnem ab hac gente contemnisse? adeò vt cum his non de gloria, sed pro salute certare soleãt? Quaere apud Trogum de Orientis regibus hæc? Tantus tertor Gallici nominis, & inuicta armorum felicitas etat, vt aliter neque maiestatem suam turã, neque cõmisceretur: conceditur facerdotibus & natu grandibus, excepta sunt bella Gallica? Sospater ex Varronis Originum 2. dicit Galliam duas res ingeniosissimè persequi, rem militarem, & arguté loqui. inde hoc Iuuenalis, *Gallia vel pomos nutricula causidicorum.* & item eiusdem, *Gallia causidicos docuit facunda Brytannos.* Studia Gallorum florentissima, & Galliæ sermonis vbertatem celebrat D. Ambrosius ad Rusticum. & Galliæ doctos ciues Claudianus in Panegyrico IIII. consulatus Honorij. De eorum militia hæc pauca ex antiquionibus, accipe, Ante belli initium, (sic Cæsar) armarum concilium indicunt, quò, lege communi, omnes puberes armati conuenire coguntur. & qui ex iis nouissimus venit, in conspectu multitudinis, omnibus cruciatibus necatur. Ex Strabone, Armatura illis pro corporum proportione, gladius longus, ad dextrum dependens latus, lucum longum, lanceæ pro proportione, [has ferro cubiti aut amplius longitudinis, paullo minus duobus palmis latas, dicit Diodorus] & ⁊ meris tragulæ genus nonnulli etiam arcubus vtuntur & fundis habent & lignum pili forma, quod non ameato, sed è manu torquetur, longius etiam atque sagitta. Gesa, sic dicta Gallorum quædam tela, habet Nonius ex Varione, vbi hæc, Qui gladiis cincti sue scuto cum binis geiis essent. De his quoque Virgilius, *Duo quisque Alpin coruscant, gesa manu.* Hastas vtiles interpretatur ad hunc locum Seruius. & addit, viros fortes Gesos à Gallis vocari. Sed Gæsa per diphthõgou scribendum, (de quo vide quæ ad Veteris Hispaniæ tabulam dicimus.) inde Cæsari populi fortè, à gæsis terendis. de quibus plura in nostro Thesauro. Equitatum horum quàm pestitatum meliorem, idem asserit. Hos equites scribit Cæsar multis carnis, magnisque impedimentis solere venire. Bigis & curribus dimicare hos, etiam Liuius & Pomponius tradunt. Essedis, (quæ idem.) Strabo. Ex his curribus obnum hostem iaculo primum appetunt, tum reiicto curru, pedites ensibus certant. Diodorus. In prælijs caetteris vti, in quibus erant sena millia armatorum, ex Vegetio intelligo. Supra vmbilicorum proportione, gladius longus, ad dextrum dependens latus, lucum longum, lanceæ pro proportione, [has ferro cubiti aut amplius longitudinis, paullo minus duobus palmis latas, dicit Diodorus] & ⁊ meris tragulæ genus nonnulli etiam arcubus vtuntur & fundis habent & lignum pili forma, quod non ameato, sed è manu torquetur, longius etiam atque sagitta. Gesa, sic dicta Gallorum quædam tela, habet Nonius ex Varione, vbi hæc, Qui gladiis cincti sue scuto cum binis geiis essent. De his quoque Virgilius, *Duo quisque Alpin coruscant, gesa manu.* Hastas vtiles interpretatur ad hunc locum Seruius. & addit, viros fortes Gesos à Gallis vocari. Sed Gæsa per diphthõgou scribendum, (de quo vide quæ ad Veteris Hispaniæ tabulam dicimus.) inde Cæsari populi fortè, à gæsis terendis. de quibus plura in nostro Thesauro. Equitatum horum quàm pestitatum meliorem, idem asserit. Hos equites scribit Cæsar multis carnis, magnisque impedimentis solere venire. Bigis & curribus dimicare hos, etiam Liuius & Pomponius tradunt. Essedis, (quæ idem.) Strabo. Ex his curribus obnum hostem iaculo primum appetunt, tum reiicto curru, pedites ensibus certant. Diodorus. In prælijs caetteris vti, in quibus erant sena millia armatorum, ex Vegetio intelligo. Supra vmbilicorum erant nudi, sed operiebantur, malè autem, scuto longo, quia ad amplitudinem corporis, parum lato, auctores Liuius, Polybius: item Virgilius, *Scutis protecti corpora longis.* ad staturam hominis longa, pro libitu cuiusque ornata, quibuldam animalium formis, paullum eminentibus. Diodorus. qui & hoc, Galea aerea paullo eminentiori capiti munitum, in qua aut cornua, aut auium, vel quadripedum effigies fulgurat. tubas quoque eos habere in bellis, idem testis. Gladij erant graues, Polybio. prælongi, Liuio. ac fine mucronibus, ad hoc tantum vtiles, vt desiuperi, in hostem impingerentur: (vnde, *Alii conjurgit in ensem.* Virgilius, censore Seruio.) Strabonẽ. quibus imperentes capita hostium abscindebant. sed malè fabricati, & ex molli ferro, vt habet Polyænus 8. quare, de isdem, sic ex Polybio Suidas, ita sunt parati, vt primo impetu vnam plagam inferant: deinde flatim tea curuantur & inflectuntur in longitudinem & latitudinem, vt nisi spatium recedendi & pede contigendi dederis, celeriter alter ictus illorum fit tirutus. Ipathas vocat Diodorus, aneaq. catena à dextero latere pendentes. Laudat multonimus hunc Galleum esiem (machæram) Iul. Pollux, Circum collum aureos torques gestare. [*Lodia colla Auro mulcentur*, Virgilius.] ac circa brachia ac manus, brachialia, & qui honores gerunt, vestes tinctas, atque auro variegatas, docent Polybius, Strabo, & Diodorus. [*Atque aurea cæsies*, Virgil.] Corallio adornabant gladios, & scuta, Plinius. Thoraces ferreos etiam quidam ornabant auro. Diodorus. Prælium incuntibus, his cantus, vlulatus, clamores, tuipuita, & quatientium scuta in parem quendam modum, horrendus armorum ereptus tantus, vt circumstantia omnia loca vocem emittere videbantur. Polybius & Liuius. Canibus quoque pugnare aiunt Strabo & Diodorus. Secum etiam in bello ducebant, (si fides apud Athenæum Posidonio) patasitos: à quibus laudes ipsorum cum cantu prædicari volebant: Diodorus sanè idem confirmat. Si feliciores cum hostẽ prælia fuerunt, Dis captiuos immolare soleut: vt ex Sospatre credit Athenæus. Cum à pugna redeunt, aiuit Strabonem, capita hostium de collis equorum suspendunt, & spectaculi gratia ante portas opidorum affigunt. Nobilium vero, aiuit Diodorum, capita aromatibus vncta, in theeis condunt summa diligentia; ostendentes ea hospitibus: nullo pretio ea vel parentibus vel alijs reddunt. Liuius scribit, hos Post-

Materis legẽdum, & idẽ esse cum matara Cæsaris, doctioribus placere videtur.

humq

humij corporis spolia, capuque præcisum, ouantes in templo, quod sanctissimum est apud eos, intulisse. Purgato inde capite, vt mos iis est, caluam auro cælauere: idque sacrum vartis fuisse, quo solennibus hibarent: poculumque facerdotibus. esse, ac templi ministrtibus. vnde hæc Silus, *At Celtæ vacui capitis circumdare sueti, Ossa (nefas auro & mensis ea pocula seruant.* De horum equestris pugnæ consti tutione, quam trimarcisiam nominant, lege Pausaniam in Phocicis. item de Silodunis, vt Athenæus, siue Solduris, vt Cæsar eos vocat, lege ipsos, & si lubet, adde his, quæ habet Leo Imp. de Bellico apparatu 18. numero 88. Nunc ad vitam horum familiarem. In omni Gallia, (testis Cæsar) qui in aliquo sunt numero atq. honore, genera sunt duo, alterum est Druidum, alterum est equitum. Hi tesq. habet. Illi rebus diuinis interfunt, facta publica & priuata procurant, religiones interpretantur, &c. nam plebs seruorum habetur loco. in hos ea omnia sunt iura, quæ dominis in seruos. Liberos suos, nisi adoleuerint, vt munus militiæ sustinere possint, palam ad se redire non patiuntur. Filiumq. in puerili ætate in publico in conspectu patris assistere, turpe ducunt. Viri quantas pecunias ab vxoribus dot s nomine accepennt, tantas ex suis bouis, æstimatione facta, cum dotibus communicant: huius omnis pecuniæ conuunctim ratio habeint, fructusq. seruantur. vter eotum vita superant, ad eum pars vtriusq. cum fructibus superiorum temporum peruenit. Viri in vxores, sicuti in liberos, vitæ necisque habent potestatem, &c. hæc ex Cæsare 6. Gallic. vbi plura. Horum mulieres speciosas, magnitudine & robore viris similes, fecit Diodorus: fecundas & bonas educatrices. siue, vt Strabo, patiendo educandoq; fecices. Has cum liberis vna lauantes in balnea ollas cum pultis detulisse, scribit Plutarchus 8. Conuiual. Harum dignitarum exemplum habe ex eiusdem de Virtutib. mulierum, vbi tradit morem inolueisse, vt pacis & belli cum feminis inirent concilia, atq. arbitrio earum hæc committerent. hoc idem Polyænus 7. Sed cum mulieres habeant speciosas, inquiunt Athenæus & Diodorus, ad mares tamen, siue amorem puerilem, præter modum sunt cupidiores. An verè: non putauerim de Gallis generatim: at speciatim potius de Braccata, in qua Massilienses, Græca gens: quarum mollitiem effœminatofq; mores redarguunt apud Suidam, adagia, Massiliam nauiges ad hanc eandem quoque relego hæc D. Clementis 9. Recog. apud Gallos lex prisca constituit, nuptum ttadi publicè puctos, nec opprobrium ex hoc aliquod duci. Strabonem de isdem loqui puto, vbi ait, turpe non iudicari, si adolescentes flore ætatis abutantur. De Celtis, hoc Stobæi quoque non negligendum, apud hos nempe graujus animaduerti in eum qui peregrinum, quàm qui ciuem occiderit: huic enim exilium, illi mors pœna statuitur. an in Hetaclia via forte hic mos? Quod ad vestitum attinet, saga ferunt, [*Virgate lucent sagulis* Virgilius.] teste Strabone: & ex lana texunt. quas laenas vocant (chlenas potius. putat Casaubonus) & braccis vtuntur, circum extentis, vel *laxis* vt dicit Lucanus. Loco tunicarum vtuntur, velte fistili manicata, vsque ad pudenda & nates dimissa. *Dumidiesqu natei Gallica palla tegit.* sic habet Martialis. Hactenus apud nos hæc plane forma genus vestis in vsu est, quam nostrates pallatrock, vel corrupte paletrock (rock nobis vestem significat) nominant. Aristotelem 7. Polyticor. eadem velle verissimile, vbi dicit Gallos breui tegumento vestiri. Idem Martialis etiam horum vestis bardocucullis Santonici meminit. Sed & his aliud genus vestimenti, de quo Plinius hoc. Lanæ per se coactæ vestem faciunt, & si addatur acetum, etiam ferro resistit; Galliarum, vt arbitror, inuentum. Idem scutulis diuidere vestem, hos instruisse. Apud Isidorum ex Plauto hæc verba referuntur, Linna cooperta est textrino Gallia. Annulis dicit vti, in digitis Diodorus: tantùm in medio, Plinius. Iumentis delectari, Cæsar auctor. Nunc de victus ratione. Fictilia in vsu habent densa, ac floribus distincta. Cœnant sedendo omnes, non in sedibus, sed in solo, super luporum aut canum stratis pellibus. [in tons, Strabo] Ministrant eis pueri iuniores, ætate tenera. Iuxta eos ignes fiunt: queis ollæ sunt & verua plena carnibus. Diodorus. maximè suillis tam recenibus, quàm saltis, sed & omnis generis carnibus. sed plerumq. cibus cum lacte est: teste Strabone. Sed & Athenæi ex Posidonio verba, en vide, Celtæ fœno substrato libationes propinant super ligneis mensis, à terra parum exstantibus. Panis & is paucus, [panem hunc fermento leuiorem eos facere, annotauit Plinius.] cibus est cato multa elixa in aqua, vel super prunis aut in verutis assa hanc leonum modo ambabus manibus artus integros tollunt, morsuq. dilaniant: & si quid ægrius diuellatur, exiguo id cultello præcidunt. Apponunt in conuiuiis pisces, qui fluuios accolunt; & Interioris siue Exterioris maris littora: eosq. assos, cum sale, aceto, & cymino. quod etiam potioni miciunt. Conuiuæ plures si ad cœnam conueniant, in orbem consident. In medio præstantissimi sedes est, eius nimirum qui bellica dexteriate, vel nobilitate generis, vel diuitiis, ceteros anteit. Qui sunt à poculis, potum ferunt in vasis ollæ similibus, aut fictilibus, aut argenteis. Ex eadem materia sunt & patinæ, quibus adeuhunt cibaria: ænææ tamen aliquibus: nonnullis patinarum loco, canistra lignea, vitilibus contexta. Locupletes vinum bibunt, ex Italia peritum, vel Massiliensium regione, & id merum, interdum aquæ paullulum adfundentes: de cœna nuncupant. Sorbillant autem paullatim ex eodem poculo, frequentius pitissantes. Pocula dextra sinistratq. manu puer circumfert. Sed, & fruge madida potum ad ebrietatem fecisse, Plinius auctor. Ex hordeo potum, quem Zythum appellant, facere: & alii ex aqua in qua fauum mellis lauerint. Diodorus. Immo multiplices potus ad vini similitudinem eos affectare, Ammianus. Sed & humanis carnibus vesci, lego apud Diodorum. an hostium forte? hoc enim hos fecisse ad Thermopylas, ex Pausania constat. an verè quod homines immolare soleant? hoc ipsum enim, ex Plinij sententia, parum à mandendo abest. De Icordifcis Gallis mihi olimus legimus apud Sext. Rufum, eos ex capitiuorum capitum ossibus sanguinem aliquando bibisse humanum. Hospites etiam ad epulas vocant, & qui sint, qua causa venerint post cœnam rogant. Diodorus. Consuetuerant quoque sumpto cibo, ad seporum, prout casus intulit, concertationem surgentes, ex prouocatione certare inuicem, nulla habita vitæ cura. idq. hoc modo, vt refert apud Athenæũ Posidonius, Armati sese inuicem ab vmbratilem pugnam prouocant, summasq. tantùm manus ad gladiorum cuspides conserunt, nonnumquam ad vsq. vulnera ret procedit: ac tum irritati, nisi qui adiunt eos dirimant, ac inhibeant, ad mortem vsq. prœliantur. *Non pauentis funera Gallis*, hinc fortè Horatius. Priscis quoque temporibus mos apud illos fuit, vt appositis pecudũ artubus femur sumeret ftenuissimus, & si quis alius id sibi vendicaret, ad alterius interitum vsq. gladiis pugnatent. Alij aurum argentiumque in theatro accipiunt, aut dolorum vini certum numerum: & vbi iureiurando polliciti fuot id se perpessuros, cuius causa dona accepetunt, munera q; accepta intimis & carissimis amicis dispartiti sunt, supinos se distendunt, & in scutis iacent, adflante qui gladio iugulum fodiat, & exscindat. In terra super strato gramine dormiunt. Polybius in fetarum autem pellibus, Diodorus de Braccata vero hoc, ex Athenæi 13. mihi persuadeo, vbi hęc, Super pellibus sapius cum duobus caramitis concubunt. Græcorum Massiliensium, non verorum veterumq. Celtarũ hoc esse, vllus credet: quibus nempe moris, vt suprà ex Iuliano Imp. diximus, Venetem tantùm prolis gratia nosse. Domicilia, teste Cæsare, plerumq. in silua. aut circa flumina, æstus vitandi causa. eaque ex scandulis robusteis, aut stramentis, Vitruuio. è tabula & cratibus rotunda construere, magno impositio fastigio, scribit Strabo. hæc stipula tegere. Plinius. Horum ianuas nunquam claudunt, nisi fallat apud Stobæum, Nicolaus. Hypocaustorum siue stufatum vsum habuisse, historiola Iuliam Imp. in Misopogono, documento est. Villas habebant, nullis septas mœnibus, vt scribit Polybius. mœnibus enim eorum opida includere, inquit Trogus, à Massiliensibus didicere. Horumq. murorum structuram, discere ex Cæsare 7. Gallicor. ibidem etiam hoc, Vbi maior atque illustrior incidit res clamore per agros regionesq, significant hunc alij deinde excipiunt, & proximis tradunt. Nate adsuetos hos dicit Ammianus 25. In venationibus lagittis vti solere venenatis, apud Corn. Celsum disco, item de illsem, ex Plinio, hæc Gellius, Gallos in venatibus tingere elleboro sagittas, quòd his ictæ exanimatæ feræ, tenetiores ad epulas fiunt: sed propter elleboti contagium vulnera ex sagittis facta, circumcidere latius dicuntur. Ipse Plinius quoque limeum herbam nominat, qua sagittas suas in venatu tinguunt medicamento, quod venenum ceruarium vocant. Aristoteles in Admirandis tradit apud Celtas venenum reperiri quod toxicum (teuicum legebat Latinus interpres) ipsi appellant, tanta celeritate inficiens, necanisque, vt venatores Celtæ cum ceruum iaculo percusserint, festinato adcurrunt, carnemq; vulneratam exsecent, ne venenio promeante animal putrefiat, alimentoq. inutile reddatur, &c. Ex taxo arbore hoc fieri, quod existimem, Plinius facit, vbi dicit taxica venena adpellata, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tinguntur. De taxi veneno suprà diximus. Sed & arborem apud Celtas nasci ficus similem, quæ fructum edit forma capituli columnæ Corinthiaci. qui fructus inestus, fuecum emittat iaculis inunctus, qui lethalis, auctor est, ex aliorum fide, Strabo. Gallos terræmotum non timere, auctores habeo Aristotelem & Plutarchum. verè ne, an falsò? Aliud insignis audaciæ, aut potius temeritatis, en ex Variis Æliani, exemplum, aut si mauis figmentum. Adeò ducunt (inquit) ignominiosum, fugere. vt è cortuentibus & collabantibus ædificiis sæpe non effugiant, sed ne ardentibus quidem; ita vt iuxendio igniq. circumueniantur. Multi etiam inundantem Oceanum sustinent. Quidam etiam in fluctus eius armati sese iniciunt, & eorum impetum excipiunt protensis gladiis euaginatis, & hastis vibratis, perinde ac si vel terrere, vel vulnerare possent. Credat Iudæus appella. non ego. credit ramen Stobæus, & ante hunc Nicolaus. Hic verum experior hoc Plinij. Haud alium esse fidei proniorem lapsum, quam vbi falsæ res grauis auctor existit. An hoc fortè illud spectaculum ad Occidentalem Oceanum, ad quod Lucianus in Apologia scribit Sabinum suum, Gallia peragrata, profectum? vt fabulam gabula compensem. Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica & sumptuosa: omniq; quæ vitiis cordi fuisse arbitrantur, in iguem inferunt, etiam animalia: ac paullo supra hanc memoriam, seruos & clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, iustis funebribus confectis, vna cremabantur. sic Cæsar. adiicit Mela, Cùm mortuus cremant ac defodũt apta viuentibus olim: negotiorum ratio etiam & exactio crediti differebatur ad inferos. Erantq. qui se in togis suorum, velut vna victuri, libenter immitterent. & Diodorus, In defunctorum pyram epistolas scriptas quidam coniiciunt, tamquam eas mortui sint lecturi. increuit enim apud eos Pythagoræ sententia, qua dixit, animas hominum esse immortales; tursus eas defunctis corporibus, post certum tempus in alia corpora reuersuras. En Val. Maximi verba, Mos vetus Gallorum quos memoria proditum est, pecunias mutuas, quæ hic apud Inferos redderentur, date solitos. sed philosophiam fœneratoriam hanc vocat, idem. Nou mirum hos Pythagoræ sententiam amplecti, si verum quod apud Clem. Alexandrinum prodidit quidam Alexander, Pythagoram nempe Gallias adisse. Apud virorum fortium busta abnoctare, scribit ex Nicandro Tertullianus: indeq; oracula captare. Hoccet faciendus mihi Cicero, vbi pro M. Fonteio scribit Gallos minimè vlla religione mouerit. Liuius enim et sin cetetis satis huic gentri iniquus, negligentem tamen haudquaquam religionis adfimat. & Cæsar 7. Gallic. cui pentius consignita hæc natio, dicit eam admodum dediram religionibus. Idem, Deum maximè Mercurium colunt, huius sunt plurima simulacra: hunc omnium inuentorem artium ferunt: hunc viarum atque itinerum ducem, hunc ad quæstum pecuniæ mercaturasq; habere vim maximam arbitrantur. huic humanas victimas immolabant, vt habet Minutius Felix. Post hunc Apollinem, & Martem, & Iouem, & Mineruam. de his eandem ferè, quam reliquæ gentes, habent opinionem: Apollinem morbos depellere: Mineruam opetum atque artificiorum initia transdere: Iouem imperium cœlestium renere: Martem bella gerere. Celtas Iouem colere, attestatur Max. Tyrius, cuius signum altissima quercus. De Mercurio audi Plinium 34. cap. 7. Omnem amplitudinem statuarum vicit ætate nostra Zenodorus, Mercurio facto in ciuitate Galliæ Arueinis, per annos decem H. S. CCCC. manipteiio. Dianam, eamque Ephesiam templum habuisse apud Massilienses, Strabo testis. & apud Gallogræcos Dianam cultam, Polyænus. 8. & Plutarchus de Virtutib. Mulier. Sed & aliam coluisse, Ardueanæ cognomine, testimonio marmor antiquum est, cuius inscriptionem infra legendam propommus. In Ardunna silua hanc locum habuisse venfimile. DIANAE autem ARDVINNAE pro Dianæ Ardueunæ scriptum, neminem in antiquis inscriptionibus versarum ignorare puto. I. enim pro E. & E. pro I. vsurpatum sæpius à priscis. Huicque sacram hanc Arduennam siluam factam, aut templum (quod potius credidetim) in ea exstructum à veteribus Gallis, religioui adeò deditis, aut si mauis ab ipsis Romanis, tanquam in totius horum Imperij nemore maximo celebertimeque, & huic deæ dignissimo quid mirum? mmirum in loco huic (Α'γχιστρωι) Venationi, Venatricis, Nemorali, Nemorumq. & Siluarum Deæ, Virgini, Custodi, (his enim epithetis eam celebrauit gentilitia antiquitas) consecrẽtissimo? Etsin sine Hesum, & Teutatem, Taranum, deos habuisse, Lactantius, Lucanus, & Minutius Felix referunt. sed Martem, Mercurium, Iouem, hos pleriq. docti interpretãtur. Belenũ horum dei mentio, apud Ausonium, qui Belis eti apud Herodianum, vt ad illum annotauit doctissimus Iul. Scaliger. an hic idem cum Tibileno (Tertullianì) sit, disputat P. Pithoeus in aduersarius. sed Apollinem interpretatur. Abellio horum deus quoque, quem ex veteri inscriptione adducit dictus Scaliger, loco dicto. idem etiam Onuana deam. Et Dusios dæmonas quosdam immundos, sic dictos, habet D. Augustinus de Ciuitate Dei. An Serapin etiam deum (eundem forte cum Plutone) coluerint, colligere licet videntes ex Ammiani quibusdam verbis libri 16. dictus Pithoeus in dictis Aduersariis. Cap. 3. quen vide. Vulcanum quoque pro deo coluisse à Floro discimus: qui huic Romanorum arma eos promisse scribit. Deos suos in dextram conuersi adorabant. Athenæus, de eo sic Plinius 28. cap. 2. In adorando dextram ad osculum referimus, torumq. corpus circumagimus: quod in lævum fecisse, Galliæ religiosum credunt. Hisq. homicidio alisiq. rebus sacrificabant: Marti inprimis, teste Cæsare, qui ita, Hunc, cum prœlio dimicare constituerint, ea, quæ bello cœperunt, plerumque deuouent: quæ superauerint, animalia capta immolant: reliquasq. res in vnum locum conferunt. multis in ciuitatibus harum rerum exstructos tumulos locis consecratis conspicari licet, neque sæpe accidit, vt neglecta quispiam religione, aut capta apud se occultare, aut posita tollere auderet: grauissimumq. ei rei supplicium cum cruciatu constituit. Idem Diodorus, obseruant, inquit, in deorum sacris, templisq. plurimum auri dis oblatum, spargunt; neque illud inoolatum quisquam, propter religionem audet contingere. Sed pergit Cæsar, Qui sunt affecti grauioribus morbis, quique in prœlio periculisq. versantur, aut pro victimis

De Druidibus vide quæ diximus ad tabulæ Galliæ Cæsaris.

,, victimis homines immolant, aut se immolaturos vouent: administrisq. ad ea sacrificia Druidibus vtuntur: quòd pro vita hominis, nisi vita hominis reddatur
,, non posse deorum immortalium numen placari arbitrantur: publicèque eiusdem generis habent instituta sacrificia. Alij immani magnitudine simulacra habent:
,, quorum contexta viminibus membra, viuis hominibus complent: quibus succensis, circumuenti flamma exanimantur homines. Supplicia eorum qui in furto aut
,, latrocinio aut aliqua noxa sunt comprehensi, gratiora diis immortalibus esse arbitrantur. sed cùm eius generis copia deficit, etiam ad innocentium supplicia descendunt. hucusque ille. Idem sed paullo aliter audi à Strabone, Quosdam in sacris, sagittis configebant, aut in crucem agebant: ac fœni colosso exstructo, defixo ligno, pecudes & omnis generis bestias, ac homines concremabant, item sic Diodorus. Noxios quinquennio seruatos sudibus affixos, diis sacrificant, cumque aliis primitiis super ingentes pyras immolant. Mercurio quoque humanas hostias cædere, Minutius Felix auctor est. *Maior atas*, inquit Tertullianus in Apologetico, *Mercurio profecatur*, Adeo vt satius fuisset, vt scripsit Plutarchus de Superstitione, Galatis, si nullam omnino habuissent notionem deorum, quàm deos esse existimarent, qui hominum mactatorum, cruore inuscentur, ac maximè solemne hoc sacrificium & victimam existimare. Solinus quoque hunc detestabilem morem, non ad honorem, sed potiùs ad iniuriam religionis facere existimat. Hic hominum autem immolandi, non diis tantum mos: sed & in diuinationibus vsus erat. Homines namque sacris deuotos, tergum feriebant, & ex eius palpitatione aruolabantur: vt habet Strabo. Cùm de rebus magnis consultant, mirabilem ancipitibilemque obseruant consuetudinem, hominem immolantes feriunt ense super septum transuersum. Nullum autem his sacrificium, sine Druide. sic Diodorus. Et quamuis has hominum immolationes veritas sub Tiberio Cæs. prodat Plinius, ad sua tamen vsque tempora (quæ sunt Constantini Magni) perduraisse, deplorat Eusebius, 4. Præp. Verbenaca herba hos etiam sortiri, & responsa præcinire, commemoratur à Plinio. Apud Spartianum in Pescennio lege, apud Gallos facta quædam esse, quæ castissimis decernebantur. Atque hæc de tribus Galliis genetatim. de quibus plura apud Cæsarem, Liuium, Ammianum, Strabonem, Diodorum, Polybium, Athenæum. Possent etiam quædam de his dici speciatim, si tulisset pagina. Etiam de quarta Narbonensi, quæ prouincia Romana, à ceteris soli & cæli hominumque indole differente, & vt Pomponius inquit, magis culta, & magis consita, ideoq; etiam lætiore. De ea itaque aliàs, & seorsim. At en inscriptio vetus, de qua suprà.

DIS. MANIBVS.

Q. CÆSIVS. Q. F. CLAVD.

ATILIANVS. SACERDOS.

DEANÆ. ARDVINNÆ.

FECIT. SIBI. ET. SVIS. HÆRED.

IN. FR. P. XII. IN. AGR. P. XV.

IIII. ID. OCT.

IMP. CÆS. FLAVIO. DOMITIANO. VIII.

ET. C. VALERIO. MESSALINO. COS.

Marmor hoc repertum via Decia Salaria ad Septem Balneas, at Marcilianum translatum, vt habet ex P. Ligorio Iulius Iacobonius, in Appendice ad Bap. Fontei Commentaria de prisca Gæsiorum gente.

DIANA ARDOINNA quoque in Smetij inscriptionum antiquarum Volumine legitur, folio 22. num. 8.

Quia ex Strabone diximus Gallos ita componere crines suos, vt Pansibus similes videantur, hunc C. Vibij Pansæ nummum cum Panos capite, vt alter cum altero conferatur intelligaturque adpingi curauimus. & quod à doctissimo viro atque Antiquitatis Romanæ peritissimo Fulvio Vrsino dissentiam, faciunt multa alia numismata, in quibus videam non infrequenter imaginem, aut saltem imaginis vestigium eius nominis qui cum percuti curauit. vt hic Pansa, à Pan: In Flori nummo florem: in Thorij, thorum siue taurum: in Vitalis, vitulum: in Lariscoti, larices: in Musæ, Musas: in Vallæ, vallum: in Petroniæ Petoniam deam: in Sabini, Sabinos: in Reniæ, renos, &c. Adde hic quæ habet ipse Fulvius in Familiis Romanis fol. 195.

GALLIA IVLII CÆSARIS.

TA hanc tabulam inscribo: est enim pura puta Cæsaris, hoc est, ex huius Commentariis tantùm delineata: neque vllam vocem aut locum ex alio vllo auctore huic addidimus: neque etiam vllum qui iisdem Commentariis continebatur, prætermisimus. Hoc volui Lector, vt scires. ne frustra, quæ apud alios veteres scriptores de Gallia legeris, ex hac tabula peti debere, tibi persuadeas. De regionis incolarumque natura, vt soleo aliorum, hic nihil quoque addam: quia quiuis hoc potest ex solo Cæsare, qui omnibus præstò & ad manus. Quare enim hoc hic ex aliis, cùm ipsa tabula non ex alio? Libuit autem huius loco, hæc de Druidibus ex omni veteri historia huic attexere.

Cæsar VI. Gallicor. duo genera hominũ in Gallia esse, qui in aliquo sunt honore, nobis scriptum reliquit. vnum horum Druidum esse ait, alterum equitum. Strabo tria nominat; Bardos, Vates, & Druidas. Sic quoque Lucanus, his versibus, *Laudibus in longum Vates dimittitis ævum: Plurima securi fudistis carmina Bardi: Et vos Barbaricos ritus morémque sinistrum Sacrorum Druidæ, &c.* Idem Marcellinus, nisi quòd loco *Vates*, Eubages legat. Diodorus Bardorum tantùm meminit, & Druidum; sed horum alio nomine, idem tamen significante, Saronidarum nempe. Plinius non semel videtur eos communi nomine Magos appellare. Philosophos nominat Lucianus in Hercule Ogmio. Illud de nomine, hoc de ipsis. Equites, (inquit Cæsar) cùm est vsus, atque aliquod bellum incidit, omnes in bello versantur: atque eorum, vt quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque habet. hanc vnam gratiam, potentiamque nouerunt. Bardi poëtæ sunt, teste Athenæo atque Strabone, & hymnos laudesque clarorum virorum cantant. Sunt melodiarum poëtæ apud Diodorum, qui cum organis veluti cum lyra cantant, hos laudantes, alios vituperantes. Festus Pompeius quoque hos virorum fortium laudes canere scribit, & Gallicè Bardum cantorem significare. Hæc de his iisdem Marcellinus, Bardi fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus, cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt. Ex Strabone video hos vates vocari, sacrificare, & naturam rerum contemplari. Ammianus (qui eosdem Eubages appellat) hoc de his: Scrutantes summa & sublimia naturæ, pandere conabantur. Omnes has voces, Bardi, Vates, Eubages, Semnothei, & Saronides, credit doctissimus Petrus Pythœus synonyma Druidarum. quòd autem illi ego quoque suffragabor, facit, quòd videam omnia quæ à diuersis scriptoribus singulis his attribuuntur, vnis conueniant Druidibus. quod palàm fiet ex his quæ sequuntur.

DRVIDES itaque siue Druidas (vtrumque enim apud bonos auctores scriptum reperio) philosophos & Theologos facit Diodorus. Horum disciplinam in Britannia repertam dicit Cæsar, docet Tacitus 14. Annal. & inde in Galliam translatam, & qui eam rem diligentiùs cognoscere volunt, plerumque illò discendi causa proficisci. Sed hos eosdem his ipsius Cæsaris verbis, quia nemo alius luculentiùs, describamus: *Illi rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur: ad hos magnus adolescentium numerus disciplinæ causa concurrit, magnóque ij sunt apud eos honore. nam ferè de omnibus controuersiis publicis priuatisq. constituunt: & si quod est admissum facinus, si cædes facta, si de hereditate, de finibus controuersia est, iidem decernunt: præmia pœnásque constituunt. si quis aut priuatus, aut populus, eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. hæc pœna apud eos est gratissima. A bello abesse consueuerunt, neque tributa vnà cum reliquis pendunt. militiæ vacationem, omniúmque rerum habent immunitatem: tantis excitati præmiis, & sua sponte multi in disciplinam conueniunt, & à propinquis parentibúsque mittuntur: magnum ibi numerum versuum edisceré dicuntur, itaque nonnulli annos vicenos in disciplina permanent: neque fas esse existimant ea litteris mandare, cùm in reliquis ferè rebus, publicis, priuatisque rationibus, Græcis litteris vtantur. id mihi duabus de causis instituisse videntur, quòd neque in vulgum disciplinam efferri velint, neque eos qui discunt, literis confisos, minùs memoriæ studere (quod ferè plerisque accidit) vt præsidio literarum, diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. In primis hoc volunt persuadere: Non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios: atque hoc maximè ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto. Multa præterea de sideribus atq. eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant, & iuuentuti transdunt.* Hactenus Cæsar. Sed maioris notitiæ caussa, ea quoq. quæ alij de his, adiiciemus. Apud Pomponium hæc sunt: Hi terræ mundique magnitudinem & formam, motus cæli & siderum, ac quid dij velint, scire profitentur: docent multa nobilissimos gentis clàm & diu vicenis annis in specu, aut in abditis saltibus. Vnum ex iis quæ præcipiunt, in vulgus effluit, videlicet vt forent ad bella meliores, æternas esse animas, vitamque alteram ad Manes. Apud Marcellinum hæc lego, Druidæ ingeniis celsiores, vt auctoritas Pythagoræ decreuit, sodalitiis adstricti consortiis quæstionibus occultarum rerum altarumque erecti sunt: ac despectantes humana, pronunciarunt animas immortales. Laërtius dicit hos obscurè ac per sententias philosophari; colendos Deos, nihil mali faciendum, & exercendam fortitudinem. Sed ex Strabonis 4. audiamus quæ sequuntur: Druidæ præter rerum naturæ philosophiam etiam de moribus disputant. De horum iustitia summa est omnium opinio: ita & publica iis & priuata iudicia committuntur, & aliquando caussis bellorum disceptandis iam acie congressuros, composuerunt. Maximè iudicia de cæde iis commissa sunt. cumque horum multus est prouentus, agrorum quoque fertilitatem consequi putant. Cùm hi, tum alij, animã interitus expertẽ statuunt, & mundũ: tamen aliquando ignem & aquam superatura. Ex Diodori lectione hæc de iisdẽ habe: Vtuntur insuper diuinatoribus: qui apud eos cùm & augurijs & sacrificiis futura prædicant, plurimi existimantur, omni eis obtemperante plebe. Cùm verò de rebus magnis consultant, mirabilẽ incredibilẽque seruant consuetudinem. hominẽ enim immolantes, feriunt ense super septũ trãsuersum: quo decidẽte, tum ex casu, tum ex mẽbrorum dilaceratione, tum etiam ex sanguinis fluxu, ex quadã antiqua rerũ obseruatione, norunt futura. Est apud eos moris, nullũ absque philosopho sacrificium facere. Existimant enim per diuinæ naturæ conscios sacra fieri oportere, tanquã linguæ Deorum peritos: atque horum intercessione bona à Diis censent petenda. Quorum consilio, & pace & bello fruuntur. De hac hominum immolatione dictus Strabo lib. 7. vbi eos vates nominat. Poëtæ verò tanti apud eos fiunt, vt cùm instructa acie exercitus eductis ensibus, iactisque iaculis propinquant, non solùm amici, sed & hostes quoque, eorum interuentu à pugna conquiescunt. Ita apud agrestiores barbaros ita cedit sapientiæ, & Mars reueretur Musas. sic Diodorus. Nunc Dionem Prusæum adeamus, qui hæc: Celtæ habent Druidas, diuinationis studiosos atque sapientiæ, sine quibus nihil licitum est regibus facere, aut consulere: ita vt si quis verum dicat, illi regnent: reges autem sententiæ sint ministri & serui, licet in thronis aureis sedeant, magnasque domos habitent, & sumtuosè contuiuentur. Huc quoque adducemus hæc ex Lucano, *Et vos barbaricos ritus morémque sinistrum Sacrorum Druidæ positis repetistis ab armis. Solis nosse Deos, & cœli numina vobis, Aut solis nescire datum. nemora alta remotis Incolitis lucis, vobis auctoribus, umbræ Non tacitas Erebi sedes, Ditisq. profundi Pallida regna petunt, &c.* His autem omnibus Druidibus, teste Cæsare, præest vnus, qui habet inter eos auctoritatem. hoc mortuo, si quis ex reliquis excellit dignitate, succedit: at si sint plures pares, suffragio Druidum adlegitur. nonnumquam etiam de principatu armis contendunt, ij certo anni tempore in finibus Carnutum, (ad Ligerim fluuium, si fides Queruli comœdiæ, quæ Plauti nomen præfert) quæ regio totius Galliæ media habetur, considunt; in loco sacrato. huc omnes vndique qui controuersias habent, conueniunt: eorumque iudiciis decretisque parent. (In his Carnutibus hodie Druidum nomen superesse videtur in loco *Dreux* dicto.) Gab. Symeonius in Cæsare suo renouato, scribit se in huius tractus saltibus vidisse horum Druidum antiqua palatij vestigia. Atq. hæc de Druidibus, quorum magiam & homines immo-

GALLIA
VETVS,
Ad Iulij Cæsaris commentaria.
ex
Conatibus geographicis
Abrah. Ortelij.
1590.
Galli apud Cæsarem nominati descripti.
IN BELGICA,
Atrebas
Commius.
Eburones
Ambiorix
Cattivulcus.
Bellovaci
Corbeus
Vertiscus.
Nervij
Boduognatus
Vertico.
Treviri
Induciomarus
Cingetorix.
Suessiones
Divitiacus
Galba.
Remi
Antebrogius
Iccius.
IN CELTICA,
Aedui
Cavarillus
Cotus
Convictolitanus
Dumnorix
Divitiacus
Eporedix
Liscus
Litavicus
Surus
Vedeliacus
Virdumarus.
Helvetij
Orgetorix
Verodoctus
Numenius
Divicus.
Sequani
Casticus
Catamantales.
Senones
Cavarinus
Moritasgus
Acco
Drapes.
Andes
Dumnacus.
Lemovix
Sedulius.
Carnutes
Tasgetius
Cotuatus
Conetodunus
Guturvatus.
Vnellus
Viridovix.
Cadurcus
Luterius.
Averni
Vercingetorix
Celtillus
Gobanitio
Vergasilaunus
Critognatus
Epasnactus.
Aulercus
Camulogenus.
Nitiobriges
Ollovico
Theutomatus.
Helvij
Caburus
C.Val.Donataurus.
IN AQVITANIA,
Piso
Adcantuanus.
OCCIDENS.
REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, DOMINO D. LAEVINO TORRENTIO, EPISCOPO ANTVERPIENSI, APVD AMBIVARITOS, EIVS VIRTVTIS CVLTOR ABRAH. ORTELIVS REG. MAIEST. GEOGRAPHVS DEVOTISSIME DEDICAB.
BRITANNIAE PARS.
Londinum
Tamesis
OCEANVS BRITANNICVS.
Caletes.
Sequana fluvius.
Ambibari.
Lexobij.
Aulerci, qui Eburouices.
Ambiliates.
Sesunij.
Osisini.
ARMORICAE, Sive MARITIMAE CIVITATES.
Lemovices.
Curiosolites.
Aulerci, qui Diablintres.
Rhedones.
Aulerci, qui Cenomani.
Vnelli.
Andes.
Turones.
Ligeris fluvius.
Veneti.
Cadetes.
Venetia.
Ligeris fluvius.
Venetorum insulae.
1. 2. 3. 4. opida Venetorum, quæ Cæsar describit, at non nominat.
Nannetes.
Pictones.
TAE, SIVE
Santones.
Lemovicum
OCEANVS AQVITANICVS.
GAL
Garumni.
Petrocorij.
Cadurci.
Garumna fluvius.
Vxellodunum.
Cocosates.
Vocates.
QVI
Garites.
Tarbelli.
TA
Preciani.
Tarusates.
Tarusatum opidum
Ausci.
Cantabri.
Bigerriones.
NI
Elusates.
Sibutzates.
Sontiates.
HISPANIAE PARS.
Pyrenei montes.

Cum Imp. Reg. et cancellariæ Brabantiæ privilegio decennali.
Rhenus flu.
Batavorum insula
Mosa fluvius
Paemani.
Ambivariti.
Grudij.
Leuaci.
Advatici.
Eburones.
Centrones.
Caeresi.
Segni.
Condrusi.
Essui.
Treviri.
ARDVENNA SILVA
Mediomatrices.
Tulingi.
Leuci.
Triboces.
MAGNÆ PARS
Noviodunum
Suessiones.
Bibrax
Durocortum
Remi.
Cavillonum
Matrona flu.
Senones.
Lingones.
Vogesus mons
Rauraci.
Rhenus flu.
Nantuates.
Tigurinus Pagus.
Vellaunodunum
Vesontio
Sequani.
Heluetij.
Lepontij.
Mandubij.
Alexia
Aedui, Sive
Bibracte.
Aedua civitas.
Ager Sequanus totius Galliæ optimus
Harudes.
Verbigenus Pagus.
Latobrigi.
Sedu-ni.
Rhodanus flu.
Cabilonum.
Murus a Cæsare factus.
Ambarri.
Boij.
Sebusiani.
Matiscona.
Ligeris fluvius
Vienna
Rhodanus
Alpes montes.
GALLIAE CITERIORIS (QVÆ ET ITALIAE) PARS.
MEDITERRANEI MARIS PARS.
ORIENS.
Gallorum aliquot populorum elogia, sive descriptiones apud Cæsarem.
GALLI, sive CELTAE, in his
Aedui fratres consanguineique Romanorum dicti, ob veterem ac perpetuam erga P. R. fidem his in omni Gallia summa auctoritas.
Helvetij reliquos Gallos virtute superant.
Senones civitas inprimis magnæ inter Gallos auctoritatis.
Sequani per se minus valebant.
Veneti his longe amplissima auctoritas omnis ore maritimæ scientia et usu rerum nauticarum ceteros antecedunt.
Boij egregia virtute cogniti.
Ambarri necessarij et consanguinei Aeduorum.
BELGAE, his maxima virtus et omnium Gallorum fortissimi. Horum
Nervij maxime feri, & magnæ virtutis pedestribus valebant copijs.
Treviri quorum virtutis opinio singularis, cultu et feritate non multum à Germanis differebant.
Remi officio Romanis in Gallicis bellis, et secundum dignitatis locum, apud hos obtinebant.
Eburones civitas ignobilis et humilis.
Bellovaci plurimum inter hos valent virtute et auctoritate, hominumq; numero, item magna apud hos virtutis opinio.
Aduatici ex Cimbris Teutonisque procreati sunt.
Condrusi Trevirorum clientes.
Vbij ceteris humaniores, horum civitas florens et ampla.
AQVITANI hominum multitudo his, optima gens ad bellum gerendum.
Sontiates bi equitatu plurimum valent.

immolandi morem ad ſua vſq. tempora perdiraſſe, tradit Plinius, qui eum ſublatum addit à Tiberij Cæſaris principatu. Suetonius in Claudio ſcribit ſub Auguſto interdictum, ſed tantùm ciuibus. ab ipſo autem Claudio penitus abolitum, quod & Seneca in huius ludo adfirmat. Non planè tamen tunc temporis Druidarum nomen exſtinctum, oſtendit 4. Hiſtor. Tacitus, vbi ait incendio Capitolij, quod ſub Veſpaſiano accidit, poſſeſsionem rerum humanarum Tranſalpinis gentibus portendi, Druidas vana ſpe cecinisſe. Aelius Lampridius, ſcribit Alexandro Seuero Imp. ad bellum Gallicanum euntí exclamaſſe mulierem Druidem Gallico ſermone, Vades, nec victoriam ſperes, ne militi tuo credas. neque fefelliſſe, nam in eodem occiſus fuit. Fl. Vopiſcus tradit, Aurelianum conſuluiſſe Gallicanas Druidas de ſuo Imperio, an ad poſteros permaneret. Idem ait, Diocletiano, cùm adhuc miles eſſet, apud Tungros à Druide muliere prædictum, imperium eum adepturum. Neque poſt hunc vlla eatum in hiſtoria memoria. niſi huc transferas quod habet Euſeb. 4. Præparat. (hic enim vixit ſub Conſtantino Magno, & Conſtan-
» tio) vbi ſcribit Celtas ad ſua vſque tempora, ſacrificaſſe homicidio. De Druidus hoc annotauit Plinius, iis nihil ſacratius eſſe
» Viſco, (quod dryos hyphear vocant) & arbore in qua gignitur, ſi modò ſit robur. Per ſe, inquit, eligunt lucos, nec vlla ſacra
» ſine ea fronde conficiunt, vt inde appellati quoque interpretatione Græca poſint Druidæ videri. Enimuerò quidquid
» adnaſcantur illis, è cælo miſſum putant, ſignumque eſſe electæ ab ipſo Deo arboris, Omnia ſanantem appellantes ſuo voca-
» bulo. Sacrificiis epulisque ritè ſub arbore præparatis, duos admouent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primùm
» vinciantur. Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit, falce aurea demetit: candido hic excipitur ſago. Tum deinde vi-
» ctimas immolant, precantes vt ſuum donum Deus proſperum faciat his quibus dederit. Fœcunditatem eo poto dari cuicum-
» que animali ſterili, arbitrantur; contraque venena omnia eſſe remedio. Idem Plinius lib. 29. cap. 3. de ouo anguino mira,
id ſe vidiſſe adſerit, mali orbiculari modici magnitudine, cruſta cartilaginis, velut acetabulis brachiorum polypi crebris, inſigne Druidis. Ad victorias litium ac regnum aditus mirè laudatur, &c. Sabinam herbam contra omnem pernitiem habendam prodidiſſe Druidas, quoque annotat. Samolum quoque herbam ſiniſtra manu legunt ieiuni, nec reſpicientes, contra morbos ſuum bouimque, eodem teſte. Idem de herba ſelagine appellata hæc, *Legitur ſine ferro dextra manu, per tunicam, qua ſiniſtra eruitur velut à furante, candida veſte veſtito, pureque lotis nudis pedibus, ſacro facto prius quàm legatur, pane vinoque. Fertur in mappa noua. Hanc contra omnem perniciem habendam prodidere Druidæ Gallorum, & contra omnia oculorum vitia ſumum eius prodeſſe.* Tanta gentium in rebus friuolis plerumque religio eſt, vt idem ſubiungit.

Druidarum etymon cognoſcere cui libido, Goropij Gallica adeat: vbi hanc vocem ex Germanico fonte, veritatis ſapientem ſiue doctorem, interpretatur: Magiſtros ſapientiæ etiam hos Pomponius facit. auſim ego Dei vel diuinorum, tanquam theologum (vt eos Diodorus vocat) dicere. quòd Druthin antiqua Germanorum lingua Deum ſignificare video. idque in Otfridi Euangelio, typis excuſo. & Druthin hactenus pro Deo in vſu eſſe ſcio apud Iſlandos, quibus non alia linqua quàm Germanica, etſi dialecto in multis diuerſa, (quod quibuſdam Germaniæ finitimis populis, vt Danis, Noruegienſibus, & Suedis quoque contigit) cognita. Huic ſententiæ ſuffragari item Laertium video, qui ex Ariſtotele ſcribit eos quoque Semnotheos, quaſi dicas Deorum cultores, appellari. In Camdeni amici noſtri Britannia lego Albricum quendam ſcribere, quòd Drij Saxones magum vocent (voce idem quod theologus aut philoſophus notante) & Magos nominat hos Druidas quoque Plinius. Nomen enim eos à quercu non habere, ipſe idem ſatis fatetur; dum addit à quercu vel viſco eos poſſe Græca interpretatione videri. (videri, & eſſe, differre, nemo non nouit.) Et qui poſſent à δρυς voce Græca hi denominari, cùm horum diſciplinam repertam in Britannia, ait locupletiſsimus teſtis Cæſar: vbi nulla vnquam Græcorum colonia. Nam Vlyſsis natigatio, & in hanc inſulam aduentus, pro fabula, non hiſtoria habetur, ab omnibus rectè de rebus ſentientibus. neque cum Eratoſthene eam credere cogar, donec quis aliquem qui eius vtrem ventorum conſuerit, mihi oſtendat. Germanicæ verò linguæ in hac eadem vſum negare poterit nemo, niſi qui Taciti aut Cæſaris ſcriptis fidem abrogauerit. hic enim ex Belgio (in quo eodem auctore Germani Ciſrhenani) colonos in hanc inſulam tranſiiſſe ibidemque remanſiſſe ſcriptum reliquit. Ille Caledoniam (inſulæ huius magnam partem) habitantibus Germanicam originem tribuit. Ac quia his Druidibus robore & viſco nihil ſacratius, vt ex Plinio didicimus; & Iouis ſignum, his altiſsima quercus, vt docet Tyrius Maximus; Diodorum puto hos alio nomine, at idem ſignificante, Saronides vocaſſe, impropriè. (niſi & hic Druidæ quoque legendum. quod docemus in noſtri Theſauri ſecunda editione.) Scio Annium ex ſuo Beroſo hos Druides ſcribere ſic dictos à Druio Barro, Sarrone, Gallorum veterum regibus. Horum autem auctoritas ſit penes ipſos. Sunt qui verbum hoc, *Au Gui l'an neuf.* quod hactenus quotannis pridie Kal. Ian. vulgò publicè cantari in Gallia ſoler, ab his manaſſe autumant. ex hoc fortè Ouidij, *Ad viſcum Druidæ, Druidæ cantare ſolebant.* de quo prolixè ſatis Goropius in Gallicis, Vinetus ad Auſonium, & Vigenereus ad Cæſ. Commentaria. Auctores habeo Conr. Celtem, Irenicum, Althamerum, & Auentinum; qui tradunt hos Druides pulſos à Tiberio & Claudio Impp. in Germaniam trans Rhenum habitatum veniſſe, indeque in hunc vſque diem apud hos promanare terriculamenti illud nocturni genus, quod calciamentum philoſophicum vocant, *Druttenfuß*, vulgo. Eſtque (quod mihi communicauit ſuis litteris Ioachimus Camerarius F.) figura Pentagona, olim ὑγιειας, ſiue bonæ valetudinis ſymbolum. hanc cunis ligneis incidunt, exiſtimantes puerulos ea à nocturnis tutari lemuribus. Conradus Celtes deſcribit quaſdam lapideas antiquas imagines ad radices Piniferi montis (*Vichtelberg* vulgo, in vmbilico Germaniæ) in cœnobio quodam, à ſe viſas: quas credit iconicè horum Druidum referre formam. Erant ſex numero, inquit, ad fores templi parieti inſertæ, ſeptem pedum ſingulæ, nudis pedibus, capita intectæ, Græcanico pallio & cucullato, perulaque, barba ad inguina vſque promiſſa, & circa naris fiſtulas bifurcata: in manibus liber & baculus Diogenicus: ſeuera fronte, & triſti ſupercilio: obſtipo capite, & figentes lumina terris. Iacobi Scepperi in ſua Corographia Germaniæ horum deſcriptio mihi friuola videtur, vbi horum colla, brachia, & digitos; torquibus, armillis atque annulis exornat, cothurnosq. philoſophicos, & tictas coloribus veſtes addit. vnde hæc hauſerit, ignoro. nam candidam veſtem his tribuere Plinium, diximus. Strabo 7. vbi de iiſdem ſub Varum nomine, canos albo veſtitu deſcribit, carbaſinis ſupparis deſuper fibulis adfixis, cinctu æreo, & pedibus nudi.

Hunc nummum meum argenteum ſubijcere placuit, ob memoriam Ser. Sulpitij Galbæ, Cæſarū in Galliā legati: & Galliæ regionū, ex Cæſaris traditione, in tres partes diuiſionem; quæ poſtea, ſub Auguſto Imp. nempe, in quatuor prouincias diuiſa fuit.

BELGIVM.

BELGII vocabulum, quo Cæsar non semel in suis de bello Gallico commentariis vtitur, diu multumque suos torsit lectores. Horum namque vna pars, vrbem à Cæsare, eo designari existimant, quam alij, inter quos Guicciardinus & Marlianus, *Beauois* in Gallia; alij *Bauays* in Hannonia interpretantur, inter quos sunt B. Vigenercus, & patrij nostri Annales. Doctissimus Goropius Bellouacos populos sub eo notatos voluit. Sunt qui Cæsarem credunt Belgium pro Belgica, vt Liuius Samnium pro Samnitium regione vsurpasse: cuius sententię Glareanus est. Ioannes Rhellicanus dicit partem Galliæ Belgicæ cõprehensam; quam autem, non nominat. H. Leodius tradit eam quæ circa Hannoniam, in qua dictum *Bauays*. Sed omissis horum omnium opinionibus, ipsum Cæsarem de suo Belgio loquentem audiamus. Is libro v. vbi de distributione in Belgica legionum ait, habet hæc verba: *Ex quibus vnam in Morinos ducendam C. Fabio legato dedit; alteram in Neruios, Q. Ciceroni; tertiam in Essuos, L. Roscio; quartam in Rhemis, cum T. Labieno, in confinio Treuirorum, hiemare iussit: tres in Belgio collocauit: his M. Crassum quæstorem, & L. Munatium Plancum, & C. Trebonium, legatos præsecit: vnam legionem, quam proximè trans Padum conscripserat, & cohortes v. in Eburones.* Paulo suprà, eodem libro, vbi de Britannia agit, hæc leguntur: *Maritima pars (Britanniæ) ab iis incolitur, qui prædæ ac belli inferendi caussa ex Belgio transierant, qui omnes ferè iis nominibus ciuitatum appellantur, quibus orti ex ciuitatibus eò peruenerunt.* Hic primùm liquidò videre est, Cæsarem sub Belgio non vnam ciuitatem, sed plures comprehendere: deinde, non totam Belgicam eo notare, cùm Morinos, Neruios, Essuos, Rhemos, & Eburones, quos omnes ipsemet (vt & ceteri idonei scriptores) aliis in locis, Galliæ Belgicæ populos nominat. Luce ergo clarius est, Belgium Belgicæ partem esse; quam autem, non æquè clarum. Non esse autem circa Bauacum (siue *Bauais*) Hannoniæ, vt Leodio videtur, ex eo constat, quòd hoc in Neruiis situm, quos ipse Cæsar à Belgio excludit. Nec etiam circa Bellouacos fuisse credam, sed eam potiùs Belgicæ partem, quæ mari vicinior est, & versus Septentriones exporrecta; vbi nempe confluentia maximorum fluminum Rheni, Mosæ, & Scaldis: quorum ostia facilem descensum in Oceanum, & inde in Britanniam præbebant. Vero quoque similius est, eos mare transiisse, qui eo assueti, huius littora & fluuiorum ripas habitabant, quàm illos qui intima regionis incolebant, quibus Oceanus horror erat. Qui itaque ex Belgio in Britanniam migrauere, littoralia tantum littoralibus mutauere.

De Belgij siue Belgicæ nominis origine, non eadem etiam apud omnes sententia. sunt qui à patrio sermone *Belgen*, seu *VVelgen*, quod peregrinum significat, deriuent. Alius magnæ eruditionis vir à *Belgen*, seu *Balgen*, quod irasci, & pugnare notat. Annales vernaculi à Belgis, ciuitate eius primaria. Sed nec in ea constituenda conueniunt, cùm alter eam nunc *Bauais* in Hannonia opidulum; alter *Velsick*, pagum circa Oudenardam interpretatur. A ciuitate Belgis (quæ nusquam tamen apud probatos auctores, geographos neque historicos, nominatur) qui Belgicam nominari credunt, eis suffragatur Isidorus libro Originum XIII. cap. IIII. vbi hæc: *Belgis autem ciuitas est Galliæ, à qua Belgica prouincia dicta est.* Eadem ante hunc Hesychius: Βελγαῖος ἀπὸ πόλεως Βέλγης. Idem Honorius in imagine mundi. Iumile est iis, qui Beroso, aut potius Pseudoberoso, fidem tribuunt. Is enim scribit, *Belgicos (siue Belgicos) appellari à Belgio (aut Belgio) Celtarum Rege.* de Belgi ciuitate nos quædam in nostro Thesauro. Hæc autem sub iudice relinquamus, & Belgicæ quædam veterum testimonia his subnectere, corollarij loco, non iniucundum ducimus.

Cæs. Belli Gallici lib. I. *Gallia est omnis diuisa in partes tres: quarum vnam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur.*

Horum omnium fortissimi sunt Belgæ, propterea quòd à cultu atque humanitate prouinciæ longissimè absunt, minimeq; ad eos mercatores sæpe cõmeant, atque ea, quæ ad effeminandos animos pertinent, important: proximiq; sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt.

Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur: pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni; spectant in septentriones, & orientem solem.

Lib. 2. *Reperiebat (Cæsar) plerosque Belgas ortos esse à Germanis, Rhenumq; antiquitus transductos, propter loci fertilitatem ibi consedisse; Gallosq;, qui ea loca incolerent, expulisse: solosq; esse, qui patrum nostrorum memoria omni Galliæ vexata, Teutones, Cimbrosq; intra fines suos ingredi prohibuissent: qua ex re fieri, vti earum rerum memoria magnam sibi auctoritatem, magnosq; spiritus in re militari sumerent.*

In bello Germanico XL. millia deditiorum traiecit in Galliam. Sueton in Tiberio 9.

A. Hirtius 8. Belli Gall. *Belgæ, quorum maxima virtus.*

Strabo lib. 4. *Belgæ saga ferunt, comam alunt, braccis vtuntur circũ ventris. Loco tunicarum vtuntur veste sissili manicata, vsque ad pudenda & nates demissa. Lana eorum aspera est, sed ipsam prope pellem detonsa: ex ea densa saga texunt, quas lenia vocant. Armatura illis pro proportione, gladius longus ad dextrum dependens latus, scutum longum, lanceæ pro proportione, & meris (materis aly legunt) tragulæ genus; nonnullis etiam arcubus vtuntur & fundis, habent & ligneum pili forma, quod non amento, sed è manu torquetur, longiùs etiam atque sagitta, quo maximè vtuntur ad aucupium. Humi decumbunt etiamnum plerique: sedentes in toris cibum capiunt. Cibus plerumque cum lacte est, & omnis generis carnibus, maximè suillis, tum recentibus, tum saliti. Sues enim in agris pernoctant, altitudine, robore, & celeritate præstantes, à quibus, si quis non adsueuerit, accedenti non minus est quàm à lupo periculi. Domos è tabulis et cratibus construunt rotundas, magno imposito fastigio. Tam copiosi autem sunt iis pecudum & suum greges, vt sagorum & salsamentorum copiã non Romæ tantùm suppeditent, sed & plerisque Italiæ partibus. Pleraque eorum respublicæ ab optimatibus gubernabantur; antiquitus vnum quotannis principem, itemq; vnum belli ducem multitudo deligebat. Romanorum mandatis fere parent. Peculiare quippiam habent in conciliis: si quis enim dicenti obstrepat, aut tumultuetur, lictor accedit stricto cultro, minis adhibitis tacere eum iubet; idq; iterum ac tertiò facit: cum cessante, tandem à sago eius tãtum amputat, vt reliquum sit inutile. Id eis cum compluribus aliis barbaris commune est, quòd contraria nostris moribus ratione virorum & mulierum officia habent distributa.*

Galli quò magis ad Septentrionem & Oceanum vergunt, eo sunt bellicosiores. Primam laudem Belgis tribuunt diuisis in XV. gentes. (XXXI. ego ex Cæsare numero.) Solisq; adeo Belgæ Germanorum, Cimbrorum ac Teutonum impressionem substiterunt. Quanta hominum copia apud eos fuerit, hinc colligi potest, quòd olim CCC. millia hominum arma ferre valentium apud Belgas sunt censa (hunc numerum auget quadraginta septem millibus Cæsar, in principio Belli Gallici 2.)

Sunt qui Gallos tripartiam diuidunt, in Aquitanos, Belgas, & Celtas.

Belgæ Oceano propinqua tenentes, vsque ad Rheni ostia.

Diod. lib. 5. *Natio vt plurimùm ad Arctum sita: regio frigida, vt quæ hiemis tempore pro aqua niuibus opplet. exsiccat. Glacies quoque immensa adeò regionem occupat, vt flumina congelata sint peruia transeuntibus, non solùm paucis, sed exercitibus quoque, cum curribus atque impedimentis.*

Plutarchus in Cæsare: *Postquam verò renunciatum est, Belgas Gallorum potentissimos, & qui tertiam totius Galliæ partem tenerent, contractis multis hominum armatorum millibus, bellum moliri, magna adversus eos celeritate contendit, &c.*

Appianus de Gallicis. *Cæsar Belgas adgressus, in fluuij cuiusdam transitu tam multos interficit, vt vsum pontis præberent congesta cadauera.*

Ammianus libro 15. *Horum (Gallorum) omnium apud veteres Belgæ dicebantur esse fortissimi, ea propter, quòd ab humaniore cultu longè discreti, nec adventitiis effeminitatis delitiis, diu cum Transrhenanis certauere Germaniis.*

Dion 55. *Batani equitandi arte pollent.*

Dion 39. *Morini & Menapij habitãt non in vrbibus, sed in tugurijs, & in mõtibus dẽsissimis filuis obsitis.* (Arduẽnæ nempe; quę olim multo maior.)

Florus libro 3. *Sequens, longeq; cruentior pugna Belgarum, quippe pro libertate pugnantium.*

Plinius XXXV. cap. XX. *In Belgica prouincia candidum lapidem serra, qua lignum, facilliusq; etiam secant, ad tegularum & imbricum vicem: vel, si libeat, ad quæ vocant pauonacea tegendi genera: & hi quidem sectiles sunt.*

Lib. XVI. cap. XXXVI. *In Belgii calami coma contusa & interiecta nauium commissuris ferruminatur textus.*

Lib. X. cap. XXII. *A Morinis ansęres Romam vsque pedibus venire scribit.*

Lib. XII. cap. I. *Platanus iam ad Morinos vsque pernecta, ad tributarum etiam pertinens solum, vt gentes vectigal & pro vmbra pendant.*

Lib. XV. cap. XXV. *In Belgica & Rheni ripis, Lusitanis cerasis principatus datur.*

Lib. XV. cap. XIIII. vbi de genere vario malorum. *A conditione castrati seminis, quæ Spadonia appellant Belgæ.*

Lib. XIX. cap. V. *Geldubæ appellatur castellum Rheno impositum, vbi generositas siseris præcipua.*

Lib. XVII. cap. VI. *Vbios gentium solos nouimus, qui fertilissimum agrum colentes, quacunque terra infra tres pedes effossa, & pedali crassitudine iniecta arenacea, lætificent.*

M. Varro R. Rusticæ I. cap. 9. *In Gallia transalpina, intus ad Rhenum, aliquot regiones accepi, vbi nec vitis, nec olea, nec poma nascerentur, vbi agros stercorarent candida fossitia creta. (marga hæc, apud Plinium.)*

Ausonius, de Gelbi flumine, se in Mosellam exonerante: *Præcipiti torquens cerea lia saxa rotatu, Stridente ęsq; trahens per lauia marmora serras.*

Sil. Italicus 10. *Vt canis occultos agitat cum Belgicus apros, Errorese; feræ, sollers per deuia uersa Nare legit.*

Virgilius Georg. I. *Belgica vel molli melius feret esseda collo.* Lucan. lib. I. *Et docilis rector rostrati Belga conuini.*

Martialis in Xenijs. *Cæretana mihi fiet, vel massa licebit, De Menapis lauti de petasone vorent.*

BELGII VETERIS
TYPVS.
Ex Conatibus Geographicis Abrahami Ortelij.
HAC LITTERARVM FORMA, VETVSTIORA PINXIMVS.
Quæ paulò erant recentiora, his notauimus.
Nulla autem antiquitate illustria, hoc charactere.
Recentissima verò, hiò vocna rusiò ab alijs distinximus.
OCEANVS
ATLANTICVS, Zosimo.
GERMANICVS, Ptolemæo.
SEPTEMTRIONAL. Plino.
CIMBRICVS, Claudiano.
BRITANNICVS, Dioni, et Plino.
BRITANNIAE INSVLAE PARS
BRITANNICVS OCEANVS.
BELGAE Cæsari.
TAMESIS Flu.
COVHOS.
CANTIVM Trom.
DVBRIS
Litus Saxonicum.
SEP.
OC.
OR.
MER.
CASTRA LEGIONVM Germanicæ
CATTI.
MAT.
TIA.
CI.
HERCVLIS MAGVSANI Fanum.
Fossa Octonis
ANDOVERP.
GRVDII.
Isangrim.
GORDVNI.
Gandauum.
Lega flu.
Brachbanium
Brusell.
Menapiscus pa.
PLEVMOSII.
CORTECEM.
RIASES.
Ypra
Bloc: titis.
CICERONIS Cæsar.
NERVII.
VIROVIACVM.
CASTELLVM Morinorum.
CASTOLOGI Plinj. forte.
GESSORIACVM.
ICIVS Portus, qui forte BRITANNICVS Morinorum Plinj.
S. Audomar.
MINARIACVM.
TERVANNA
BONONIA.
OROMANSACI.
MORINI.
BASSI forte Plinj.
NIMETACVM.
CATVACI, nec locus Cæsaris mendosus
TORNACVM.
Moritania.
PONS SCALDIS.
VODGORIACVM.
AD FINES
Haginoia.
ATREBATES.
Nobilia: cum.
ORIGIACVM.
HEDENA.
Pontus regio.
VALENTINIANAE.
BAGACVM Nervorum BELGICVM.
Malbodium
LABIENI Castra.
CAMERACVM.
VEROMANDVI.
DVROCORTORVM.
VERBINVM.
ENNEMANI.
GESSORIACVS.
Prisca vetustatis Belgæ monumenta recludit
Ortelius, priscas dum legit historias.
Collige prima soli natalis semina Belga,
Et de quo veteri sis novus ipse vide.

S.P.Q.A.
PATRIAM ANTIQVITATI A SE RESTITVTAM DEDICABAT IVB. MER. ABRAHAMVS ORTELIVS CIVIS.
NESCIO QVA NATALE SOLVM DVLCEDINE CVNCTOS DVCIT ET IMMEMORES NON SINIT ESSE SVI.
1594.
Cum privilegio Imperiali et Belgico ad decennium.
CAVCI MINORES.
CAVCI MAIORES.
BVSACTERI MAIORES.
FRISII.
BVSACTERI Minores, Ptolemæi. et BRVCTERI Tacit.
TENCTERI.
TVBANTI.
ANSIBARII.
CAMARI.
CHAMAVI, qui et Ejpranci.
CAVCHI Plin.
VSIPETES.
TEVTOBVRGVM.
ARENACVM.
VETVS.
Neomagum.
BATAVORVM Pict.
CARVO
PAEMANI.
CASTELLVM Menapiorum.
Horna.
Hasbania.
Quarta.
CHAE.
TVNGRI.
SICAMBRI hoc ab Augusto ex Germania traducti.
GELDVBA.
BRVNGVM.
HERCVLIS Castra.
GVGERNI.
THEVDVRVM.
RVMANEA.
TIBERIACVM.
CORIOVALLVM.
IVLIACVM.
Falconis Castrum.
Aquæ Grani.
MARCODVRVM.
VBII Agrippinenses.
BONNA.
TOLBIACVM.
TRAIANA Legio.
VACALLINEVS pagus.
ARDV.
AREBRVIM.
ANTONACVM.
CONFLVENTES.
TALLIATES.
VINCVM.
SEGNI.
Andagum.
Bellonacum.
TREVIRI.
MOSELLA Flu.
BODOBRIGA.
RIGODVLVM.
ANDETHANNA.
OROLAVNVM.
AVGVSTA TREVIRORVM.
CASTRA SARRÆ.
DIVODVRVM.
MEDIOMATRICES.
RHENVS Flu.
VICELIA.
BINGIVM.
Ingelheim.
MOGVNTIACVM.
BVCINOBANTES.
TRAIANI Munimentum.
DRVSI MONIMENTVM.
NAVA Flu.
Crucinacum.
PARS.
VA.
SIL.

G E R M A N I A.

ELTICAM hanc regionem, & Celtos siue Celtas eius populos, à vetustissimis scriptoribus Græcis in primis, vocatos, nemineme priscæ nitoriæ studiosum latere puto, vnde perdurat apud hos Kelt vocabulum, quo se mutuò in familiari colloquio etiamnum appellitant. Aschanaxi à Iosepho nominari, sunt qui putant, cùm tamen ipse hos Rheginos interpretari à Græcis tradat. Rheinos forte melius, quasi Rh. incolas, qui & Stephano ῥηνοι appellantur. GERMANIÆ vocabulum recens esse, & nuper auditum, tradit Tacitus. Idem addit hoc nomen à se ipsis inuentum. Ex quo tacitibus assentiri is qui huius vocis originem ab ipsu gentis, quam à Latinorum etymo deducunt. Verisimilius enim multo est, nationem nomen sibi impositisse ex lingua propria, indigena, & à se intellecta, quàm ex peregrina, & sibi prorsus ignota. Euo itaque errare qui hoc nomen à *germine*, propter gignendorum fœcunditatem factum putant, inter quos sunt Festus & Isidorus, item qui à *germano*, fratrem significante, vti Strabo, quasi Gallorum fratres, à quibus, vt ipse tradit, parum differebant. Nostrates, vt Rhenanus & alij, à gar & man compositum, quasi garman, id est totus vir, aut prorsus virilis, credunt. Goropius noster, à ger & man (propius ad scripturam accedens) à geren quod *teng, regi*. denotat, quasi prædam corradens, & idè alio in loco à *ger*, quod bellum, inquit, apud maiores nostros significat. quod quoque Iusto Lipsio placere video. Scio *gerre*, (vel melius *gerre*) Gallica recentiori lingua bellum notare, an verò veteri Germanica, mihi incompertum. Ego haud multum abfum, quin credam hanc gentem se ipsam Werman scripsisse & nominasse, à Were longa, voce merè Germanica, quæ quodcunque telum denotat quo hostem ferimus, inde weren, se contra hostem defendere; & werman siue weerbaer man (id est, militaris vir) vocamus omnem virum ad arma ferenda idoneum, adeò vt se omnes Wermanos siue Wermannos, id est bellaces, vocauerint. Atque hoc nomen cum huius gentis natura genioque prorsus conuenire, Cæsar & Tacitus, præter alios, testes sunt locupletissimi. vt quoque Dionysius Afer, qui hos Martiales, siue bellaces ἀρειμανίους coguominat. Quòd hi ipsi eos autem Germanos vocant & scribunt, in promptu causa, quia W digamma carentes, G substituere, quod alibi quoque ab iisdem factum videmus. vt pro Withelmus, Gilielmus: Waltherus, Galtherus: Walfridus, Galfridus, &c. Sic etiã pro Wallis Gallos dixisse verisimile. nam & hos Germani Cisrhenani, autam linguam retinentes, Gallos non alio nomine quàm Waten hactenus nominamus. Hanc item litterarum mutationem ipsi Galli, Hibertate & veteri lingua amissa, romanizantes, in hodiernũ vsque diem imitantur. exemplo sunt ex multis hæ voces paucæ. pro Wijn, *Vin*: pro Wesp, *Guesp*, pro Wandt, *Gand*: pro Weedt, *Guedde*. quibus Vinum, Vespam, Chirothecam, & Glastum designant. sic quoq. in libro M. S. pro Wandali, Guandali reperio. Obiciente quòd Strabo, Dionysius Afer, Ptolemæus, aliiq; quidam Græci, quibus digamma notum, simplici tamen scripsere: respondeo, his hanc gentem olim tantùm sub nomine Celtarum cognitam fuisse: Germanorum autem vocem primùm à Cæsare aut Latinis in litterarum monumentis traditam: è quibus hanc Græci, eandem imitati scripturam, in suam transtulere. At qui pluta etyma vocis Germaniæ legere desiderat, Batanum H. Iunij adeat, capite vigesimo primo. Sunt qui Germanos posterioribus temporibus omnes Alemannos nuncupatos credunt, persuasi à Vopisco, in Proculo. Hos tamen diuersos fuisse, ex Aelio Spartiano liquet, qui Antoninum Caracallã Imp. ab vtraque gente deuicta, vtrinsque cognomen sibi adscripsisse cõmemorat: GERMANICI nempe & ALEMANNICI. Hoc idem videre est in inscriptionibus marmoreis Impp. Valentis, Valentiniani, & Gratiani: item in titulis Iustiniani Imp. & Ammianus lib. 26. scribit Alemannos Germaniæ limites perrupisse, ex quibus diuersos fuisse, luce clarius. Sed nationis illud nomen, hoc autẽ gẽtis. Nihilominus etsi hæc Alemannia Stephano, Ammiano, & eius sæculi scriptoribus pars tantùm sit Germaniæ, nempe eius quæ est circa Alemanum (vulgò Altmut) fluuium, vsus tamen nuper obtinuit apud omnes exteros & Germaniæ linguæ ignaros, vt Alemannia pro tota Germannia; & Alemanni pro Germanis omnibus accipiantur. Incolæ autem ipsi se hodie Teutschen Tuiscones nominant: an à Tuisco deo, terra edito, cuius Tacitus meminit, an à Tuiscone Noë F. cuius Pseudobcrosus; lectoris iudicio, vt mihi incertum, relinquo. Atque hæc de nomine. Cognomine verò admodum Heroico nobilitat eã Ouidius ad Liuiam, cùm eam ORBEM GERMANVM, ORBEM NOVVM, & ORBEM IGNOTVM appellat. MAGNAM cognominat Ptolemæus, & LATISSIMAM Plinius Secundus, ad Macrum, Epistol. lib. 3. Formam eius apud Dionysium, atque eius interpretem Priscianum, siue, vt alij appellant, Rhemnium, in Periegesi, disce hoc versu: *Hæc vergo humilis tantùm dicitur esse.* (sed falsò. nam verè de Hispania hoc, quod monuit ante me Aud. Papius.) Situs & limites huius regionis aliter atque aliter pro temporum vicissitudine describuntur. Plutarchus in Mario, eam ab Exterioti mari & partibus ad Septemptrionem vergentibus, ad ortum solis iuxta Mæotidem paludem, vbi Scythiam Ponticam attingit, extendit. A Pomponio quoque ad Sarmatas Europæos (vti & à Pseudoberosò) prolaratur. Martianus etiam ab Histro ad Oceanum vsque ad Sarmatiæ solitudines. (Armeniæ autem pro Sarmatiæ vitiosè legitur, vt hoc obiter in hoc auctore cum Pintiano corrigam.) neque non Dionysius Apher, qui Germanos habet ad Mæotidem paludem, immo ad Tanaim vsque P. Diacono 1. cap. qui & Scandiam totã sub Germaniæ nomine comprehendit; vbi antrum illud Scrictotinis vicinum, in quo viri septem dormientes, describit. Atque hanc Exteriorem ἑωαρεν esse Germaniam puto, quam Eusch. 6. Præp. describit, versus Septemtrionem. Isidorus itaq. rectè Riphæos montes in capite Germaniæ describit. Alij eius fines, Mare, Alpes, Vistulam & Rhenum fecere. Tacitus autem huic demit quidquid vltra Danubium est versus Alpes. Hic enim eam intra Oceani, Rheni, Danubij, Dacorum, Sarmatarumque fines constringit. cui subscribit Geographiæ princeps Ptolemæus. Sed & ad Alpes vsque Strabo & Pomponius producunt: eamque naturali quodammodo munimine, & tamquam dorso, ab his Italia discriminant. Atque hæc hodie etiamnum vera & genuina Germania est: quæ mari à Septemtrione, Alpibus à Meridie, Rheno ab Occidente, & Vistula siue Odera ab Oriente circumscribitur. Hancque veram Germaniam, in SVPERIOREM & INFERIOREM diuidunt Suetonius, Tacitus, & Dion: qui Superiorem eam appellant, quæ Rheni fontibus propior; Inferiorem, quæ ab illa vsque ad Oceanum. Sed & vltra Rhenum, in Belgica nempe, habet Ptolemæus alias Germanias, Superiorem & Inferiorem scilicet. cui suffragatur Marcellinus, qui hanc SECVNDAM, illam PRIMAM nominat. Has autem ad veram Germaniam pertinere, minimè iudico, sed eam sic impropriè dictam à Germanis, postquam eã, teste Dione, occupassent, sedemq; in eadem fixissent. in primis à Tungris, quos omnium primos Rhenum transgressos, scribit Tacitus. & plerosq. Belgas à Germanis ortos, apud Cæsarem legimus. Hinc enim Nertiios, Aduaticos, Atrebates, Ambianos, Morinos, Menapios, Caletes, Verocasses, Veromanduos, Catuacos, Condrusos, Eburones, Cæresos, Pæmanos, Segnos, vno nomine Germanos Cisrhenanos esse, & appellari testatur. Vangiones, Tribocos, & Nemetes, Tacitus dicit esse Germanos. Tiberium Imp. XL. millia Germanorum in Galliã iuxta Rheni ripam collocasse Suetonius auctor est. CCCC. millia habet Eutropius. Atque Plinio teste, Germanicam gentem ad Scaldim vsque fluuium habitate credimus. Et vltra Scaldim hodie vsque ad Oceani fretum Germanos esse, lingua, qua vtuntur, arguit; ita vt verè tradiderit Dion 53. eos ad Britannicum vsque Oceanum se extendere, vbi Bononia ciuitas: quæ à Zosimo ciuitas Germaniæ Inferioris dicitur.

Sed hæc omittamus, & ad veræ & veteris Germaniæ, quam hac tabula edimus, descriptionem reuertamur. Perpetuam hyemem, triste cælum, sterile solum, huic tribuit Seneca. Multis impeditã fluminibus, multis montibus asperam, & magna ex parte siluis & paludibus inuiã, scribit Pomponius: affirmat hoc Frontinus. dum scribit, Germanos ex his tamquam ex obsecutis latebris Romanos subinde impugnare solitos, indeque tutum regressum habuisse. Siluis horridam & paludibus fœdam; item informem terris, asperam cælo, tristem cultu adspectuque, Tacitus: humidior quã Gallias, ventosior qua Noricum, ac Pannonias adspicit: causam addo ego, hic quia oppositæ Alpes, qui irruentem ventum Borealem excipientes, altitudine sua repercutiunt regionemque duplicato flamine agitant: (scripturã firma, quamuis vir magnus vacillantem credit) ibi quia Oceanus propior. Horridam eiram & feram vocat Quintilius & Horatius, & feris tantùm dignam. Manilius, vtpote quæ tota ferè Hercynio iugo, nulli (vt Plinius auctor est) nobilitate inferiore occupatur. Hæc enim Hercynia silua (Orcynium nemus nominant Eratosthenes, Apollonius & Ptolemæus Græci) inter alias maxima dierum sexaginta iter prætenditur, vt placet Melæ. Quam quia nemo diligentius Cæsare describit, eius hic verba de ea subiiciemus, quæ sic sonant: Huius Hercyniæ latitudo IX. dierum iter expedito patet. Oritur ab Heluetiorum, & Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorum. Hinc se flectit sinistrorsus, diuersis à flumine regionibus, multarumque gentiũ fines propter magnitudinem attingit, neque quisquam est huius Germaniæ qui se aut audisse, aut adisse ad initium eius siluæ dicat, cùm dierum iter LX. processerit: aut quo ex loco oriatur acceperit, &c. De eadem hæc Plinius: Hercyniæ siluæ roborum vastitas intacta ætatis & congenita mundo, propè immortali sorte miratula excedit vt alia omittantur fide caritura constat arcolli colles occursantium inter se radicum repercussu: aut vbi secura tellus non sit, arcus ad ramos vsque, & infos inter se rixantes, curuari portarum patentium modo, vt turmas equitum transmittant. Asperitatem huius depingit Suidas ex Iuliano. Siue Thessalica (inquit) Tempe inuia existimat quisquam, siue Thermopylas, siue magnum & arduũ Taurum: minimum id esto, quod ad difficultatem attinet, ad Hercynium saltum. Atq; hæc de hoc saltu, inuio & inaccesso, vt de eo Florus. At reliquam Germa-

GERMANIAE VETERIS, typus.
Ex conatibus geographicis Abrahami Ortelij.
OCEANVS GER
MANICVS
CIMBRICAE Chersonesi Pars.
DANI.
SIGVLONES.
COBANDI.
CODANVS Sinus
CAVCI Maiores.
CIMBRI.
SABALINGII.
GAMBRIVII.
TEVTONOARI.
ANGRIVARII.
LACCOBARDI.
SAXONES.
DVLGVBINI, et DVLGVMNII.
Idistavus campus.
ANGILI.
CHERVSCI.
BACENIS Silva.
CASVARII.
NERTERANES.
CATTI.
CATTVARII.
CASVARI, qui et CATTVARII.
GOBARDI et HERVLI.
BVCTERI.
CHAVBI.
CHAMAVII.
BATAVORVM Insula.
BATAVI.
FRISIABONES.
Rhenus flu.
Castra legionum Germaniae.
Germania Inferior, vel Secunda.
MENAPII.
MORINI
NERVII.
Ardenna silva.
BELGICAE PARTES.
DUBIAE POSITIONIS QVÆDAM.
Germania Superior, vel Prima.
GALLIAE PARS.
RHENI.
INTVERGI.
VANGIONES.
NEMETES.
CAPELLATIVM.
CARITNI.
TECTOSAGES.
VIRTINGVI.
VISPI.
TRIBOCES.
FRANCI.
VARGIONES.
TVRONI.
CVRIONES.
Alemania.
PARMAE.
VINDELICI.
BRIGANTIAE.
VINNONES.
RHAETIA.
SVANITAE.
RHIGVSCAE.
BREVNI.
IVTVNGI.
HELVETII.
AETVATII.
PENNINVS Mons.
Italiae pars.
Aeluri
Aletienses
Ames
Ampsani
Aravisci
Attuarij nisi sint Ansiarij
Aviones
Ballonoti
Butones nisi sint Gutones
Calydona
Caracates
Carini
Cathilci
Caulci
Chaubi
Cinesia
Cubij, nisi sint Vbij
Foeti
Fosi
Guarni
Harni
Iaravaci
Landi
Laij, nisi sint Ligij
Marsigni, nisi sint Marsigni
Mugillones
Nusipi, nisi sint Vsipetes
Poenina castra
Quadriburgum
Raudigni
Ribosca
Scuthi
Silnii
Solcinium
Suardones, nisi sint Pharodeni
Subatij
Toenij
Vadomarius
Varini
Venaxamodurum
Zumi
Locorum vocabula circa Caroli Magni tempora primum nata, inter veteris ta non numero. ea itaq; nec in ipsa tabula neque hic seorsum nominare visum fuit.

SVEVICVM MARE, Tacito quod et AMALCHIVM Plinio.
Cum Privilegio Imperiali, Regio, et Belgico, ad decenn. 1587.
Sarmatiae Europaeae pars.
BOIEMVM, et BAEMI.
PANNONIA SVPERIOR.
PANNONIA INFERIOR.
DACIAE Pars.
ILLYRIAE PARS.
HADRIATICI SINVS
DN. IACOBO MONAVIO SILESIO PATRICIO VRATISLAVIENSI, VIRO ET ERVDITIONE ET HVMANITATE ORNATISSIMO, ABRAHAMVS ORTELIVS HOC MVTVAE AMICITIAE MONVMENTVM LIBENS DONABAT DEDICABATQVE.

Germaniam etiam prætèrea fluuis repleri, addit Plinius. item Tacitus 4. Annal. dicit his ingentium beluarum saltus esse, at modica domi armenta. Germaniæ terram arenosam tenuissimo cespitum corio, sed pabulis eius nihil laudatius, apud eundem legimus. Satis feracem, pecorum fœcundam, sed frugiferarum arborum impatientem; facit Tacitus. Raram apud Germanos structuram ex lapide, aut lateribus coctilibus esse, tradit Herodianus: eosque pontis densis silnis, quorum conixis coagmentatisque lignis quædam quasi tabernacula ædificare. Nulla illis domicilia aut villæ sedes, nisi quas lassitudo in diem posuerit. Imbrem cœlo aut frondes defendere, scriptum reliquit Seneca de Prouidentia diuina. Subterraneos specus etiam aperire, eosque fimo insuper onerare, & pro suffugio vti, ait Tacitus. A cuius sententia haud longè discedere videtur Iosus apud Strabonem: vbi ait eos habitare in cælis, structura in vnum diem constantibus; quo facilius solum mutent, atque rebus suis in currus impositis, cum pecore abeant quò visum fuerit. Geometriæ enim Architecturæque ignaros facit Eusebius: ita vt verissime idem Tacitus negat Germanos habitare vrbes: neque pati inter se iunctas sedes, sed discretas ac diuersas, vt fons, vt campus, aut nemus placuit. Addam & ego, apud hos raras fuisse vrbes; cùm videam in tota veteri vtriusque linguæ historia vix vnam aut alteram ante Ptolemæi geographi tempora nominari. Neque earundem post hunc apud alios vlla memoria. De Maximino Imp. scribit Capitolinus, eum c.c.c. aut c.c.c.c. vicos incendisse: at vrbium nulla mentio. Strabo scriptor, si quis alius in eo genere, diligens, vnius meminit Boiasmi, Marobodii regiæ. Tacitus, cui Germania exploratissima, Matij, Arenaci, Batauoduri, castellique vnius aut alterius circa Rheni ostia, quæ citiùs Callia quàm Germaniæ adscribenda quis iudicauerit. Apud ceteros omnes, merum de vrbibus silentium. Atque hæc in vniuersum de huius regionis soli situ, forma, & genio. Nunc quædam eius peculiaria considerandà. Et primùm de Rheno flumine dicam, quod legi in quadam Iuliani Imp. epistola, ad Maximum Philosophum, his Morentini eius interpretis verbis: Rhenus spurios infantes vndis abripit, tamquam imputi lecti vindex: quos autem ex puro sanguine ortos agnouit, in summa aqua suspendit, matrisque trementis manibus reddit: & quasi verum incorruptumque castè & laudabilis coniugij testimonium, seruato infante, persolut. Huius quoque testimonium reddunt Nazianzenus, Nonnus in Dionysiacis, & epigramma quoddam antiquum Cræcum. Sunt tamen qui aliam & mea sententia, veriorem huius immergendi in Rheno infantium reddunt causam, quam mox adferemus. Apud Mattiacos fons est, qui haustus triduo feruet: circa marginem verò pumices faciunt aquæ, testis Plinius. Idem in Frisiis fontem describit aquæ dulcis, qua pota, intra biennium dentes decidérent: & huic auxilio repertam herbam quam Britannicam vocant, Catarrhactæ, vti in Nilo, sunt in Danubio, siue Istro, vt Suidas auctor est, montis instar, quàm latus is est, sub aqua enati: in quas fluuius incidens, cùm maximo strepitu regurgitat: & in ripibus murmurans, easque superans, vortices & æstus & charybdes, in orbem agitato fluxu efficit. Harum est quoque memoria apud Strabonem. Germaniam succinum (quod ipsi glessum appellant, vt Tacitus scribit) optimum habere, quod inter vada atque ipsa maris littora legunt, lapidem aromosum quem Cadmiam vocant, crystallum, callaidem gemmam, quam Arabicis antponunt, & Onychem, item Ceraunorum genus candidum; quod si sub dino habeas, fulgorem rapit siderum; testes Plinius & Solinus. Adamas quoque hic reperitur, si verum prodident apud hunc eundem Scepsius; & Topasius (modò vera sit lectio lib. 37. cap. 4. & 8. nam quidam Codices hoc loco Carmania, pro Germania legunt) Germaniam venas habere argenti auriue, non audet negare Tacitus. & idem tradit, Curtium Rufum reduisse specus in Mattiaco agro, quærendis venis argenti. Plinius tradit, nuper in Germania reperta æris metalla. Cothinos ferrum effodere, apud dictum Tacitum reperio. Porcum piscem quadrupedem describit in Danubio Lycophron. Et circa huius fontes habet Plinius nigros pisces, qui illico mortem adfertunt in cibis. Idem piscem Esocem in Rheno. (Exoscem, sunt qui legunt. Pro Rheno, idem Danubio legunt. Piscem enim exossem, id est, sine ossibus aut spinis. Danubij incolam cum Iornande, cognoui, non Rheni: cuius carnes viscidas, & porcinæ recentis sapore non absimiles, aliquando Viennæ in Austria non sine nausea gustauimus. Hausen vocant, à magnitudine nempe, qua domunculatum instat se ostendit) Carpam piscem tribuit Danubio Cassiodorus, 12. Variar. Sylurum piscem Mœnum [Danubium Aelianus] ferre: laudatissimam plumam ansetum: in primis quæ corpori proxima: raphanum infantium puerorum magnitudinem æquare: Cotrudam herbam etiam asparagi genus hic nasci, testem habeo Plinium, qui visum quoque hic fatium fateur octo pedum longitudinis. Idem cum Solino, & Cæsar, animalia huic tribuunt alcen, bisontem, vrum, & machin. Boues Alemannorum ceteris pretiosiores, proprer corporis granditudinem, dicit Cassiodorus Varior. 3. cap. 50. Bouis genus quoque Cæsar sexto de bello Gallico, de quo hæc: Est bos cerui figura: cuius à media fronte inter aures vnum cornu exsistit excelsius, magisque directum his, quæ nobis nota sunt, cornibus, ab eius summo sicut palmæ ramique latè diffunduntur. In Hercynia aues sunt, quarum plumæ ignium modo collucent noctibus, vt Plinius, aut quarum pennæ, vt Solinus habet, per obscurum emicant & interlucent: quamuis obtenta nox densèt tenebras. Vnde homines loci illius plerumque nocturnos excursus sic destinent, vt illis vtantur ad præsidium itineris dirigendi: præiactisque per opaca callium, rationem viæ moderentur indicio plumarum fulgentium. De his iisdem Priscianus, siue quis alius sit Dionysij Periegesios interpres, *Et pasci volucres mirum fulgentibus alis, Quas diuibus noctu cernuntur flexa viarum*. Turdum auem in Germania hiemè maximè cerni, Plinius scriptum reliquit. Dinaras in Germania exstate scribit Plutarchus in Parallelis Minotib. quæ quotannis certo die sonum tubarum edunt: in memoriam ibi olim C. Marij immolatæ filiæ. Nunc de gente. Terram hanc altissimorum virorum esse, dicit Columella, diuitem virorum, & frequentem populis numerosis & immanibus dicit Plinius, & eius imitator Solinus. Truces & feroces Alemannos vocat Sidonius: superbam & innumerabilem nationem, Cassiodorus, idem in Arcaciis Pausanias. Proceræ staturæ omnes esse, & grandia corpora habere, auctores sunt Cæsar, Arrianus, Appianus, Herodotus, Polyænus, Vegetius, & Columella. Albos dicit Dionysius, Rutilos, Calpurnius Flaccus. Cæruleos oculos eis tribuit Tacitus. Flauam cæsariem, Iuuenalis: rubam alij. Crinibus in nodum detortis describunt eos Martialis & Seneca horum cirros Tertullianus celebrat, libro de Virginibus velandis. Immites moribus, & animis ferocissimos, Appianus: barbaros ac feroces, Cæsar: fortes Iosephus 2. belli Iud. cap. 16. martiales Dionysius Afer: immanes & insuperabiles, Hegesippus: bellaces, Arrianus & Dionysius: truces, eius interpres vetus: arrogantes, Arrianus. Germano nihil animosius, nihil ad incursum acrius, nihil armorum cupidius, vt inquit Seneca de Ira. Pecuniæ auidam gentem, Herodianus. Perfida, ab Ouidio: perfidi & simulatores, à Cæsare: in summa feritate versutissimi, natique mendacio, a Paterculo vocantur. (Sed quis ab hoste, in primis lacessito, & non semel fugato cæsoque elogia exspectet mitiora?) Sincerius, qui inter hos vixit, Tacitus, dicit milites huius atrocissimos: & lætam bello gentem, sed minimè astutam, nec callidam: aperientem secreta pectoris, atque detectam omnium mentem, & fidei commissæ patientiorem, Historiar. 3. Idem Iulianus Imp. in Misopogono: qui experientia se didicisse dicit gentem esse quæ adulari nesciat, sed liberè ac simpliciter cum omnibus viuere. Naturâ tèperatos, & placidos moribus hos esse docet, ex regionis, quam incolunt, qualitate, Ptolemæus 2. Quadrip. Hæc de genio & ingenio. Nunc de ritu & moribus. Modò editum infantem [clypeo impositum habet Epigramma Cræcum] teste Aristotele 8. Politior. atque Cæleno, & adhuc ab vtero calentem, ad fluuium deferunt: ibiq; seu candens ferrum in frigidum humorem mergendo, simul de naturæ rigore periculum faciunt, simul corpus roborant. Quippe si citra noxam id toleraut, & propriæ naturæ robur ostendit, & nonum præterea robur ex frigidæ commercio comparat. Vt rectè Claudianus: *nascentes explorat gurgite Rhenus*. Atque hanc veriorem causam puto: cùm eandem etiam Poëta Italis suis tribuat: inquit enim, *natos ad flumina primùm Deferimus, sæuoq; gelu duramus & vndis*, quod idem de Thracis Sidonius his verbis, *Excipit hic natos glacies, & matris ab aluo, Artus infantum molles nix Cimbrica durat*. Val. Flac. 6. de Scythis quoque, *vbi tam sæuo duratuimus anne, Progeniem, natosq, vndes*, &c. Lacedæmonijs hoc idem proprium fuisse, docet Suidas in verbo Lycurgus. item Seneca in Suaseriis, qui dicit Eurotam fluuium indurare puerilia ad futuræ militiæ patientiam. (Durat hic idem mos hactenus apud Iaponenses, teste Mapheio) A parnulis duritiei student, ait Cæsar. Si in Germania natus esset, inquit Seneca, protinus puer tenerũ hastile vibraret. Nudi iuuenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atque infestas frameas saltu iaciunt, teste Tacito. Sera iuuenum Venus: & intra annum vigesimum feminæ notitiam habuisse, in tutpissimis eos habere rebus, refert Cæsar. Seuera his matrimonia, singulis vxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. Dotem vxori maritus offert, boues & frenatum equum, & scutum cum framea gladioque. his matrimonij auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sociam: idem in pace, idem in prælio passuram ausuramque. Paucissima adulteria, quorum pœna præsens hæc: Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verberè agit, Tacitus. ex quo mentiri Sextum Empyrum palam est, aut saltem eius interpretem Gesse. Hertetum, vbi scribit apud Germanos masculà Venere vti non turpe esse, sed receptum. Agriculturæ non student: sed vita omnis in venationibus. Serere tamen eos aut enam neque alia pulte eos viuere, Plinius scriptum reliquit. Hyeme totos dies iuxta focum atque ignem agere, testis Tacitus. Maiorem partem victus in lacte carne, & caseo consistere, docet Cæsar, & in egestate crudis herbis contentos, Appianus. crudis etiam carnibus vesci. addit Mela. In prandio, auctore Athenæo, afferunt carnem membratim assam: & superbibunt lac, vinumque merum. cibi simplices, recens fera, agrestia poma, aut lac concretum. Potus, humor ex hordeo aut frumento est Tacito. Neque vlla gens in hospitiis aut conuictibus effusius indulget. Quericumque mortalium arcere tecto, nefas habetur Nec diem noctemque continuare potando, vti probrum. Mirabile mirum, cùm teste Plinio, ebrietas nulla esset in parte mundi. Miror Athenæum in enumeratione gentium quæ inebriari soleant, Germanos non nominasse. An sortè sobrij hi præ illis? Locupletissimi veste non vtuntur fluitante sed stricta & singulos artus exprimente. ceteri gerunt setarum pelles, quas exterior Oceanus, aut ignotum mare gignit. quod idem attestatur Sallustius: qui dicit eos rhenonibus corpus tegere. item Cæsar sed hic vt Tacitus, addit magna corporis parte nudos esse. patet hoc ex his Isidori, Rhenones sunt velamina humerorum & pectoris vsque ad vmbilicum: atque iuxtas villis adeò

hispida,

hiſpida, vt imbres reſpuant. De his rhenonibus fortè Varro, vbi dicit, *Rheno Gallica veſtis.* Et Seruius ad illud Virgilij 3. Georgicor. *Et pecudum fulua velantur corpora ſetis, Rhenonibus,* nam vt Salluſtius dicit in Hiſtoriis, *veſtes de pelibus Rhenones vocãtur.* Animalis genus videtur apud Perſium, hoc verſu, *Eſſedáque ingentes locat Cæſonia Rhenos.* interpretes ad hunc locum interpretantur Germanos, quia Rhenum vt aiunt accolunt. ac ſi hanc gentem à flumine denominari licet, Danubios potiùs à quo interluuntur, quàm à Rheno qui tam Gallorum quàm Germanorum eſt appellari liceret. Et animalis hoc loco nomen eſſe perſuadet quodammodo nummus argenteus C. Rheni, in quo biga à duabus beſtiis inſtar hircorum trahitur. Κερνεῶν animalia ſic dicta deſcribit Olaus, quæ Rhen ab Herberſteinio nominantur. Hæc à me de his rhenonibus, alij aliter ſi lubet.

Plutarchus 6. Conuiual. ſcribit eos contra gelu tantùm veſtem adhibere. Pomponius ſcribit, viros velari libris arborum. & idem cum Tacito eos omnes ſago pro tegumento vti, ſibula aut ſpina conſerto. in pueritia autem nudos agere, etiam in maximo frigore. Nec alius feminis quàm viris habitus. niſi quòd feminæ ſæpius lineis amictibus velantur. Linum etiam apud hos ſeri, atque in opus ab ipſis feminis agi, neque pulcriorem eos veſtem nouiſſe, annotauit Plinius: easque purpura variant. Sua quemque mater vberibus alit: neque ancillis ac nutricibus delegantur. Ludicris rebus aut minùs vtilibus, vt ipſi exiſtimauere, nempe hiſtrionicæ, picturæ, aut muſicæ operam minimè dediſſe, ex Euſeb. 6. Præparat. & D. Clementis Recog. 9. diſcimus. Carminibus tamen (vt teſtis eſt iam dictus Iulianus in eodem Miſopogono) ſed ruſticis, ſe exercuere. & hoc vnum, teſte Tacito, apud illos memoriæ & annalium genus eſt. Ceterùm omnis vita in ſtudiis rei militaris. neque latrocinium vllam habere infamiam, apud Cæſarem legimus. Et, vt placet Senecæ, armorum illis vna cura. his innaſcuntur, his innutriuntur. Si patria, teſte Tacito, longa pace torpeat, eas nationes vltro petunt, quæ bellum aliquod gerunt. conducunt matres pignota & vxores, quæ pugnantibus hortamina & cibos geſtant, nec plagas exſugere pauent. Prælium cantu, ſono armorum, tripudiiſque incipiunt. Barritúque accendunt animos. In eo prælio vtuntur maioribus lanceis haſtiſque longis Teutonum armis: vt canit Lucanus 6. Scutum in eo reliquiſſe, præcipuum flagitium; ita vt multi ex bello ſuperſtites, infamiam laqueo finierint. Hinc fortè illud Euſebij & D. Clementis, qui tradunt plurimos Germanorum laqueo gulam frangere. Hos fluminà tranare, aiunt Dion & Herodotus. Leuitas enim armorum, & proceritas corporum, eos, teſte Tacito, attollit. Plinius docet, prædones ſingulis arboribus cauatis nauigare, quarum quædam triginta homines ferunt. Idem apud hos perdurare morem porrigendi herbam victos victoribus. Appianus Alexandrinus dicit, eos mortis contemptores, perſuaſione futuri in vitam reditus. Ea fortè de cauſa eſt, quòd hæc de iis Tacitus: Nulla funerum ambitio: id ſolum obſeruatur, vt corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi nec veſtibus, nec odoribus cumulant: Sua cuique arma, quorundam igni & equus adiicitur. Sepulchrum cæſpes erigit, &c. Pœnæ quoddam genus his apud Tacitum: qui ſcribit eos proditores & transfugas arboribus ſuſpendere. ignauos autem, & corpore (torpore mauult legere Lipſius) infames, cœno ac palude, iniecta inſuper crate, immergere. (Lipſij dictam lectionem quòd libens amplectar, facit Cæſar 6. Gallicor. vbi eoſdem deſides, ni fallor, facit. quos deſertorum ac proditorum numero habent. Defidiæ autem notam alicui iniurere, aut torpore infamen facere, non video quid interſit.) Hanc eſſe diuerſitatem ſupplicij pro diuerſitate delictorum. Sacrificiis non ſtudent: & Deorum numero eos ſolos ducunt (ſi Cæſari creditur) quos cernunt, Solem, Lunam, & Vulcanum. Poſtea tamen, vt patet ex Tacito, qui vixit ſub Nerua Imp. ſibi alios quoque Deos adſciuere, vt Mercurium, Herculem, (quem, ſi fides Luciano, ipſi Ogmion vocabant.) Martem, Iſidem & Matrem deorum, item Alcim quendam. Idem Tacitus addit, his quoq. Velledam & Auriniam loco numinis fuiſſe. Huius meminit & Suidas: qui & *Beleda*, pro *Velleda* legis. Poſt has etiam Gannam virginem oracula reddidiſſe, ſcribit ex Dione Theodoſius. Tanfannæ templi apud hos quoque meminit. idem Sueuos (maxima Germaniæ gens) Terram matrem colere ait, quam Aertham (vt legit Lipſius) vocant. vt hactenus Verde. at his nulla ſimulacra. Belenum Deum, (ſi ſincera lectio) Noricorum eſſe, ſcribit in Apologetico Tertullianus. Sacras quaſdam mulieres (quas fatidicas Tacitus, vates vocant Agathias & Polyænus) eos etiam habuiſſe, docet Plutarchus, & ex eo Clemens Alexandrinus, quæ ex fluuiorum ſonitu, vorticibus, ac circumuolutionibus futura prædicebant. Has eaſdem Cæſarem velle, veriſimile eſt, quas tradit Arioviſto dixiſſe, non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante nouam lunam prælio contendiſſent. Huc referenda quæ Strabo 7. de Cimbrorum [Germanorum populorum] vatibus feminis habet. Aelianus 2. Variæ Hiſt. cap. 31. eos etiam per aues, viſcera, ſigna, & omnia, futura prædicere annotauit. Ex equorum quoque hinnitu eos præſagia experiri, teſtis eſt Tacitus. Aruſpices eos quoque habuiſſe, ex Suetonij Domitiano patet. hos homines ſtato tempore publicè cædere, apud Tacitum legimus, idque in nemoribus conſecratis, atque Deorum nominibus appellatis, quod ex Claudiano 1. de laude Sriliconis colligo, qui hos lucos vetuſta regione truces appellat. Sortium quoddam genus his tribuit quoque Tacitus. De horum in auſpiciis peritia hiſtoriolam cuiuſdam militis captiui non contemnendam prodit Ioſephus Antiq. 8. cap. 8. Atque hæc ex multis pauca, de veteri Germania. (cuius nunc alia facies, religio, ritus & mores.) Plura ſuppeditabunt auido Lectori Cæſar; & Tacitus peculiari ſuo de Germanis libello. Quædam etiam Panegyricus Aurelio Maximiano Imperatori dictus. Scripſiſſe olim Liuium Germaniæ ſitum & mores, teſtatur eius Epitome lib. 104. Bellorum Germaniæ libros 20. collegiſſe Plinium Secundum, tradit huius nepos Cæcilius. Aſinium Quadratum res Germanicas accuratè conſcripſiſſe, atteſtatur Agathias. Sed hos omnes & Plinij & Liuij hactenus deſideramus. cum ſint tamen inglorij quidam qui eos apud ſe exſtare glorientur, magnaque R. P. Litterariæ iniuria delitescere & cum blattis pugnare ſinunt. Ab hac detiicta, ſed inuicta tamen GERMANIA, Germanici nomen vel cognomen ſibi ſumpſere Nero Claudius Druſus, (de quo Ouidius, *Et mortem & nomen Druſo Germania fecit.*) Germanicus Cæſar, huius filius, Tiberius Cæſar, C. Cæſar, Nero, Vitellius, & Domitianus. teſtes Suetonius, Dion, Tacitus, & nummi. Item Nerua, Hadrianus, Antoninus Pius, Traianus, M. Aurel. Antoninus, Commodus, Caracalla, Maximinus, Maximus huius F. Gallienus, & Claudius: quod docent nummi veteres. Aurelianus quoque, Maximianus, Valentinianus, Valens. atque Gratianus, teſtibus antiquis lapidibus inſcriptis. Apud Euſebium 9. Hiſtoriæ Eccleſ. Valerius Maximinus item. Adeò vt à doctiſsimo Iuſto Lipſio rectè ſit obſeruatum, & ad Taciti 1. Annal. adnotatum, omnes poſt Tiberium ferè Imperatores ab hac pugnaciſsima gente cognomen ſumpſiſſe. Nummus eſt apud me æreus, in quo M. Aurel. Antonini effigies, cum inſcriptione: M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXV. in auerſa parte abies arbor, cui adſtat Victoria cum clypeo, in quo: VIC. GER. in ora: IMP. VI. COS. III. Abiete Germaniam ſignificari non mirum. eſt enim illa huic regioni valde familiaris: & harum laudatiſsimam in Alpibus deſcribit Plinius; ea parte nempe, vt ego auguror, qua Germaniam reſpiciunt. paucas enim, aut nullas in his Alpibus à parte Italiæ prouenire, haud vno intractu aliquando obſeruauimus. Atque hæc eſt illa Germania, cum quibus Romana gens ab anno ſexcentesimo & quadragesimo, Cæcilio Metello ac Papirio Carbone Coſs. vſque ad annum milleſimum centeſimum & ſexageſimum quartum v. c. cùm à Gothis Germanis, ſub Honorio Imperatore caperetur, bella geſſit. Tam diu vincitur hæc Germania, vt cum Tacito dicam; qui eandem magis triumphatam, quàm victam, liberè fatetur.

Gentis

Gentis indoles vt meliùs intelligatur, paucas historiolas has quasdam attexere placet.

SIMPLICITATIS *ex Suetonio de Claudio hæc,*

Germanorum legatis in Orchestra sedere permisit, simplicitate & fiducia motus, quòd in popularia deducti, cùm animaduertissent Parthos & Armenios sedentes in Senatu, ad eadem loca sponte transierant, nihilo deteriorem virtutem aut conditionem suam prædicantes. Audi quoque Tacitum 13. Annalium, de Frisiis Germanis, Profectique Romam dum aliis curis intentum Neronem opperiuntur, inter ea quæ Barbaris ostentantur, intrauere Pompeij theatrum, quò magnitudinem populi viserent. Illic per otium (neque enim ludicris ignari oblectabantur) dum consessum caueæ, discrimina ordinum, quis eques, vbi Senatus percontantur, aduertêre quosdam cultu externo in sedibus Senatorum: & quinam forent rogitantes, postquam audiuerunt, earum gentium legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitia Romanâ præcellerent, NVLLOS MORTALIVM ARMIS AVT FIDE ANTE GERMANOS ESSE, exclamant, digrediuntur q. & inter patres considunt, quod comiter à visentibus exceptum, quasi impetus antiqui, & bona æmulatio. Nero ciuitate Romana donauit.

SECVRITATIS, *ex Arriani 1. Alexandri.*

Celtas [Cermanos] percontatus est Alexander, quod in rebus humanis maximè extimescerent, ratus nominis sui splendorem ad Celtas multoque vlteriùs penetrasse, quodq. ipsum præ omnibus timerent, responsurtos. Ceterùm à Celtis longè aliter quàm speraret ei responsum fuit: se nimirum, quòd procul ab Alexandro agerent, & loca accessu difficilia habitarent, ipsumque aliò expeditionem facere viderent, vereri ne cælum in ipsos ruat. Alexander eos amicos appellans, & in confederatorum numerum recipiens, remisit, hoc vnum subdens, Celtas arrogantes esse.

FIDVCIAE SVI, *ex Cæsaris Commentarior. lib. 4.*

Germani dicebant se neque primos P. R. bellum inferre: neque tamen recusare, si lacessentur, quin armis contendant: quòd Germanorum consuetudo hæc sit à maioribus tradita, quicunque bellum inferant, resistere, neq. deprecari: hoc tamen dicere, venisse inuitos, eiectos domo: si suâ gratiam Romani velint, posse eis vtiles esse amicos: vel sibi agros attribuant, vel patiantur eos tenere, quos armis possederint: sese vnis Sueuis concedere, quibus ne Dij quidem immortales pares esse possint: reliquum quidem in terris esse neminem, quem non superare possint.

MAGNANIMITATIS, *ex L. Floro lib. 3.*

Quæ Ariouisti regis [Germanorum] superbia? cùm legati dicerent, Veni ad Cæsarem: Quis est autem Cæsar? & si vult, veniat, inquid, &, quid ad illum, quid agat nostra Germania? num ego me interpono Romanis? Sed & hæc de hoc Ariouisto prolixiùs, apud ipsum Cæsarem 1. Commentariorum de Bello Gallico.

DE INSTITVTIONE ET ORDINE IMPERII GERMANICI TABVLA I.

POSTQVAM C. Iulius Cæsar cuncta ferè bellis domuisset, Pompeium cæterosque virtutum suarum infelices æmulos, aut ad inferos, miserè sublatos, aut in exilium viuos procul egisset, de omnibus victor, Triumphator Romam inuehitur: vbi summam nactus auctoritatem & honorem, (cum omnibus solus imperaret) ab hoc tamquam Principe, quarta (quæ Romanorum dicitur) initium monarchia habuit. Hanc dignitatem, quæ summa erat, cùm fastuosius administraret (suam quippe qui statuam inter inuisos Reges, atque auream poni sellam iuberet, etiam Dijs exhibendum à ciuibus sibi honorem postularet) viri aliquot Senatores dominationem & Imperium pertæsi, vulneribus XXIII. in curia eum occidunt anno V. C. IIDCCIX. Atqui non hoc sublato summa vis & Imperium, penes Romanum esse desijt, quin Augustus vnicus admissus hæres, quidquid ad summam dignitatem & Imperium attinebat, multa vi & armis capit. Sub quo cùm omnia quieta essent, neque esset quod bello vel tumultu streperet, hanc felicem quietem omnes admirati, penes vnum Imperium laudant. Hoc titulo, multo seculo soli gloriosi & formidabiles Romani, apud omnes omnia vicêre: donec tandem homines otiosi & crudeles, ad Imperij dignitatem euecti, vim suam & audaciam domi magis, in affines, in ciues, in optimos quosque, quàm foris in hostem, violenter exerebant. Quibus sibi inuicem per omne nefas succedentibus, Imperij summa, & Reipubl. libertas penes Tyrannos fuit; neque quisquam erat, (quidquid namque Imperij erat, fauore & pecunia vendebat miles) qui Imperium à furentibus hostibus vndique incursantibus, defensaret. His ita se habentibus, Hunnorum Rex Odoacer summis viribus illud inuadit, Romanum exercitum & præsidium (in milite pessimo nusquam robur neque virtus erat) vbique sternit: Augustulus Imperator hoc rumore perculsus, in itinere quo ignotior aufugeret, purpura se exuit. Pergit interea Romam Hunnus, eam obsidet, ac paucis diebus pòst capit, nomen mutat, & Odoacriam eam appellat, abit species, abit splendor antiquus Roma, vhique casus & ruina. verùm annis tantum XIIII. hoc nouo Imperio felix, eius in inuadenda Roma successus, ad idem tentandum Theodoricum Gothorum Regem, (qui tunc in Thracia erat) inducit. Hic collectis multis Gothorum millibus, in Italiam venit, Odoacrum Roma pellit, atque iterum copias eius prope Veronam in fugam vertit, fugientem apud Rauennam triennio obsedit, ac tandem data ciuitate eum occidit. Non semel atque iterum captam atque in fauillam redactam sufficit, Longobardi gens noua & ferox Italiam inuadunt, quidquid à prioribus calamitatibus relictum integrum, iam prosternitur, omnia squalent, iacent, & antiquo famosoque nomine ciuis Romanus exuitur: atque hoc malo adeo irreparabili, nomen Imperatoris Italia prorsus exulauit. Cùm neque iam auxilium vllum, à Græcis speraretur, (quibus nimirum sola Constantinopolis pro Imperio sufficiebat) summa meseria coactus Pontifex, pro Ecclesia subleuanda, à Francorum Rege Carolo (qui postea Magnus dictus est) opem petit: hic zelo percitus, superatis Alpibus, Longobardos fugat, Desiderium illorum Regem cum vxore & liberis capit, Regnumque & stirpem penitus subuertit. Pontifex animaduertens infractum animi robur, & propensum erga Ecclesiam animum, eum Imperiali diademate in Augustum & magnum Imperatorem, cum admirabili omnium applausu, anno octingẽtesimo primo donauit. Primus hic fuit qui è Germanis Imperator dictus est, & ad Germanos à Græcis Imperium tulit. Animi magnitudine, Hunnos continuo bello ad extremum adegit. Nortmannos, Frisios, Danos, Anglos, Saxones, & quoscunque alios, Imperio non parentes, mirum in modum fatigauit. Imperium cum vndique auxisset, ac tumultibus XIIII. annis vacasset, Ludouico Pio filio suo occupandum permisit, ac Aquisgrani obijt. Post hunc Carolum Magnum; absque bellis continuis penes Germanum populum Imperij dignitas non fuit, hanc diuersi suæ genti cupientes annectere, omnia armis tentabant. Quo apud Gallos remaneret, Carolus Caluus nihil non tumultibus repleuit, Germanis autem pro Imperij dignitate animosè pugnantibus, eum Germania expellunt. Berengarium in Italia Imperatorem furiosè adgreditur Ludouicus IIII. exercitum fundit, ac eum in fugam vertit. Semel amissam dignitatem sibi restitui cupiebant Itali; gloriosum quippe ducentes singuli, penes gentem suam nomen Imperij. Mansit tamen Imperij dignitas multis seculis in Germania, vi armisque eam ab omni iniuria tuentibus Germaniæ principibus. Donec tandem Ottonem IIII. filium Ottonis III. (qui Romæ educabatur) è tutela Henrici Dueis Bauariæ surreptum, hominem iuuenem, primores Germaniæ Imperio consulentes, in Imperatorem sibi adsciscerent. Hic, bellorum & tumultuum finem, qui in Imperatorum electionibus exoriebantur, haud facilè, nisi alio ordine & institutione adhibitis, futurum percipiens, modum quendam & ordinem, quibus in posterum omnis seditionis & tumultus causa omnibus surrepta est, & quo penes Germanos in perpetuum pacificè permaneret, excogitauit, qui sequenti tabula exhibetur.

ORDINES SACRI ROMANI IMP:
ARCHIEPISCOP: Archicancellarius in
TREVEREN: Gallia
ARCHIEP: Archicancellari, in
COLONIEN: Italia
ARCHIEP: Archicancellarius in
MOGVNTINVS Germania
Tres offic
ales
ac Electo
res Ecclesiastici
Sweuiæ in Germ.
Brunsuicensis
Bauariæ
Lotharingia
Qua
tuor
Duces
Im
ery
Thuringiæ
Hassiæ
Luchtenbergensis
Alsatiæ
Qua
tuor Comites
Pro
uinci
ales Impe
ry

AB OTTONE III INSTITVTI
REX BOHEMIÆ
Pincer na
Quatu or officiales ac
COMES PALATI NVS
Dapifer
Electores se
DVX SA XONIE
Portitor ensis
culares Ro
MARCHIO BRAND
Ca me rarius
mani Im
Aisnensis
Morauiensis
Badeniæ
Brandenburgensis
tuor Mar chiones Impe ry
Meidenburgensis
Nurubergensis
Reneck
Stromburgensis
tu or Comites Castrenses Impe ry

DE INSTITVTIONE ET ORDINE IMPERII GERMANICI TABVLA II.

DE QVO iam paulò ante dixi, Otto IIII. vel vt alij III. vbi sede sua pulsum Gregorium V. Pontif. Romanum, (quem paulò antè huc euexerat) Crescentiumque consulem Imperatorem à Romanis salutatum intellexisset, emensis Alpibus summa vi furibundus in Italiam venit, Romanum ciuem, & quidquid est reliquarum vrbium, omnes ad deditionem cogit; consternatus vehementer Crescentius, postquam hostem intromissum sentiret, in Adriani arcem iam antè à se munitam & reparatam, pro vltimo subsidio vna cum Pseudopontifice à se euecto Ioanne fugit. Cùm neque hinc, (quæ quotidie à Cæsarianis sibi suisque inferebatur) vim sufferret, coactus arcem dedit: Crescentium tumultus auctorem, oculis & naso abscissis, auersè iumento imponi, ac per totam ciuitatem vehi iubet, pòst truncatis manibus & pedibus, extra ciuitatem patibulo affigi, ac semiviuum mille vulneribus tandem milites confodiunt. Sublato etiam Pseudopontifice; Gregorius ad pristinum Pontificatus fastigium, Ottonis auctoritate subnixus, ascendit. Porrò, Gregorius vt Cæsari Germanisque gratificaretur, & acerrimam de accepta à Romanis iniuria vindictam reciperet, nouam fecit vna cum Cæsare de eligendo à Germanis proceribus Rege sanctionem formulamque, ac legem creandi Imperatoris, vt hæc electio perpetuò Germanis maneret, & vt è suo Corpore Cæsarem designarent, quæ ad hoc vsque nostrum æuum permanet. Debet autem virtute huius electionis, mox ab electione vocari Cæsar & Rex Romanorum, & accepta Corona à Romano Pontifice, tum habet titulum Imperatoris Augusti, & priusquam hæc ordinatio publicaretur, Otto vocatis Principibus & proceribus Germanicæ nationis, indicauit illis, quanta confusione ad illum vsque diem electus fuisset orbis Monarcha, & quàm multi essent, qui conarentur propinquos suos ad summum illud promouere fastigium, quæ res, ad summum Christianæ Reipubl. discrimen posset aliquando fomentum ministrare: præstaret propterea aliquot ex principibus Germaniæ designari, penes quos omnis eligendi esset auctoritas, & quo illi in minorem redigerentur numerum, eo minor posset oboriri contentio. Suasit etiam, vt huiusmodi electores, ex Imperij præfectis & Officialibus designarentur, quod illi Regni & Imperij nossent habitudinem & statum; annuentibus autem Regni Principibus & Proceribus, nominarunt Cæsar & Pontifex tres Germaniæ Antistites ecclesiasticos Principes, quos Imperij Archicancellarios esse voluerunt, Moguntinum scilicet, qui rebus Germaniæ, Coloniensem qui Italiæ, & Treuerensem qui Galliæ præesset, ac in his sua officia exercerent. His additi sunt IIII. seculares Principes, qui sua quoque munia Cæsari exhibent, ipsumque dominum mundi esse fatentur: Saxonum Dux veluti protospatharius ensem præfert, significans hunc esse fontem Iustitiæ; Marchio Brandenburgensis cubiculo præest, & vulgo Camerarius appellatur. Comes Palatinus Rheni, Dapifer; Bohemiæ Rex, Pincerna, corporis Cæsarei curam gerentes: à quibus Rex Romanorum electus, designatus Cæsar, ac futurus Imperator dicitur; penes quos ius ac arbitrium est eligendi Regem, ne quis sibi Imperatoriam dignitatem veluti hæreditariam vendicet, vt olim. Hanc formulam, postea Imperator Carolus IIII. in auream bullam, quæ hodie extat, redegit, ac singula significantius expressit. Fertur hæc ordinatio incidisse in annum humanæ redemptionis CIↃ. I. quæ Gallis plurimum displicuit, quique eam graui animo pertulerunt. Factæ sunt quoque tunc & posteris temporibus multæ aliæ ordinationes in Romano Imperio, variaque officia, pro dignitate Imperij euehenda, instituta. Nam post VII. Electores ordinati sunt IIII. Duces, IIII. Marchiones, IIII. Lantgrauij, IIII. Burggrauij, IIII. Comites, IIII. Barones, IIII. Nobiles milites, IIII. Ciuitates, IIII. Villæ, & IIII. Rustici, quos omnes typis suis his duabus tabulis expressimus. Nec tamen contenti Imperatores his constitutionibus, crearunt subinde alios Duces, & nouos Comites, quin & multos Comites sublimarunt in Duces. His antè nominatis ordinibus, nouos quosdam (quo Imperium solidiori firmitate subsisteret) adiunxerunt, vt sunt:

- 4. Præcipui Marschalci.
  - *Pappenheim.*
  - *Iuliacum.*
  - *Missnia.*
  - *Vinstingum.*
- 4. Domini Terræ.
  - *Mediolanum.*
  - *Scala.*
  - *Padua.*
  - *Mirandula.*
- 4. Burga Imp.
  - *Aldenburg.*
  - *Meidenburg.*
  - *Rotenburg.*
  - *Mecklenburg.*
- 4. Serui.
  - *VValdeck.*
  - *Hirten à Fulchen.*
  - *Arnsperg.*
  - *Rabnau.*
- 4. Milites.
  - *Andlau.*
  - *Meldingen.*
  - *Stromdeck.*
  - *Fronberg.*
- 4. Abbates Principes.
  - *Fuldensis.*
  - *Campidonensis.*
  - *VVissenburgensis.*
  - *Murbacensis.*
- 4. Venatores.
  - *Hurn.*
  - *Vrach.*
  - *Scomburg.*
  - *Metsch prope Curiam.*
- 4. Viculi.
  - *Ingelheim.*
  - *Altdorff.*
  - *Lichtenau.*
  - *Deckendorf.*
- 4. Montes Imperij.
  - *Munsterberg.*
  - *Fridberg.*
  - *Heydelberg.*
  - *Nurnberg.*
- 4. Officia hæreditaria Ducat. Sueuiæ.
  - *Dapifer à VValtpurg.*
  - *Pincerna à Radach.*
  - *Marscalcus à Merkdorf.*
  - *Camerarius à Kemnat.*

Multæ tamen ex his dignitatibus sunt mutatæ, aut penitus, intercidente morte præsidentium, abolitæ, vt ex Munsteri Cosmographia abundè patet. Imperialium Ciuitatum nomina, si quis noscere cupiat, eundem consulat. Fecit quoque Carolus IIII. Imperator, multas in Imperio constitutiones, præsertim quando sedet Imperator in sua maiestate, tunc Archiepiscopus Treuirensis sedet in prospectu eius, & Archiepiscopus Moguntinus ad latus dextrum; Archiepiscopus verò Coloniensis ad latus eius sinistrum, Rex autem Bohemiæ sedem suam collocat ad dextram Archiepiscopi, & iuxta eum Comes Palatinus: Dux Saxoniæ tenet sinistram Archiepiscopi, iuxta quem Marchio Brandenburgensis. De his apud diuersos diuersa leguntur, sed cùm instituti nostri non sit amplam hac de re narrationem præbere, lectorem ad Munsterum aliosque Germaniæ Historiographos remittimus.

Gerard de Jode Exc.

Otho III Saxoniæ Dux, Othonis II filius, a principibus Germanis, Imperator Romæ dictus, a Gregorio V pontif. Max. consanguineo
Vocabatur) quem ille pontificem crearat, diadema imperiale accepit: Sed cum Saxoniam peteret Imperator, Gregorius ponti
Vrbe pellitur Quare Otto irarum plenus maximis copijs Italiam ingressus vt Romam capit. Crescentium consulem dissidij auth
cibus punit, Gregoriumque pristinę dignitati restituit. Cum verò consideraret sapientissimus Cæsar perpetuo æstuare Gallos
rende imperialis maiestatis cupiditate a Germanis, et inter Germanos quoque propter electionem nonnũquã dissension
suos Maiores: tulit cum Gregorio sanctionem vt in posterum sola authoritas eligendi Imperatoris, penes septem Germani
rios remaneret: Erat tum Otto natus annos 28 et propter ingenij proptitudinem miraculum mundi dictus: factum hoc asseru
.tesimo septuagesimo quarto: licet scriptores tempore multum varient, quod lectori manifestũ erit ex lectione Historiarum

tuor Mili tes Impe ry
gusta Metis Aquisgranum Lubecum
tuor Me tropoles Impe ry
Colonia Ratisbona Constantia Saltzburga
Qua tuor Rus tici Impe ry
ntea
ne ponti:
is cōpli
ransfe.
apud
prima
ngen
De his consule Munster:
Nomina 4 Comitum et Militum Imperij superius omissa, hic legenda ponimus.
4 Comites Imperij.
Swartzēburgēsis, Clivensis, Ciliæ, et Sabaudiæ.
4 Milites Imperij.
Andelato, Meldingensis, Strongendoch, Frauwēberg.

PANNONIA
ET
ILLYRIS.

PVD Dionem auctorem in primis fide dignum, vt quem huic nationi aliquando præfuisse constat, lego, Pannones dictos ex eo, quòd tunicas manicatas ex pannis more suo concisis ac consutis conficiant; vt interpretatur Xylander; aut vt vertit flos Belgici Orbis Lipsius, quòd tunicas manuleatas ex centonibus quibusdam & pannis (ita appellant) patrio more conscindunt, & coaptant. Ab Alpibus Apenninis nomen habere, nescio vbi legerit, aut potiùs somniauerit Isidorus. Horum regionem Pannoniam, Ptolemæus inter Danubium & Sauum flumina, Cetium & Albanum montes, limites naturales constringit. Sic quoque Strabo, qui Pannonios extendit versus Occidentem, nempe ad Segesticam vrbem, & versus Septemtrionem ad Istrum: à Meridie ad Dalmatiam & Sardiæos populos. Florus scribit hos vallari duobus saltubus, & tribus fluuiis, Dauo, Sauo, Histroque. Ad Istrum fluuium habitare, à Norico vsque ad Mœsiam Europæam, ait Dion. Appianus eos à Iapodum populis vsque ad Dardanos protendit. At in eo fallitur, quòd hos Pæones nominat, errore cum Græcis commuuni, quem primùm detexit Dion 49. Romani enim eos, & ipsi sese, Pannonios vocant. Pæones alij ab his, ad Rhodopen montem nempe, & Macedoniam maritimam. Hanc Pannoniam Ptolemæus, Strabo, Dion, Aurel. Victor, & inscripti lapides in Superiorem & Inferiorem distinguunt. In Primam & Secundam, lib. Notitiar. Pannonias tres numero facit Optatus Afer. non verè, cùm duas tantùm describant classici hi auctores; neque plures depingat Traiani Decij Imp. hinc oriundi nummus, cuius iconem hic adiungi curauimus. Hanc regionem solo planam, lætam, atque vberem esse tradit Solinus. Nemorosam, & nullas vrbes habere, agros dumtaxat per villas & cognationes possideri, scriptum reliquit Appianus. His agris, vt lego apud Hygenum, pretium & vectigal ad modum vbertatis per singula iugera constitutum. erant enim arui primi, arui secundæ partis, siluæ glandiferæ, siluæ vulgaris pascuæ, &c. Aliter autem de eadem postea Iornandes: qui dicit patriam ornatam ciuitatibus plurimis. Incolas omnium hominum vitam durissimam tolerare, neque terram neque aërem felicem habere, neque apud eos oleum aut vinum, nisi paucissimum, nasci, neque hæc eos colere: cùm maiorem anni partem acerrima in hieme viuant. Sed hordeum & milium (zeam & milium Strabo) eos edere, & potum ex iis conficere, docet Dion. additque hoc non auditu aut lectione, at re ipsa cognouisse, dum huic genti præesset. At homines dicit omnium fortissimos, vt qui nihil vita honesta dignum habeant, ad iram & cædes sint propensissimi. Solinus hoc idem confirmans, dicit viro fortem hanc esse regionem. Subdolos incolas, dicit Tibullus 4. Feroces, Statius & Paterculus appellant. Sed idem eosdem laudat, non tantùm à disciplinæ militaris studio; sed linguæ quoque Romanæ notitia: atque litterarum plerisque etiam vsu. Armiferos nominat Ausonius. Aeris vsum hos, imprimis qui circa Noricum habitant, inuenisse, tradit Euseb. 10. Præparat. Corpore præualidos & proceros, in pugnam cædemque paratissimos, Herodianus. Sed ingenio ita pingui, vt haud facilè sentiant, si quid agas dicásve astutè aut subdolè. Mamertini Panegyricus hanc Pannoniam, virtute, vti Italiam gloriæ vetustate, gentium dominam nominat. Glandiferam nominat horum regionem Plinius. & idem saliuncam herbam in ea prouenire, tamquam memoriæ dignum, sua Naturali historia testatum reliquit. Pannonicos canes laudat Oppianus: & venationi non ineptos, Nemesianus dicit hoc versu: *Nec tibi Pannonicæ stirpis terminatur origo.* Pannonicos pileos ex pellibus factos, quibus milites vti consueuere, celebrat Vegetius. Huic regioni postea vineas habere permisit Probus Imp. qui & opere militari Almum montem apud Sirmium, & Aureum apud Mœsiam superiorem, vineis conseuit. vt habet in huius vita Aurel. Victor. In Pæonia adeò auro fertile est solum, vt plurimis pondus minam excedens repertum sit. & in huius confinibus, crebris imbribus terra liquefacta, aurum quod apyrum vocant, inueniri, scribit in Admirandis Aristoteles. at Græcum errorem hic denuo agnosco, cùm Pannonia pro Pæonia scribendum sit. Pannoniam enim siue Hungariam, hactenus ad miraculum vsque esse auriferam, testes habemus præter cæteros, Bonfinium, Broderithum, & Ranzanum, qui adfirmat etiam aureas ex vite virgulas ad digiti & semipedis longitudinem complures se vidisse. De Pæoniæ auri fæcunditate nemo. Laërtius in Pyrrhi Eliensis vita annotauit Pæones mortuorum corpora in stagna proiicere. Max. Tyrius Oratione 38. scribit Pæonas Solem venerari, & signum Solis esse discum breuem, longo imposinum ligno. an hoc verò de his, aut Pannonibus potiùs (quia Græcus quoque est,) credi possit, peritioribus inuestigandùm trado. Item locum Aeliani 7. Animal. cap. 12. ibi digna lectu de Pæoniæ mulierum operositate, & laboris patientia. Pæonas etiam (pro Pannonibus) habet Ztetza Chiliade 10. numero 318. vbi quædam sunt huc pertinentia. In Illyrio & Pannonia esse monychos, tradit Antigonus, in Mirabilib. Monops animal hoc puto Aeliani. Aliis Bonasus. Pannoniam bisontum animalium feracem ait Diaconus 2. Longob. cap. 8. additque se audiuisse ex vero sene, in huius animalis corio quindecim homines vnà cubare, magnitudinem eius indicans. Atque hæc de Pannoniis, nunc de Illyrico.

ILLYRIS vocatur hæc regio Ptolemæo: Illyria, Illyrias, & Illyrium Stephano: Illyricum à ceteris Geographis Historicisque. Huius tractum olim descripsisse toto volumine Alexandrum quendam, testis est Val. Max. Nomen accepit, si Appiano credimus, ab Illyrio Polyphemi F. si Apollodoro, & Stephano, Cadmonis F. Limites huius multifariam ab auctoribus describuntur. Ptolemæus eam mari Hadriatico, Istria, Pannoniis & Scardo monte, à ceteris distinguit. Plinius ad Lissum vrbem finit. Pomponius huius initium constituit à Tergesto, finem ad Aeam fluuium, qui secundùm Apolloniam est. Martianus vlteriùs, ad Ceraunios nempe montes vsque, vt quoque Strabo. Suetonius in Tiberio de huius limitibus hæc: *Illyricum, quod intra Italiam, regnumque Noricum, & Thraciam & Macedoniam, inter Danubium fluuium, & sinum maris Hadriatici patet.* Amplissimam autem facit Appianus: vt qui eius longitudinem ab Istri ortu, ab Ponticum vsque mare producit. Sex. Rufus qui vixit sub Valentiniano Aug. sub Illyrico prouincias septem & decem numerat: has scilicet, Noricorum duas, Pannoniarum duas, Valeriam, Sauiam, Dalmatiam, Mœsiam, Daciarum duas, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Epiros duas, Prætualim & Cretam. Hæc de nomine & limitibus, ex variis auctoribus. Nos autem hac tabula Ptolemæi Illyricum tantùm ex presimus, quam ille bifariam diuidit, in Liburniam nempe & Dalmatiam. Liuius 45. eam per populos in tres partes distinguit: de cuius regionis natura, hæc Strabo. Tota Illyrici ora est opidò commodis instructa portubus: tum ipsa, tum insulæ etiam vicinæ: & bonarum frugum ferax, oleis & vitibus egregia. Quæ supra hanc sita est regio, montosa est tota, frigida ac niualis: ita vt vites raræ sint & in editis & in planis locis. Ob id, non impropriè, gelidam Illyriam, dixit Propertius. Incolas bellicosissimos dicit Appianus. Terra mariqúe feroces, Liuius. Sæuos & latrociniis addictos, asserunt Florus & Strabo. Fortissimarum Europæ gentium vnam esse, Iulianus Imp. in Sermone de Cæsaribus, auctor est. Duas legiones Martiobarbulos in Illyrico semper fuisse, traditur à Vegetio. Hos Diocletianus & Maximianus postea Iouianos & Herculeos nominauere. cæque cunctis aliis legionibus prælatæ. *Illyricis fudant equitatibus alæ;* inquit Claudianus in Laude Serenæ. Aruspicinæ etiam cognitione celebres, facit Lampridius, dum scribit Alexandrum

Vis consili expers mole ruit sua.
Dno Ludovico Hallero ab Hallerstein, Stemmate, eruditione, & animi candore, vere nobili, Ab. Ortelius hoc amicitiae mnemosynon dedicabat.
NORICI PARS.
PANNONIA SUPERI
PANNONIA
GERMANIA PARS.
Azali.
Cytni.
Bij.
Iasi.
Coletiani.
Amantes, et Amanteni.
Cemandri.
Osseriates.
Batones.
Serretes.
Serrapilli.
Sacer campus.
Latobici.
Flanates.
Iapydes.
Colapiani.
Taurisci.
HISTRIA.
HYLLIS.
Catili.
Hylli.
Polaticus sinus.
Flanaticus sinus.
Lopsi.
Collentini.
Varubarini.
Derrij.
Varciani.
Occidens.
Tergestinus sive Aquileius sinus.
CRONIVM, HADRIATICVM, ET SVPERVM MARE QVIBVSDAM ETIAM IONIVM, ET RHEAE SIN.
Liburnicus sinus, habet scopulos insulas, Strabo. Illyrici ora multis amplius insulis frequentatur. Plinius, et Martianus.
Insulae Illyricae incognitae positionis.
Boas, Ammiani,
Goreiro,
Ladesta, } Antonini.
Solemnia.
Padus fl.
ITALIA PARS.
Ancona.
Loca incertae positionis.
In ILLYRIA populi, Agravonitae, Araxae, Cinambri, Decuni, Deremusae, Dezari, Dudini, Glindicitones, Grabari, Hemasini, Hymani, Lacinienses, Mentores, Melcomani, Oxei, Palarei, Plerei, Sassiei, Scirtari, Selepitani, Separi, Stulpini, Syopij, Tralles. Vrbes, Alcomenae, Arduba, Astraea, Balcha, Bargulum, Bolurus, Cornutum, Dimalum, Eugenium, Hyscana, Iovium, Megara, Melitussa, Nerata, Ninia, Nutria, Oedantum, Olympe, Orgomenae, Pelion, Pherę, Seretium, Sesarethus, Setovia, Sinotium, Sir, Surnon, Tribulum. Regio Ias. Fluvius Salanon. Mons Monoechus. Locus Senta. In PANNONIA populi, Arivates, Belgites, Corneate, Dosiumes, Decentij, Dystiates. Vrbes, Alburnon, Arsaciana, Burgena, Quadriburgum. Hae vrbes quoq; circa Iapygiam, Istriamq;, Archimea, Torgium. et populi Eleutij, Moentini. Quedam etiam ex Anton. Itinerar. hic omissimus.

PANNONIAE,
ET ILLYRICI VE
TERIS TABVLA.
Ex conatibus geographicis Abra
hami Ortelij Antverpiani.
Carpodaci.
Acincum, et Aquincum.
Lasulones
Gorrio, sive Hereu.
Lusonium
Altinum
Ivollum
Lugionum
Boi.
Mursella
BATHA NATII via.
Iasi.
Quinque ecclesiæ
Anamascia
Sandrizetes, et Andizetij.
Teutoburgium.
Scordisci.
Mursa
PANNONIA CIBALIENSIS.
Onagrinum.
Bononia
Acquincum legio.
Cibalis
Salis
Martis col. ubi forte Marsum planum.
PANNONIA SIRMIENS. VEL AMANTINA.
Amanti ni Sex. Rufi.
Sirmium
Tarsium.
Budalia
Basianum, et Basiana.
Savus flu.
Perisadienses.
Nedinum
Daoris et Daursij.
Vardei, qui et Ardei, et forte Varalij.
Aquum Pict.
Sardiotę.
Siparum
Enderudini.
Narinsij.
Enderum.
Piraei.
Onaeum
Onaei.
Parthini.
Siculotæ.
Chinna
Docleatæ.
Clausula flu.
Pirultæ.
Scodra
Labeates.
Scirtones.
Lissus
Drilo flu.
Dalmaticum Mare, Tarvo.
Oldinnum
Rhizonicus sinus.
Melita, et Melitena.
Epidaurus
Ascrivium
Bulva, et Butua.
Diocleatis lacus.
Bulimei.
Dyrrhachium
Epidamnus, et Dyrrachium
Chelidonij.
Calliæ.
Taulantij.
Athenæ insula
Petra
Privilegio
1590.
TANASTAE.
DACIAE
PARS.
Oriens
MOESIAE
SUPERI
PARS
MACEDO
NIAE
PARS.
Danubius flu.
Al Stanus Celtica.
Drauus flu.
Sauus flu.
Nisi flu.
Herona
Narbona
Dalminium
Drinius flu.
Orbelus mons
Scardus mons
Vardarius flu.
Thermi dens
Chlerus flu.
Rhiso, et Rhizinium
Bardanus flu.
Rhizona
Drilo flu.
Eimina cuma
Epirus
Drida
Machis flu.
Petra
Mecla
Iader
Pannonia
Dalmatia
Liburnia
Illyricum
Ionium Mare
Carnia
Istria
Venetia
Italia
Ionium Mare
Tarvo
Dalmatia
Epirus
Thessalia
Macedonia
Thracia

drum Seuerum hos in huius peritia vicisse. Isogonus apud Plinium scribit apud hos esse homines qui visu effascinent, interimantque quos diutiùs intueantur; iratis præcipuè oculis, eosque binas pupillas habere. Vinosos esse docet Aelianus, & ebrietati admodum deditos Athenæus. De horum virginibus & mulieribus, Varro 2.cap. 16. Vineas sub postremis Impp. colnisse significat Claudianus 2. in Panegyrico Stiliconis, cùm inquit, *Execiis inculta dabant quas fœcula siluis, Restituit terras, & opacum vitibus Istrum Conferit.* Sub Probo Imp.vti videtur. Sabaiam pauperum potum, sic dictum, atque ex hordeo vel frumento in liquorem conuersum esse, apud Ammianum lego. Hos peltam inuenisse, annotauit Clemens 1. Stromatum. Iumenta bis hic in annos singulos, & pleraque geminos, multa ternos, & quaternos parere: nonnulla etiam quinos aut plures simul progignere, lacteque diurno tres semisextarios implere: tum gallinas non semel tantùm, sed bis térve in dies singulos oua edere, perhibet in Admirandis Aristoteles. Capras hic vngues pedum indiuisos habere, scribit se audiuisse Aelianus. Gentianam præstantissimam hic nasci, annotauit Plinius. idem Illyricas cochleas, magnitudine præcipuas esse. Lychnidem optimam hic prouenire, in locis editis procul à mari, auctor est Athenæus 15. Illyricam picem celebrat Ouidius 2. Amandi, & ad Tuticanum. Iridis Illyricæ meminere Theophrastus, Celsus, Ouidius, & Dionysius Vticensis. & huius laudatissimam nasci in silucstribus Drilonis & Naronæ, scribit Plinius. In Illyrio quaternos equos Neptuno nono quoque anno in mare olim iaciebant, si fides Festo, in verbo Hippius. A Dionysio Vticensi & Cæl. Apitio memoratur oleum Liburnicum. Idem fontem frigidum in Illyriis esse docuit, supra quem expansæ vestes accendunturˑ Et de Illyrico hæc generatim. nunc speciatim de eius regionibus Liburnia & Dalmatia: quarum finis & initium est Titius fluuius, vt censet Florus: siue Scardona vrbs, ad huius ripam, vt placet Ptolemæo, Dioscoridi, Galeno, & Plinio. Liburnia nauibus, quæ inde Liburnicæ vocantur, insignis: quas aliis omnibus nauibus bello aptiores æstimat Vegetius. teste enim Appiano leuitate & celeritate ceteris præstabant. Nec minùs veloces esse scribit Zosimus, quàm quæ quinquaginta remis agantur. At falsò idem has ab vrbe Italiæ sic dicta, nominatas adserit. Olei Liburnici meminit Apitius. De ferrariis Dalmatiæ, vide quædam apud Cassiodor. Variar. lib. 3. ad Simeonem. Auriferam esse, ostendunt Statij hi versus, in Siluis: *Quando te dulci Latio remittent Dalmatæ montes, vbi Dite viso Pallidus fossor redit, eruióque Concolor auro.* Item hi Martialis: *Ibis littoreas Mater Salonas, Felix aurifera colone terræ.* Nulla tamen pecunia eos vti, Strabonem testem habemus: qui & agros eos singulis octenniis denuo diuidere ait. Viginti in Dalmatia opida antiqua, & qui ipsi sibi asciuerunt ampliùs sexaginta, scribit Cicero ad P. Vatinium. Rapam & pastinacam circa Dalmatiam vltro prouenire, scribit ex Posidonio Athenæus 9. (vt vertit Dalechampius, cùm Ἀλματια in Græco legitur, voce à nemine alio memorata. Taulantios Dalmatiæ populos, ex melle vina reddere, tradit Aristoteles in dictis Admirandis: fauos enim, aqua superinfusa exprimunt, ac simul aheno ad mediam vsque partem concoctam, primùm fictilibus infundunt, deinde vasis ligneis reseruant in multa tempora, donec per omnia vini saporem contrahant. Idem ibidem scribit, in Ardiæis (etiam Dalmatæ) iuxta Autariatarum confinia, magnum esse montem, & in propinquo vallem, vnde aqua prosilit copiosa, non equidem omni tempore, sed vere tantùm, quam interdiu vasi infusam seruant, noctu sub dio constituunt. Quod dum ita fit sex diebus, vltimo congelatur, ac sal omnium perfectissimum efficitur. Senta nomine, specum, habet Plinius in Dalmatiæ ora, vasto in præceps hiatu, in quam deiecto leui pondere, quamuis tranquillo die, turbini similis emicat procella. Huc pertinet fortè fabella duarum rupium, quarum meminit Dionysius Afer. in eadem regione spelunca est, quæ Dianæ dicitur, si Phlegonti Tralliano fides, in qua videre licet multa corpora, quorum costæ XVI. vlnas excedunt. At hactenus de hac regione, eiusque gente, ex auctoribus maximè vetustis.

Hanc Illyriam postea Slauoniam, & eius populos Slauones, nominauit recentior ætas: sub quo nomine à Basilio Imp. Constantinopolitano à gentium reliquarum feritate abductos, & baptismate sacro imbutos tradit huius F. & successor Leo Imp. libro de Bellico apparatu, cap. 18. vbi hos eorum mores prolixè satis describit, his Ioannis Checi interpretis verbis: Populosa « natio est, omnium ætumnarum patiens: calores, frigora, pluuias, nuditatem, commeatus & rerum necessariarum inopiam facilè « perfert. Erant hospitibus humani: quam hospitalitatem adhuc studiosè retinent. Peregrinis enim benigni ac mites erant, & « illos lubenter ac humaniter excipiebant, & à loco in locum comiter deducebant, & ab omni noxa offensioneque integros & « securos conseruabant. Itaque si propter negligentiam hospitis peregrinus lædatur, bellum statim contra eum mouet. Nam fidei « magnam declarationem esse putant, si peregrini vicem vlciscatur. Aliud præterea non inhumanum hoc videbatur apud eos « esse: captiuos enim suos non ad infinitam seruitutem obligabant, sed vt captiuos potiùs apud se retinebant, & certum quoddam « seruitutis tempus præscribebant, vt post hoc tempus expletum, certa quadam mercede data, ad suos redire possint; vel, si mal- « lent, apud illos liberi & amici permanerent. Feminæ illorum præter ceteras modestæ feruntur. Multæ enim virorum suorum « mortem tam grauiter ferunt, ac si sua esset, & seipsos suffocant: vitam enim viduam ac solitariam ferre non possunt. Milio ad « commeatum vtebantur: temperantiam in victu maximè colunt: reliquos agriculturæ labores minùs perferunt, quia vitæ libera- « liorem cultum magis diligunt, neque adduci possunt, vt magno cum labore sumptuosas epulas parent, atque eas postea vorent « atq. exsorbeant. armantur paruis hastulis vel iaculis duobus vnusquisque vir: quidam etiam scutis magnis, quos thyreos vocant. « Arcubus enim ligneis vtuntur, & sagittas habent veneno imbutas, quod efficax admodum est: nisi enim qui plagam accepit, « vel theriacam bibat, vel aliquod aliud salutare præsidium, vel statim omnem plagam præcidat, ne latiùs serpat, vniuersum necesse est corpus pereat. Ad loca præruptа & accessu difficilia confugere, & ibi commorari gaudent. Hactenus Leo Imp. «

HISTRIAE, quæ in hac tabula quoque continetur, luculentam habes descriptionem apud Cassiodorum 12. Variar. ad Prouinciales huius regionis: vbi eam ob fructuum optabilem fœcunditatem Rauennæ Campaniam, & Regiæ vrbis cellam penariam nominat.

ITALIA.

QVI regionum ſitus, aliis rebus forma comparare ſolent, Italiam querno folio aſsimilant; vt Plinius, Solinus, & Rutilius: hederæ, vt Euſtathius. Cruri humano aurem, vt recentioribus placet, multo ſimilior eſt. Eſt qui totam Europam noſtro tempore in puellæ formam delineauit; qua Italia brachio dextro continetur: non inconcinnè, ſi quis regionis naturam & res in ea geſtas ad amuſsim conſideret. vt enim totius corporis robur vires ſuas hoc membro vt plurimum exercet; ita hæc regio quondam totius Europæ potentiam mundo ſuo hoc lacerto declarauit.

Italiam varios habuiſſe incolas, partim barbaros, partim Græcos, ex vtriuſque linguæ monumentis palam eſt. Habuit enim ab initio Aborigines, Siculos, Pelaſgos, Arcades, Epeos, Troianos, Morgetes, Auſones, & Oenotros. A quibus & varia ſortita fuit nomina: vt AVSONIA, OENOTRIA, à populis: IANICVLA à Iano: SATVRNIA à Saturno: & tandem ITALIA ab Italo rege; aut, vt Varro teſtis eſt, à bubus. Græcia enim antiqua tauros vocabat ἰτάλους, à quorum multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt; aut, vt alij aiunt, qui fabulis indulgent, quod à Sicilia Hercules perſecutus ſit eò nobilem taurum, qui diceretur Italus. Vocata fuit quoq. à Græcis HESPERIA, ab Heſpero Atlantis F. aut, vt aliis placet, ab Heſpero veſpertina ſtella: à quo etiam Hiſpania quondam Heſperia dicta fuit. Eadem enim ratione qua Italia à Græcis Heſperia, ab Italis Hiſpania quoque Heſperia dicitur. Ad differentiam tamen Virgilius 1. & 7. Aeneid. Italiam, Heſperiam Magnam cognominauit. Sed & pluribus præterea nominibus ab aliis indigetatur. Nam & APENINAM, ARGESSAM, CAMESENAM, TYRSENIAM, SALEVMBRONAM, TAVRINAM, appellari video à Macrobio, Halicarnaſſeo, M. Catone, Iſacio Tzetza, &c. CHONIAM, & BRETTIAM dictam ſcribit Stephanus. Eius pars etiam MAGNA GRÆCIA, ab incolis in ea Græcis, à claſsicis auctoribus nominatur. Tam multos variosque populos, plures quidem quàm in vlla alia terra habitaſſe ferunt, vt Ælianus ait, eam potiſsimùm ob cauſſam, quòd omnium anni partium in ea ſit moderata tempeſtas: quòd regio bonitate telluris excellens ſit, & aquis irrigua, fertiliſque omnium fructuum, atque compaſcua: itemque quòd fluuiis perfuſa, mare quoque commodum adiectum habeat; portubusque ex omni parte ſit interſtincta; & appellendis ſoluendisque nauibus idonea. Sed & inhabitatorum ſingularis benignitas & manſuetudo multos pellexit, vt in eam ſuas ſedes transferrent. Itali regali ſemper nobilitate præfulgidi ſunt, teſte Iulio Firmico.

Cæleſtem Italiam; & Reginam mundi, vocat hanc regionem Æthicus: Rerum Dominam Rutilius: Gentium Dominam Mamertinus: Beatiſsimam totius Europæ Dion Pruſæus. Totius Orbis oprimam eſſe docet lib. 1. Halicarnaſſeus multis de cauſis. Strabo ait, huius præſtantiam neminem poſſe pro dignitate verbis explicare. Sed huius laudes vno Plinij encomio (quo illuſtri ſuo Naturæ operi finem imponit) abſoluere lubet. In toto orbe, (inquit) & quacumque cæli conuexitas vergit, pulcerrima eſt omnium, rebusque meritò principatum naturæ obtinens, Italia: rectrix parensque mundi altera, viris, feminis, ducibus, militibus, ſertuitiis, artium præſtantiâ, ingeniorum claritatibus, iam ſitu, ac ſalubritate cæli atque temperie, acceſſu cunctarum gentium facili, littoribus portuoſis, benigno ventorum afflatu aquarumque copia, nemorum ſalubritate, montium articulis, ferorum animalium innocentia, ſoli fertilitate, populi vbertate. Quicquid eſt quo carere vita non debeat, nuſquam eſt præſtantius: fruges, vinum, olea, vellera, lina, veſtes, iuuenci. Neque equos quidem in trigariis præferri vllos vernaculis animaduerto. Metallis auri, argenti, æris, ferri, quamdiu libuit exercere, nullis cedſit, & iis nunc in ſe grauida, pro omni dote varios ſuccos, & frugum pomorumque ſapores fundit. hæc ille. Adde his, ſi lubet, quæ idem habet lib. 3. cap. 5. Polybius 2. item Varro de re Ruſtica 1. cap. 2. Strabo ſub finem libri 6. & Virgilius variis in locis. *Si factum certa mundum ratione fatemur, Conſiliumque Dei machina tanta fuit*, inquit de hac Italia, Rutilius 2.

In vndecim regiones hanc diuiſit, teſte Plinio, Octauianus Auguſtus Imp. In ſeptemdecim Conſtantinus Magnus, vt habet Rubeus, in ſua Rauennatium hiſtoria 2. Octodecim autem lego apud Diaconum, Longobardic. 2. cap. 21. Mille centum & nonaginta ſeptem vrbibus præditam & ornatam fuiſſe, auctor eſt Ælianus. Atque hæc eſt illa Italia, quæ nunciato Gallico tumultu, L. Æmilio Paulo, C. Atilio Regulo Coſs. ſola ſine externis vllis auxiliis, atque etiamnum ſine Tranſpadanis, equitum LXXX. M. peditum DCC. M. armauit. Polybius ait, huius regionis armatorum, tempore Annibalis, numerum fuiſſe ſepties centena millia peditum, & equitum ad ſeptuaginta millia.

Inſulas ad hanc pertinentes facit Plinius Siciliam, Sardiniam, Corſicam, Oglaſam, Planariam, Vrgon, Capraria m, Ægilium, Dianium, Mænariam, Columbariam, Venariam, Æthaliam, Planaſiam, Aſturam, Palmariam, Sinoniam, Pontias, Pandatariam, Prochytam, Ænariam, Megarim, Capream, Leucotheam, Cunicularias, Herculis, Enoſin, Ficariam, Beleridas, Callodem, Heram lutram, Leucaſiam, Pontiam, Iſciam, Ithaceſias, & Vlyſsis ſpeculam. Addo his Æolias, Parthenopen, Diomedeas, Calypſon, & Dioſcoron, item Electrides: & alias quaſdam, quæ apud Pomponium & Antoninum nominantur.

AL-PES.
HELVETII.
RHAETI.
ASSERIATES.
STONI.
FORVM IVLII.
CARNI.
EVGANAEI.
BREVNI.
BECHVNI.
TAVRISCI.
ISARCI.
VENETI.
CENTRONES.
OROBII.
LIBVI.
COENOMANI.
INSVBRES.
MACRI CAMPI.
LEPONTII.
TAVRINI.
LYBICI.
BOI.
SVETRII.
GALLIA TOGATA.
FLAMINIA.
SEMNONI.
VMBRI.
GALLIÆ PARS.
LIGVRIA.
TVSCIA.
Regio XI.
Regio IX.
Regio X.
Regio VIII.
Regio VI.
Regio VII.
Tergestinus sinus.
Gallicæ paludes.
Septem maria.
Occidens.
MARE LIGVSTICVM.
MARE TYRRHENVM, SI
CORSICA.
Mariana
Aleria
Titanis portus
Cunicularia insulæ
Herculis insula
Gorditanum prom.
SARDINIAE PARS.
Olbia
Feroma
Hermæa
EX NVMMO AEREO IMP. CAES. VESPASIANI AVG.
ROMA
CAES. ANTONINI PII AVG.

ITALIAE VETERIS SPECIMEN.
ILLY=
IAPODES.
Liburnicus sinus.
Iadera
Salona
LIBVR=
NIA.
=RICVM.
Tregurium
Pegontium
Pharos insula
DALMATIA.
Epidaurus
Asseruium
MACEDO=
NIA.
Rhizoni cus sinus.
Dyrrachium
Oriens.
EPI=
RVS.
Diomedeæ insulæ.
Vrias sinus.
Tarentinus sinus.
Parianus sinus.
Hipponiates sinus.
Aeoliæ insulæ.
MARE IONIVM.
Cum Privilegio Imp. Reg. et Cancellariæ Brabantiæ decennali, evulgabat Abrahamus Ortelius.

ITALIA GALLICA.



ARS hæc Italiæ olim Gallia appellata fuit. Galliam enim prisci scriptores ab Oceano versus Ortum ad Rubiconem vsque fluuium extenderunt. Alpibus itaque eam per medium discriminantibus, illam Vlteriorem & Transalpinam vocauerunt: hanc autem, quam hac tabula edimus, Subalpinam siue Cisalpinam & Citeriorem. Galliam veterem nominat Ausonius, item Solinus, vbi scribit Vmbros Gallorum veterum propaginem. & Galliam, sine cognomine, Liuius 45. Et quia hæc tota progressu temporis sub Italiæ voce comprehensa fuerit, ab Appiano in Annibalicis, aptissimo nomine, ad alterius veræ Italiæ differentiam, Italia Gallica nominatur. Liber notitiarum prouinciarum Italiam Mediterraneam vocat. In hac comprehendebatur etiam ea Gallia quæ Togata cognominabatur. Hæcque Arminum quoque vocatur à Liuio 28. si mendo vacet locus. Huius incolas Celtas appellat Silius 9. ad Eridanum habitantes. In hoc terrarum spacio (quod Tacitus florentissimum Italiæ latus appellat) sunt ex Diui Augusti diuisione, Octaua, Nona, Decima, & Vndecima, regiones Italiæ. Hic idem tractus à Pado flumine, qui eam irrigat, & per medium secat, diuiditur in Galliam Transpadanam, & Cispadanam. Hæc Cispadana sola, Togata est apud Ptolemæum. Sub hac eadem Ligures, quos antiquitus ad Padum vsque habitasse, vti apud vetustissimos scriptores obseruantur, comprehendebantur. Si fides sit tribuenda Originibus, quæ sub Catonis nomine circumferuntur, hęc eadem Æmilia quoque, Felsina, Aurelia, & Bianora dicta fuit. Polybius toto huic tractui Gallico formam triangularem tribuit: cuius apicem faciunt Alpes & Apenninus montes, basim, Sinus Hadriaticus, camposque in eo totius Europę maximos & huberrimos esse, addit. Vbique arboriferam hanc regionem, pecori pascendo aptam, & multis irrigari fluuiis, in eaque fuisse vrbes octodecim magnas ac pulchras, ita ædificatas, vt & ad pecuniam parandam commodè, & ad viuendum splendidè haberent, testis est Plutarchus in Camillo. Idem quoque Plinius, qui eum triquetræ formę dicit: & vt in Delta Ægypti, Nilum, ita hic Padum in mare effundi. quem Strabo scribit humectare hanc planitiem, felicemque reddere, & multis collibus frugiferis distinguere. Hic ille est quem antiquiras Eridanum vocauit, Phaëtonteia fabula nobilis. Hunc fluuiorum regem facit Virgilius: oloriferum vocat Claudianus: auriferum, & nulli amnium claritate inferiorem dicit Plinius. Profluit ex Vesuli inter iuga Alpium altissimi mōtis gremio: vbi se paruis primum fontibus colligens, submersusque cuniculo, rursus in agro Forouiensi extollitur. Inde lacus immensos in se exonerantes, & triginta flumina secum deferens, multis ostiis se in mare Hadriaticum exonerat: atque in id tam citus profilit; vt discussis eius fluctibus, suum in mari alueum seruet: atque inter marinas aquas dulcium haustus, vt cum Pomponio loquar, faciat. Bodincum, quod significat fundo carentem, Ligurum lingua appellari, scribit Plinius. Hanc plagam inter ceteros populos aliquando habitarunt Galli, qui omnium primi populo Romano arma inrulerunt: vrbemque Romam captam incenderunt, Capitolio tantùm incolumi. Atque hæc, illa est Italiæ pars, quam multum adhuc frugalitatis antiquę retinere, scribit Plinius, ad Iunium Manricum sunm. Apud Strabonem 5. & Polybium 2. optima & plenissima huius regionis descriptio. Venetię huius partem lege apud Cassiodor. 12. Variar. numero 24. Bonauenrura Castilleonius. & Gaudentius Merula, hinc oriundi, nostro æuo non parum hanc eandem suis doctiss. scriptis, & peculiaribus libellulis illustrauere. Qui fabulis delectantur, Aristotelis Admiranda adeant, vbi quædam de Electridibus insulis, & graculis sementem depascentibus. De iisdē Theopompum, apud Ælianum 17. Animal. cap. 16.

De Liguria hic nonnihil quoque dicendum videretur, si totam hæc tabula exhiberet: sed quia eius pars tantùm (olim enim vltra Massiliam & Rhodanum fluuium eius fines fuisse, auctores idonei restantur) hic apparet, de eo multa dicere supersedebimus. Antiquissimæ solummodo tabulæ æneæ inscriptionem adponam, quia multa locorum nomina Genuensis territorij, ad hanc tabulam pertinentia, & non alibi lecta, continet. Est autem talis:

Q. M. Minutieis Q. F. Rufeis de controuersieis inter Genuateis & Veiturios in re præsente cognouerunt: & coram inter eos controuersias composeiuerunt: & quia lege agrion posideremt, & qua fineis fierent, dixserunt eos fineis facere, terminōsque statuei iousserunt: vbei ea facta essent, Romam coram venire iousserunt. Romæ coram sententiam ex Senati consulto dixerunt, eidib. Decemb. L. Caecilio. Q. F. Q. Muncio. Q. F. Co. Qua ager priuatus Casteli Veiturionum est, quem agrum eos vendere hæredemque sequi licet: is ager vectigal nei fiet. Langatium fineis agri priuati ab riuo insimo qui oritur ab fontei in Mamicelo ad flouium Edem, ibi terminus stat. Inde flouio suso vorsum in flouium Lemurim. Inde flouio Lemuri susum vsque ad riuom Comberane. Inde riuo Comberanea susum vsque ad conualem Caeptiemam, ibi termini duo stant circum viam Postumiam. Ex eis terminis recta regione in riuo Veindupale. Ex riuo Vendupale in flouium Neuiascam. Inde dorsum flouio Neuiasca in flouium Procoberam. Inde flouio Procobora deorsum vsque ad riuom Vimelascam insumum: ibei terminus stat. Inde sursum riuo recto Vimelasca: ibei terminus stat propter viam Postumiam. Inde alter trans viam Postumiam terminus stat. Ex eo termino quei stat trans viam Postumiam recta regione in fontem in Manicelum. inde deorsum riuo quei oritur ab fonte in Manicelo ad terminum quei stat ad flouium Edem agri poplici quod Langenises posident: hisce finis videntur esse: vbi confluont Edus & Procobera ibei terminus stat. Inde Ede flouio sursuorsum in montem Lemurino insumo: ibei terminus stat. Inde sursum vorsum iugo recto monte Lemurino: ibei terminus stat. Inde susum iugo recto Lemurino: ibei terminus stat in monte Procauo. Inde sursum iugo recto in montem Lemurium summum, ibi terminus stat. Inde sursum iugo recto in castelum quei vocitatust Alianu, ibei terminus stat. Inde sursum iugo recto in montem Louentionem, ibi terminus stat. Inde sursum iugo recto in montem Apeninum quei vocatur Boplo, ibei terminus stat. Inde Apeninum iugo recto in montem Tuledonem, ibei terminus stat. Inde deorsum iugo recto in flouiom Veraglascam, in montem Berigienam insumo, ibei terminus stat. Inde sursum iugo recto in montem Preuicum, ibi terminus stat. Inde deorsum iugo recto in flouium Tuielascam, ibi terminus stat. Inde sursum iugo recto Blustiemelo in montem Clazelum, ibi terminus stat. Inde deorsum in fontem Lebriemelum, ibi terminus stat. Inde recto riuo Enifeca in flouium Porcoberam, ibi terminus stat. Inde deorsum in flouiom Porcoberam vbei confluont flouii Edus & Probobera, ibei terminus stat. Quem agrum poplicum iudicamus esse: eum agrum Castelanos Langenses Veiturios posidere fruique videtur oportere: pro eo agro vectigal Langenses Veiturii in poplicum Genuam dent in annos singulos VIC. N. CCCC. Sei Langenses eam pequniam non dabunt neque satisfacient arbitratu Genuatium, quod per Genuenses mora non fiat quo setius eam pequniam accipiant: tum quod in eo agro natum erit frumenti partem vicensumam, vini partem sextam Langenses in poplicum Genuam dare debento in annos singulos. Quei intra eos fineis agrum posedet, Genuas aut Viturius quei eorum posedeit. K. Sextil. L. Caicilio. Q. Muutio. Cos. eos ita posidere coleireque liceat, eu quei posidebunt vectigal Langensibu pro portione dent: ita vti ceteri Langenses quei eorum in eo agro agrum posidebunt fruenturque. Praterea in eo agro ni quis posideto, nisi de maiore parte Langensum Veiturionum sententia: dum ne alium intromittat nisi Genuatem aut Veiturium colendi causa. Quei eorum de maiore parte Langensum Veiturium sententia ita non parebit: is eum agrum nei habeto niue fruimino. Quei ager compascuos erit: in eo agro quo minus pecuascere Genuates Veiturioque liceat, ita vtei in cetero agro Genuati compascuo ne quis prohibeto: niue quis vim facito: neue prohibeto quo minus ex eo agro ligna materiamque sumant vianturque. Vectigal anni primi K. Ianuarii secundis Veturis Langenses in poplicum Genuam dare debento. Quod ante K. Ianuarii primas Langenses fructi sunt eruntque vectigal inuitei dare nei debento. Prata que fuerunt proxuma fenisicei. L. Caicilio. Q. Munitio Cos. in agro poplico quem Vituries Langenses posident: & quem Odiates & quem Dectunines & quem Cauaturinew, & quem Montoeines posident: ea prata inuitis Langensibus, & Odiatibus, & Dectunnebus, & Cauaturines, & Mentonines, quem quisque eorum agrum posidebit inuitei eu ni quis sicet: niue pascat: niue fruatur. Sei Langenses aut Odiates aut Dectunines aut Cauaturines aut Mentonines malent in eo agro alia prata inmitere, defendere, sicare, id vti facere liceat, dum ne amplior em modum pratorum habeant quàm proxuma estate habuerunt fructique sint Vituries. Quei controuersias Genuensium ob iniourias iudicati aut damnati sunt, sei quis in vinculeu ob eas res est: eos omneu solues mittei leiberique Genuenses videtur oportere ante Eidus Sextilis primas. Si quoi de ea re iniquom videbitur esse, ad nos adeant primo quoque die, & ab omnibus controuersieis & bono. publ. leg. Moco. Meticanio Meticoni, F. Planeu Pelsani Pelioni. F.

Hactenus hęc tabula, ex descriptione Stunicæ: huius enim exemplar (inter alia ab aliis diuulgata) quod emendatissimum rebar, sequutus sum, fretus eius fide & diligentia, qua profitetur eam nulla addita, mutata, aut detracta littera, excepisse. ideoque idem admonet lectorem, ne moueatur varia scriptione, vt *iousserunt, dixserunt* & *iuserunt, dixerunt* & *diverunt, susum* & *sursum*, & eiusmodi aliis. neque hæ librariorum negligentia accidisse putet, sed ita diuersimode in typo reperiri. Augustinus Iustinianus autem (vt & hoc addam) pro *in Manicelo, Immanicelum*, legit pro *Vendupale, Vinducpale*. pro *Lauentio, Iouentio*. pro *Berigiena, Berigema*. Alia in nonnullis vocibus quoque apud Fulvium & Lipsium in libro Smetij. Notas difficiliores idem Stunica sic interpretatur VIC. N. CCCC. Victoriatos nummos quadringentos. HONO. PVBL. LI. LEG. MOCO. oneribus publicis liberi, lege Maconia.

Reperta fuit hæc tabula ab agricola dum solum foderet, anno 1506. in agro Genuensi, ad radices Apennini, Valle Porceuera, quā Siccam cognominant, in pago Izo secco nominato. Translataque inde in ipsam vrbem, ad S. Laurentij, vbi hodie conseruatur. Videtur scripta anno centesimo post initium belli Punici.

ITALIA GALLICA, SIVE GALLIA CISALPINA.
Ex conatibus Geographicis Abrah. Ortelij.
Cum priuilegio decennali, Imp. Belgicæ, et Brabantiæ.
1590.
Venerando Dno D. Francisco Superantio Veneto, pietate ac sanguine nobili, auctor lubens merito donabat, dedicabatque.
INCERTI SITVS LO
Azara, Ampelus, Aprona, Barderate, Barra, Cæbina, C rea quod Potentia, Cottia, terpium, Forum Clodij, Ing Passicium, Pellaon, Quadr magum, Templum, V
SARVNE TES
VENNONETES.
ADVLA Mons
BRIXEN
GALLIAE TRANSAL: PINAE
VIBE RI
TA VRISCI.
CATORIGES.
CENTRONES.
VERAGRI.
Lemanus lacus.
Ostodurus
Tarentasia
GRAIAE Alpes
PARS Occidens:
AGONES.
OSCI.
Cremonis iugum.
LIPON TII.
COTTIÆ Alpes.
COTTII Regnum.
Penninus mons.
LEBVI.
Eporedia colonia.
Augusta Prætoria colonia.
Bardum vicus.
Vercellæ.
Acheræ
INS:
Novaria.
VERTACOMARI.
LIBICI, et LEBETII.
Vercellæ.
Padus flu.
SEGVSIA NI.
TAVRINI.
NERVSII.
Vibi forum.
Vesulus mons
SVETRII.
Saluia.
VAGIENNI LIGVRES.
Sanitium.
BRENTII.
ALPES MARITIMAE.
Cemeleum
Alpa summa
VEDIANTII.
TEMILII.
Costa hallena
Albingauum
Ligustini montes.
Pollupice
Gallinaria insula.
GALLIA TRANSALPINA
GALL:
ANANES.
MARICI.
Asta colonia.
Pollentia colonia.
Alba Pompeia colonia.
Alpes et Apenninus hic coniungunturte Ste Strabone.
Tanarus flu.
Vetera flu.
Augusta Vagienno rum.
Bondico magus quod et Industria.
Iulia Dertona, colonia.
Forum Fulvij, quod et Valenses num.
Laumellum.
Ticinum colonia.
Cottuus fines.
LAEVI.
Dux Columnæ.
Raudi campi.
Clastidium
ANDRI.
Iria.
Iulia
Camillo magum.
Casinum
ÆGONES.
Antilu.
Aquæ Statiellæ rum.
Carisium.
Libarna
Bobium
Veiturij
Vada Saba
Canalis cum.
Phereti
Genua
Delphini portus.
Genuates
Pelloupia
Iebbia flu.
Bardon mons
Ligustica
Ioanarus flu.
Tarvisedo
Clavena
Berusina
ISARCI.
Verbanus lacus
Lacus Larius
Vallis VERENA
Vannia
Carvaca
Breina
BECHVNI.
Annonium
OROBII.
Bergomum
Pons Aurrobis.
Novum Comum
Baretinus
Inzebria.
Lucinis rum.
Magunturum
LAMBRANI.
Mon tunates.
BOII.
Mediolanum.
Melpum
Forum Iuniorum
Castorum lucus.
Ticinum colonia
Lambrus flu.
Adda flu.
Olna flu.
Sebinus
Roncalia
Placentia colonia.
Velleiarium.
Tessa
Trebia flu.
Tanarus flu.
Ioanarus flu.
Ostia flu.
Tiberis flu.
Arnus flu.
Ticinus flu.
Sesia flu.
Dora flu.
Stura flu.
Tanaro flu.
Bormida flu.
Orcus flu.
Ordum.
Segusium.
Singonia gus.
Ad Martis
Maiorne vertex.
Augusta Taurinorum colonia.
Brigantium.
Vintium.
Pedi sons.
Ad caput huius fluminis defertur Prole mous Poenin num lacum.
Arebrigium
Forum Claudij.
Axima
Berguinum
Rhodanus flu.
Rhenus flu.
Athesis flu. Plinio, vel adamalis vulcrus.
Tonsus flu.
Olna flu.
Adda flu.
Ticinus flu.
Lambrus flu.
Adda flu.
Olna flu.
Sebinus
Roncalia
Tessa
Trebia flu.
Tanarus flu.
Ioanarus flu.
Ostia flu.
Tiberis flu.
Arnus flu.
Ticinus flu.
Sesia flu.
Dora flu.
Stura flu.
Tanaro flu.
Bormida flu.
Orcus flu.
Ordum.
Segusium.
Singonia gus.
Ad Martis
Maiorne vertex.
Augusta Taurinorum colonia.
Brigantium.
Vintium.
Pedi sons.
Vibi forum.
Vesulus mons
Salinæ
Sanitium.
Cemeleum
Alpa summa
Costa hallena
Albingauum
Ligustini montes.
Pollupice
Gallinaria insula.
Vada Saba
Canalis cum.
Phereti
Genua
Delphini portus.
Genuates
Pelloupia
Iebbia flu.
Bardon mons
Ligustica
Ioanarus flu.
Tarvisedo
Clavena
Berusina
ISARCI.
Verbanus lacus
Lacus Larius
Vallis VERENA
Vannia
Carvaca
Breina
BECHVNI.
Annonium
OROBII.
Bergomum
Pons Aurrobis.
Novum Comum
Baretinus
Inzebria.
Lucinis rum.
Magunturum
LAMBRANI.
Mon tunates.
BOII.
Mediolanum.
Melpum
Forum Iuniorum
Castorum lucus.
Ticinum colonia
Lambrus flu.
Adda flu.
Olna flu.
Sebinus
Roncalia
Placentia colonia.
Velleiarium.
Tessa
Trebia flu.
Tanarus flu.
Ioanarus flu.
Ostia flu.
Tiberis flu.
Arnus flu.
Ticinus flu.
Sesia flu.
Dora flu.
Stura flu.
Tanaro flu.
Bormida flu.
Orcus flu.
Ordum.
Segusium.
Singonia gus.
Ad Martis
Maiorne vertex.
Augusta Taurinorum colonia.
Brigantium.
Vintium.
Pedi sons.
Vibi forum.
Vesulus mons
Salinæ
Sanitium.
Cemeleum
Alpa summa
Costa hallena
Albingauum
Ligustini montes.
Pollupice
Gallinaria insula.
Vada Saba
Canalis cum.
Phereti
Genua
Delphini portus.
Genuates
Pelloupia
Iebbia flu.
Bardon mons
Ligustica
Ioanarus flu.
Tarvisedo
Clavena
Berusina
ISARCI.
Verbanus lacus
Lacus Larius
Vallis VERENA
Vannia
Carvaca
Breina
BECHVNI.
Annonium
OROBII.
Bergomum
Pons Aurrobis.
Novum Comum
Baretinus
Inzebria.
Lucinis rum.
Magunturum
LAMBRANI.
Mon tunates.
BOII.
Mediolanum.
Melpum
Forum Iuniorum
Castorum lucus.
Ticinum colonia
Lambrus flu.
Adda flu.
Olna flu.
Sebinus
Roncalia
Placentia colonia.
Velleiarium.
Tessa
Trebia flu.
Tanarus flu.
Ioanarus flu.
Ostia flu.
Tiberis flu.
Arnus flu.
Ticinus flu.
Sesia flu.
Dora flu.
Stura flu.
Tanaro flu.
Bormida flu.
Orcus flu.
Ordum.
Segusium.
Singonia gus.
Ad Martis
Maiorne vertex.
Augusta Taurinorum colonia.
Brigantium.
Vintium.
Pedi sons.
Vibi forum.
Vesulus mons
Salinæ
Sanitium.
Cemeleum
Alpa summa
Costa hallena
Albingauum
Ligustini montes.
Pollupice
Gallinaria insula.
Vada Saba
Canalis cum.
Phereti
Genua
Delphini portus.
Genuates
Pelloupia
Iebbia flu.
Bardon mons
Ligustica
Ioanarus flu.
Tarvisedo
Clavena
Berusina
ISARCI.
Verbanus lacus
Lacus Larius
Vallis VERENA
Vannia
Carvaca
Breina
BECHVNI.
Annonium
OROBII.
Bergomum
Pons Aurrobis.
Novum Comum
Baretinus
Inzebria.
Lucinis rum.
Magunturum
LAMBRANI.
Mon tunates.
BOII.
Mediolanum.
Melpum
Forum Iuniorum
Castorum lucus.
Ticinum colonia
Lambrus flu.
Adda flu.
Olna flu.
Sebinus
Roncalia
Placentia colonia.
Velleiarium.
Tessa
Trebia flu.
Tanarus flu.
Ioanarus flu.
Ostia flu.
Tiberis flu.
Arnus flu.
Ticinus flu.
Sesia flu.
Dora flu.
Stura flu.
Tanaro flu.
Bormida flu.
Orcus flu.
Ordum.
Segusium.
Singonia gus.
Ad Martis
Maiorne vertex.
Augusta Taurinorum colonia.
Brigantium.
Vintium.
Pedi sons.
Vibi forum.
Vesulus mons
Salinæ
Sanitium.
Cemeleum
Alpa summa
Costa hallena
Albingauum
Ligustini montes.
Pollupice
Gallinaria insula.
Vada Saba
Canalis cum.
Phereti
Genua
Delphini portus.
Genuates
Pelloupia
Iebbia flu.
Bardon mons
Ligustica
Ioanarus flu.
MARE LIGVSTICVM, VEL MEDITERRANEI MARIS PARS.

GERMANIAE PARS.
CARNI.
NORICI.
VINDELICI.
Caruanceas mons.
Ocra mons.
IVLIAE Alpes.
VENETAE aliquibus.
Burgum
Piris mons.
BERNENSES
SARVNATES.
Achens flu.
Bataue
Endidum.
Belunum colonia.
Cepafia
Ceneda
FOR
VM IV
LII.
Romatinus portus.
Liquentia porus.
Opitergium colonia.
COGIENSES.
FERTINI.
Stonos
STONI.
Tarufani montes.
Transfium
Horacleia
Altinum
Venetia
VENNONES.
FOCVNATES.
TRIDENTINI.
Tridentum
Ausugum
NAVNES.
HENETI, Qui et VENETI, et VENETIA.
Brentonicum
Eugarici montes
MEDOACI.
Vicetia colonia.
EVGANEI.
Patauium colonia.
Aquis Sanis
ELECTRIN
Medoacus flu.
Medoacus portus
Edron portus.
Brundulum porus.
HADRIATICI, SIVE SVPERI MARIS INTIMVS RECESSVS.
Eleo Ferulae insulas ante Padum, à prisis descriptas fabulosas fuisse Strabo
Ori ens.
Verona colonia.
Atesse colonia.
Acedum colonia.
Tonisonus
Carbonaria, siue Tartarum ostium.
Olana, quod Volana est.
Mantua colonia
Ancianum
SYM.
BRII.
Tartarum paludes
Hostilia
Varianus vicus.
Padus flu.
TRIGA.
Ferraria.
Saga
Sagis ostium.
Eridanus flu.
Papinus m.
Coliuaria
Bononia colonia, quae et Felsina.
Claterna
Forum Cornelii
Forum Liuii
Forum Popilij
Cesena
Rauennae pa.
Butrium
Ocrubaria.
Forum Gallorum.
BOII.
Nuceria.
Letus mons.
Agathiae, et Proropio.
GAESA.
REGIO
Rubicon flu.
Rubicon flu.
Sarsina Plauti patria
TAE
SEXTA
Balista mons
APENNINVS
MONS.
Florentia
Ad Pistores
APVANI LIGVRES.
Luca
Luna
TVS
CIÆ
Aurelia via Antonini
Pisse
PARS.
INCOGNITÆ POSITIONIS POPVLI.
Casmonates
Celelates
Cersicreates
Eyburiates
Flamonienses, quæ Vennenses, et Culiri.
Foretani
Franiates
Garuli
Hercates
Iuuates
Lauicini
Magelli
Oteyni
Padinates
Quarquerni
Treuises
Varyani
Veliates, cognomine Vesteri
Venteni
Vergunni
Vibelli.
Scala milliarium.
10
20
30
40
50

TVSCIA siue ETRVRIA.

FINITVR hæc regio duobus fluminibus, Tiberi ab Oriente; & Macra ab Occidente: Apennino monte vallatur à Septentrione: & mari suo, siue Tusco, à Meridie alluitur. Nam etsi, testibus Liuio & Polybio, ante Romanum Imperium constet eam latiùs patuisse, nempe vltra Apenninum, Atriam (vnde Atreatico mari nomen) vsque, postea tamen à Gallis inde expulsi, his limitibus cõprehensa fuit. Ex vndecim regionibus, quibus ab Augusto Italiam digestam scribit Plinius, septima hæc numeratur. Catonis Origines quæ circumferuntur, hanc regionem diuidunt in Maritimam, (quam fertilem atque siluosam facit Vopiscus in Aureliano) Transcriminiam, & Larthenianam. Iornandes & Marcellinus lib. 27. Annonariæ Tusciæ meminerunt; circa Pistorium oppidum. Vrbicariæ etiam, Lib. de Limitib. An circa Romam hæc vrbem? In duodecim ducatus distinctam fuisse, scribit Halicarnasseus, 6. populos nominat Liuius, 1. ad quod Virgilium adlusisse videtur, dum inquit, *Gens illi triplex, populi sub gente quaterni.* ex quibus communiter creato Rege, singulos singuli populi lictores dabant. Lucumones vocat Seruius, & Reges interpretatur 2. Georg. Duodecim coloniæ vocantur in dictis Originibus, Ianiculum, Arinianum ad Tiberim, Phesulæ, & aliud Arinianum ad Arnum, Phregenæ, Volce, Volaterra, Cariara quæ & Luna ad littus, Ogygianum, Aretium, Rosellæ, & Volsinium in mediterraneis. Hæ hoc ordine & nomine apud Volaterranum sunt, Luna, Pisæ, Populonia, Volaterra, Agyllina, Fesulæ, Russellana, Aretium, Perusia, Clusium, Faleria, & Vulsinia. Etruriæ xv. populorum meminit lapis antiquus qui Vulsinij exstat, teste Onuphrio.

Varia sortita est hæc regio nomina. Vmbriam enim primò appellatam ex Plinio constat; qui tradit Vmbros à Pelasgis eiectos; inde Pelasgiam dictam. Hos Lydi (vt idem cum Trogo asserit,) profligauerunt; à quorum Rege Tyrrheno Tyrrhenia nominata fuit. testibus Paterculo, Halicarnasseo, Strabone, & Liuio. Mox à sacrifico ritu, lingua Græcorum, Tuscia cognominata. Sed & Rasena quoque, vt ait idem Halicarnasseus, à Duce quodam: pro quo corruptè, ni fallor, Razenua apud Myrsilum. Comara & Saleumbrone etiam, si huius farinæ scriptoribus, vt Pseudo-Beroso & Annio, credimus. A Phocensibus quondam occupatam, Herodoti Clio testis est. Phocenses, & Phocensem lacum habet circa Arnum fluuium, Antonini fragmentum. Siculos hanc quoque ante Pelasgos inhabitasse, Halicarnasseus 1. scriptum reliquit.

Natura regionis omnium rerum felix, etiam vitifera, vt prodidit Halicarnasseus. Sunt lati campi, collibus distincti, cultique admodum, & fertiles, teste Diodoro. Arboriferam & pecori pascendo aptam, fluuiisque irrigari testis est Plutarchus. Vbertate Soli sacratam, pronunciat Martianus; quæ fertilitas gentem non parum ad delicias impellit: sunt enim, inquit idem Halicarnasseus, molles victu ac cultu, domi militiæque: quippe qui præter res necessarias, luxus etiam & artificij variam supellectilem ad voluptates & delicias elaboratas quoque in castris circumferre solent. Sed & prædatricem, crudelem & inhumanam vocat Eustathius. Necromantiæ his studium tribuit Eusebius 2. Præpar. Genetricem & matrem superstitionis facit Arnobius 7. Dediti religionibus, vt qui sacrificia, diuinationes, & auguria primùm inuenerint, eaque Romanis tradidere; vti & sellam curulem, paludamenta, trabeam, togam prætextam, pictam, fasces, secures, lituos, apparitores, curules, annulos, phaleras, musicam, ludionesque: denique omnem ornatum triumphalem ac consularem, vel potiùs (vt Flori dicam verbis) omnia decora & insignia quibus imperij dignitas eminet. Statuarum quoque ænearum fusilium inuentionem his tribuit Casiod. 7. Variar. numero 15. Hinc Romani pueros suos olim Etruscis, vt postea Græcis, litteris erudiendos dabant. Liuius, Strabo, & Diodorus. Tyrrhenorum inuentum tibiam esse, ad eamque non solùm pugnare, sed etiam flagellis seruos cedere: item coquere, scribit ex Aristotele Iul. Pollux. De iisdem Plutarchus 8. Conuiual. hos ex veteri instituto dissipare stragula cùm ex lecto surrexerint. ollis ablatis, non relinquere in cinere vestigium, sed confundere. hirundines tecto non recipere. non transgrediebantur scopas. non aduncum vnguibus domi alebant. Voluptuosos tamen, parumq. honestos eosdem vocat Thimon, apud Athenæum 12. ibi huius multa exempla, si quis iis delectetur, legere potest. item 4. apud eundem. Sed non possum hîc præterire hoc Heraclidis in Politiis, nempe, qui apud hos æs alienum conflauerit, & non persoluat, sequuntur eum pueri gestantes vacuum marsupium, ignominiæ caussa.

Etruscorum valde florentes opes olim fuëre. Multum terra, plurimum mari pollebant: & bello Romanis pares. Gentem Italiæ opulentissimam, armis, viris, pecunia esse, ait Liuius, cui suffragatur Diodorus. Horum regionem ab Alpibus ad vtrumque mare pertinere, auctor Plutarchus in Camillo. Trecenta Vmbrorum oppida à Tuscis debellata reperiuntur, Plinio auctore. Et tanta erat opibus Etruria, vt non terras solùm, sed mare etiam per totam Italiæ longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum famâ nominis sui implesset. Mantuam & Atriam Tuscorum colonias faciunt Plinius & Liuius; Capuam Pomponius & Paterculus; & idem Nolam, etsi Solinus hanc Tyriis, (malè, vt auguror, pro Tyrrhenis) Chalcidensibus Trogus & Silius tribuant. Immò Plutarchus de Virtute Mulierum, & in Quæstionibus Græcis, auctor est Etruscos hos quondam Lemnum & Imbrum insulas occupasse.

Tuscus vicus, in vrbe Roma: Tusculum, & Tusculanum in Latio, ab his nomen sumsere. Item mare quod hos alluit, mare Tuscum vocatur, quod Inferum, Notium, Tyrrhenum, & Liburnum quoque dicitur, auctoribus Plinio & Cicerone. Tyrrhenus sinus est etiam circa Puteolos Dioni. Sed sunt & Tusci, alij ab his, in Sarmatia, Ptolemæo: & Tyrrheni in Atticis insulis, si fides habenda sit Myrsilo Lesbio.

Galliae Togatae pars.
Apennini montes
Ameriauum
Apua
AP: VA:
LIGVR: ES.
LIGVRIAE PARS.
Segesta Tigulliorum
Marcalla flu.
Fossae Pupiriani
Luna, quae et Carrara
Carrea, Pa
Ericis portus
Bondelia
Montes Feroniani
Luca colonia
Clodia via
Aurelia via
Ligustici montes
Tu: scia
An:
Pistorium, vel ad Pistores
nonaria.
Massa Veternensis
Phocenses lacus
Phocenses
Fesulae colonia
Florentia colonia, quae et Fluentia forte
Arimanum colonia
CLVS: ENTI:
Fesulani montes de quibus Crispus 7. cap. 37. ubi Radagaisem Gothorum regem cum ducentis millibus hominum inedia confectos tradit.
STELLATES.
Fluentini, qui et Arnientes.
Volaterrani, cognomine Etrusci.
Senna colonia
Volaterra colonia, quae Ochomiana aliquando dicta fit Volaterranis fides.
Volaterranus ager.
Cecinna flu.
Volaterrana vada, Plinio Vada Antemnae sine cognomine.
Pisae colonia, Alpheas cognominat Virgilius.
Salinae, vibi Albini villa
Triturria
Ligurnus portus, Vieturg ad Herculem, Antonini.
Lancellum
Ansur flavius hodie seminate in Arnum ecce: nerat, sed a Luca mare recta petit.
PISANVS SINUS.
MARE TYRRHENVM, SIVE TVSCVM.
OCCIDENS.
GORGON
Inter Tijanum Cyrnia: cumq; latus.
Squalet lucifugis insula plena viris. Rutil. lib. 1.
CAPRARIA.
Rufellae Ptol.
Vetulonienses.
Vetulonium
Sudertani
Vetulonii lacus
Populonium promontorium
Traianus portus
Stationenses
Scapra
Statonia
Colonia
Salebro portus
Prilis lacus
Mansiones Ptolemaei et Antonino
Pandataria, Agrippae Aug. exilio celebri
ILVA, quae et AETHALIA.
Argous portus
Insula inexhaustis cuiusvis generis metallis, Virg.
CORSICAE insulae pars.
LOCA TVSCIAE QVORVM SITVM IGNORO.
Adharnaba
Amitinenses
Anio
Caprium
Cora
Corytus
Cortenebra
Cortnesia
Crustuminum
Etruria, idem forte cum Tyrrhenia
Nacria, quae et Nucria
Neueia
Olena
Perrhaesium, nisi sit Perusia.
Sabrum
Sora
Tiginia
Troilum, nisi sit Troium
Turrena Augustalis
Tyrrhenia, an idem cum Etruria?
Vera
Vesentini
Vexij, nisi sint Veij.
Consule nostrum Thesaurum geographicum.

TVSCIAE
ANTIQVAE
TYPVS.
Ex conatibus geographicis
Ab. Ortelij.
Cum
privilegio Impe:
riali et Belgico
ad decennium.
1584.
LATII
PARS.
VMBRI.
SABINI.
VILVMBRI.
CRVSTV:
MENI.
ORIENS.
FIDENATES.
MI:
NIA.
Sentinas
ager.
VOLSINII.
ET
RV:
RI:
ARVNTES
Veteres quos
mine CA:
MILLA:
RII.
GRAVIS:
CI.
Volcientes
Plinij.
Caletranus
ager, Livio et
Plinio.
aturnini, qui
Aurinini.
MAEONIA.
CAPENATES.
FA:
A
TARQVINIEN:
SES.
LYDI.
Sabatia.
LISCI.
LARTHE:
HIRPI, qui
et SORANI.
VEIEN:
NI:
TES.
ANA.
Tyrrhenum Mare
Tiberis flu.
Tibrenum
Tusci, villa
Plinij
Arretium colonia
Cortona colonia, quæ
et Croton Stepha:
no.
Perusia
colonia
Trasimenus
lacus
Castola. Diod. Siculo.
Montes Cortinenses
Ad Statuas
Labyrinthus et sepulcrum
Porsenæ regis, de quo Plinius
36. cap. 19.
Russellana colonia
Plinio. Rosellæ. Ant.
et Cat.
Montinates.
Sentinas, ut Catonj.
Aculæ Ptol.
Aquenses Tau:
rini Plinio.
Volsinij
Bulsinius
lacus
Falisca Iunonia
colonia, ab
Argiuis condita.
Horatium
Trossulum
Cimini
Cimini lacus
Cupra
Elbij vi:
cus.
Forum
Cassij
Bleraci
Sutrium co:
lonia
Aqua Apollinaris
Forum Claudij quod et
Nouum Prælorium
Claudij
Arcenium
Arsena
Cyrnera flu.
Baccanum
Mesium
Thermæ
Sygianæ
Obscum
Veiens colo:
nia, quam
Geryonium
Iarii
villa
Iarii cubi:
culum
Gallicum
Tyrrhenum
Portus Alsi
Insula Sa
et Lilybæ
mus Veneris
Tiberis flu.
Albula, qui et Tiberis flu.
Teronia
Teronij lu:
cus colonia
Soracites mons
Flaminium
Ocriculum
Narnia
Tiber flu.
Nera flu.
Tiber flu.
Tiber flu.
Tiber

L A T I V M.

LATIVM, quod Magnum, Pulchrum, & Hesperium cognominat summus poëta Virgilius; Prima Italiæ, ex descriptione D. Augusti (qui nempe eam, in vndecim, teste Plinio, diuisit) regio, duplex est. Latium enim Vetus, & Latium Nouum nominatur. Vetus à Tiberi, Cicæios (Fundos ait Seruius) vsque protendi: Nouum hinc ad Lirim fluuium: Plinius & Strabo auctores. immo vlteriùs, iisdem testibus: Sinuessam enim, (quæ & Sinope.) vsque, in adiecto vtpote Latio, vt idem Plinius hunc Tractum vltra Lirim (qui pars Campaniæ) nominat, qua de caussa fortè Seruius hoc Latium ad Vulturnum vsque fluuium extendit. Suntque huius Latij termini Tyrrhenum mare; Apenninus mons; Tibris, Anio, & Liris, flumina. Gentes ambiunt Tusci, Sabini, Marsi, Samnites, Præguriani, atque Campani. Nomen habere à verbo *Lateo*, quòd nempe hic Saturnus latuerit, scribit Seruius: docet & ante hunc Herodianus, Eutropius, Cyprianus, Minutius Felix; & Poëta omnium suffragio maximus, quem audi,

Primus ab æthario venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul adeemptis.
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis,
Composuit, legésque dedit, Latiúmque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

Idem alius non minùs facundia quàm exilio nobilis, Iani dei verba referens:

Multa quidem didici, sed cur naualis in ære
Altera signata est, altera forma biceps?
Noscere me duplici posses in imagine, dixit:
Ni vetus ipsa dies extenuasset opus.
Caussa ratus superest: Tuscum venit rate in amnem,
Ante peremnato falciferbrbe Deus.
Hac ego Saturnum memini tellure receptum,
Cælitibus regnis a Ioue pulsus erat.
Inde diu genti mansit Saturnia nomen:
Dicta quoque est Latium terra, latente Deo.
At bona posterites puppim formauit in ære,
Hospitis aduentum testificata Dei.

Prudentius quoque aduersus Symmachum, de Saturno hæc,

Num melius Saturnus anos rexisse Latinos
Creditur? edictis qui talibus informauit
Agrestes animos, & barbara corda virorum?
Sum Deus, aduenio fugiens, præbete latebras.
Occultate senem, nati feritate tyranni
Deiectum solio: placet hic fugitiuus, & exul,
Vt lateam, genti atque loco Latium dabo nomen

Adeò vt cum Solino quis meritò interrogauerit, Quis nescit à Saturno Latium atque Saturniam dictam? Si cui autem hæc nimis fabulosa videantur, audiat Varronem his omnibus antiquiorem; qui ait sic vocatam, quòd lateat inter Alpium & Apenninum præcipitia. at quæ Italiæ veteris alia regio non æquè latet? Si ego ansor strepere inter hos auderem olores, dicerem non à latendo, at à latitudine potiùs nomen obtinuisse. nulla enim alia totius veræ & priscæ Italiæ regio latiùs se inter mare & montes aspiciendã præbet. testes huius consule tabulas geographicas. Sed maneat antiquitati suus honos, nec me vltimum Mysorum, velim lectores, ne malè audiam, audient. Sunt qui putant (vt refert ad Enni fragmenta Hieronymus Columna) Saturni nomen Syriacum esse, & ea lingua latentem significare: Vnde agrum Latinum quasi illius nomen interpretantes, LATIVM prisci illi vocaueruit. Incolas Latinos esse, auctorem Strabonem, omnesque Romanarum rerum scriptores habeo: à Latino tempe rege, *genus vnde*, vt inquit Poëta, *Latinum*, Latiniensis etiam quosdam eius habet Plinius: sed quos interisse addit. Illos priscos olim dictos ab Halicarnasseo & Festo dicici. De regionis natura hæc Strabo 5. Totum Latium felix est, & omnium rerum ferax, demptis paucis quibusdam locis maritimis, quæ palustria & morbosa. vt Ardeatium ager, & quod est inter Autium & Lauinium, vsque ad Pometiam, & Setini agri quædam; ac circa Tarracinani & Circeium: tum si qua sunt montosa & saxosa. quamquam ne hæc quidem ociosa aut inutilia sunt: cùm vel pascua copiosa & silua habent, aut fructus palustres mouant, sve proferunt. Cæcubum quidem locus palustris vitem arboream alit, cuius vinum est præstantissimum. Audi quoque Theophrastum 5. Hist. Plantar. cap. 9. Latinus ager aquis totus abundat. & plana laurum myrtumque habent: scissimamque mirabilem: (oxeamique, Fagus Latinus vocat:) tanta eius longitudine cædtur, vt pro carina Etruscis nauibus posit sufficere. Montuosa pinum & abietem ferũt. Latiniensia vina celebrat Plinius. & idem horum cibum primum far fuisse. & pulte, non pane vixisse longo tempore Romanos. manifestum scribit. Quam culta hæc regio, quot vrbibus populisque habitata, idem testatur; vbi ait in Latio tantum Antiquo LIII. populos interiisse, sine vestigiis. & Pomptinam paludem (huius regionis quoque partem) olim XXIII. vrbium fuisse. Inter veteris Latij vrbes Alba Longa quondam caput fuit: postea Roma: at hæc non tantum huius, sed & Orbis terrarum. Cuius alterum nomen, quia arcanis cærimoniarum dicere nefas habetur, minimè, ne cum Val. Sorano pœna luam, enunciabo. eiusque verò cognomina epithetaque quibus hæc à clarissimis omnium gentium scriptoribus decorata fuerit, hic enumerare, mihi licitum ab æquo iudice non diffido.

AEQVÆVAPOLO dicitur Claudiano.
AETERNA, Ammiano, Tibullo, Ausonio, lapidib. & nummis.
ALTA, Virgilio.
ALTRIX IMPERII, Corippo.
ALTRIX ORBIS, Rutilio.
ANTIQVA, Prudentio, & Corippo.
ARX OMNIVM Centium, Nazario.
ARX TERRARVM, Symmacho.
AVGVSTA, Corippo.
AVREA, Ausonio & Prudentio.
BEATA NOBILIBVS POPVLIS, Cassiodoro.
BELLATRIX, Ouidio, Claudiano, & Sidonio.
CAPVT GENTIVM, Martiano.
CAPVT IMMENSI ORBIS, Ouidio.
CAPVT MVNDI, Cassiodoro, & Sidonio.
CAPVT ORBIS, Plinio, Trogo, Ouidio, Cratio, Fortunato, AEthico, & Prudentio.
CAPVT RERVM, Liuio, Ouidio, Ausonio, & Tacito.
CÆLESTIS, Athenæo.
CELEBERRIMA, Statio.
CELSA, Prudentio.
CLARISSIMA, Διαπρεπεστατος, Stephano.
DARDANIA, Ouidio & Silio.
DEA Θεα, Nummis.
DEA GENTIVM, Martiali.
DEA TERRARVM, Martiali.
DESIDERABILIS, Eustathio, & Dionysio Afro.
DEVM LOCVS, Ouidio.
DIGNITATVM CVRIA, Sidonio.
DITISSIMA, Prudentio.
DOMINA, Arnobio, Ouidio, Horatio, & Nemesiano.
DOMINA GENTIVM, Eumenio.
DOMINA RERVM, Appiano, Eunapio, & Ausonio.
DOMINA TERRARVM, Ammiano.
DOMINA TERRÆ MARISQVE, Halicarnasseo.
DOMINA TOTIVS MVNDI, AEthico.
DOMINA VNIVERSORVM, Halicarnasseo.
DOMINANS, Silio.
DOMVS AVREA, Ausonio.
DOMVS DIVVM, Ausonio.
DOMVS MAGNA REGVM, Dionysio Afro, & Eustathio.
DOMVS QVIRINI, Ausonio.
ELOQVENTIÆ FECVNDA MATER, Cassiodoro.
EXCELSA, Lucano.
FELIX, Propertio, Cassiodoro, ex Lapide antiquo.
FEROX, Horatio.
FVTVRA, Rutilio.
GENITRIX HOMINVM ET DEORVM, Rutilio.
GENITRIX REGVM, Prisciano.
GYMNASIVM LITTERARVM, Sidonio.
IMMENSA, Statio.
IMPERII LAR, Ammiano.
IMPERII LATIALE caput, Statio.
IMPERII DEVMQVE LOCVS, Ouidio.
INCLITA, Virgilio, Eumio, & Ausonio.
INVICTA, Nummo antiquo.
LÆTA, Ouidio.
LATII PARENS, Ausonio.
LEGVM DOMICILIVM, Sidonio.
LEGVM PATRIA, Codici Iustin.
LIBERTATIS PARENS Corippo.
LVX ORBIS TERRAR. Ciceroni.
MAGNA, Virgilio, Horatio, Calpurnio Siculo, Non. Marcello, Ouidio, & Claudiano.
MARTIA, Ouidio & Ausonio.
MARTIGENA, Silio.
MARTIS VRBS, Martiali.
MATER CIVITATVM, Ennodio.
MATER DVCVM, Claudiano.
MATER DIGNITATVM, Cassiodoro.
MATER ELOQVENTIÆ Cassiodoro.
MATER MVNDI, Rutilio.
MATER OMNIVM VRBIVM, Dionysio Afro, & Eustathio.
MATER REGVM, Claudiano.
MAXIMA RERVM, Virgilio.
MVNDI MIRACVLVM, Cassiodoro.
MVNDI TOTIVS TEMPLVM, Ammiano.
NVMINIS INSTAR, Lucano.
OFFICINA ORBIS. Senecæ.
ORBIS CAPVT, Ouidio.
ORNATA SENATORIBVS, Cassiodoro.
PATRIA COMMVNIS, Modestino.
PATRIA GENTIVM, Plinio.
PATRIA LIBERTATIS, Sidonio.
POTENS, Horatio, Ausonio, Paulino, & Ouidio.
PRÆPOTENS, Nazario.
PRIMA TERRAR. Paulino.
PRIMA INTER VRBES, Ausonio.
PRINCEPS VRBIVM Horatio.
PVLCHERRIMA, Virgilio.
PVLCHERRIMA RERVM, Virgilio.
PVLCHRA, Athenæo, & Ouidio.
QVIRINI VRBS, Ouidio.
REGIA, Horatio.
REGINA, Athenæo, & Ammiano.

REGINA

VIRO NOBILI, ET HISTORICO ILLVSTRI, MARCO VELSERO, PATRICIO AVGVSTANO, ABRAHAMVS ORTELIVS DEDICABAT, L.M.
VMBRIA.
SABINI, Qui et
CATILLI.
TIBERIANI CAMPI.
PEDANA REGIO.
SANATES.
AEQVI,
SICANI.
LATINI.
REDICVLI CAMPI.
ABORIGENES.
VEIENTES.
AVRELIVS AGER.
ATRIA.
HERNICI.
SELONIVS CAMPVS.
RVTVLI.
Pomptinæ paludes.
MONS CIRCAEIVS, AD VIVVM DELINEATVS, AB ANGELO BREVENTANO.
MARIS TYRRHE

LATIVM.
Ex Conatibus Geographicis Abrah. Ortelij Antverp.
MARSI.
Apenninus mons.
Vacunæ nemora
: item VMBRI quondam.
Cuculum
Palentini campi, Blondo.
Carseola
Vileria via Ant.
LERIA Regio.
Marruvium sive Marrubium
FVCINVS LACVS, pelagi instar, et in quo piscis octonis pinnis. Plin.
HER=
CARSITANI.
=NICI.
Sacri portus
Trebula, an Treba Ptolemæi.
Capitolum colonia.
Apenninus mons.
PRAEGVTIANI.
SAMN
TES.
Aletrium
Phidenæ Ptol.
Oriens.
Anagnia
VES=
=TINI.
Ferentinum
Sora
Cosas fluvius.
Fibrenus flu.
Liris flu.
Cicerones villa
Casinum flu.
Cominium
Casinum
Atia, et Atina
Arpinum, Ciceronis patria.
Interamna
Frusinum
Bouillæ
LIRI=
NATES.
Aquinum
Trerus fluvius.
Verulanum
Via Prænestina.
Fregelanum
LAT=
CAMPANIAE PARS.
Vempsum
Setini montes.
Trerus fluvius.
Fabrateria
Cum privilegio decennali, Imp. Reg. et Brabantiæ. 1595.
=IVM
NOV=
VM.
Liris flu. qui et Liternus item Clanus.
Vens flu.
Plinio, et Lucano: Pomptinus ager, Livio: Pontinus, Floro, et Gellio: Pontini campi, Silio: Pometini, Halicarnasseo.
AVSONES.
OSCI.
VOLCI.
Privernum
Austra, et Clostra Romana.
Elpenoris tumulus
Nephenus fons.
Lautulæ
Fundi
Cæcubum
Formianus mons.
ADIECTVM LATIVM.
Mintumæ
Feronia
Auxur, quæ Tarracina.
Fundanus lacus
Fundani montes.
Mola Formianæ
Pyræ
Formiæ, sive Hormiæ.
Lucus Sacer.
Spelunca, et Prætorium, hic olim Amicla.
Artacia fons.
PARS.
CAIETANVS Sinus.
FORMIANVS Sinus.
Caieta, quæ et Aeeta.
Trifanum
Sinuessa, quæ Sinope.

REGINA PVLCHERRIMA MVNDI, Rutilio.
REGINA RERVM, Eunapio.
REGINA TERRAR. Ammiano & Nazario.
REGINA VRBIVM. Athenæo,
ROMVLEA, Ouidio.
SACERDOTII FONS, Codici Iust.
SACRA, Ausonio, Mamertuno, Lapidi, & Æthico.
SACRATISSIMA VRBS, Codici.
SATVRNIA, Ouidio.
SEDES TOTO MIRABILIS ORBE, Cassiodoro.
SEPTEMGEMINA, Statio.
SVPERBA, Ausonio.
TEMPLVM BELLI COSI MARTIS, Plutarcho.
TEMPLVM LATISS. OMNIVM VIRTVTVM, Cassiodoro.
TEMPLVM MVNDI, Ammiano.
TROIVGENA, Liuio.
TVRBIDA, Iuuenali.
VALLATA, Silio.
VENERABILIS, Ammiano.
VERTEX MVNDI, Sidonio.
VICTRIX, Ouidio.
VICTVRA CVM SÆCVLIS, Ammiano.
VIRTVTVM LAR, Ammiano.
VRANOPOLIS, Athenæo.

Hæc & plura huius generis elogia apud classicos scriptores de hac Vrbe, *Cui par est nihil secundum:* vt Martialis. & *Quæ nihil in terris complectitur altius æther,* vt Claudianus cecinit, & auctore Martiano Gentium caput, armis, viris sacrisque quamdiu viguit cæliferi laudibus conferenda. Cuius mœnia, vt habet in Excerptis Olympiodorus ex Ammonis geometræ dimensione, quo tempore Gothi priore illam incursione infestarunt, viginti & vnius milliaris spatium in circuitu habere comperta sunt. Hanc ampliasse ita Aurelianum Imp. tradit Vopiscus, vt quinquaginta propè millia murorum eius ambitus teneat. De Arpino Ciceronis patria (quia in hac quoque tabula) non omittere visum quod Volaterranus annotauit, eam nempe in tigris suis ferre has tres litteras, M. T. C. Circeium montem, quia seorsim in hac tabula delineatus, peculiari quoque descriptione enarrare operæ pretium duximus.

CIRCÆIVS MONS.

CIRCEIVM hunc vocant Plinius & Pomponius: Circæum Κιρκαῖος Strabo & Ptolemæus: CIRCÆIVM antiqua inscriptio in hoc ipso. à Circe vt perhibent veteres, hic habitante. Inde Circes domum nominant Mela & Solinus, item Ouidius. sic quoque Appollonius Κιρκῆς μεγαρον. & idem Ἀιαίης λιμενα. ÆÆÆM quoque Virgilius tribus diphthongis, vt annotauit Seruius. sic dicta ab aspernantium voce, inquit, propter celebratas illic corporum mutationes. Insulam hanc olim fuisse, & circumfluam immenso mari, nunc æuo nectente addita continenti, vt tradit Solinus. De eadem Plinij hæc verba, immenso quidem mari circundata (vt creditur Homero) at nunc planicie. An fabulosus hic Homerus? sic videtur Procopio 1. Gothorum, vbi ita, Christoph. Persona interprete, Mons Circeius vbi Vlyssem fuerunt cum Circe versatum, sed vt equidem reor, non vera fatentur: ni fortè hunc montem insulam esse idcirco quis dixerit, quia in mare ingenti tractu porrigitur. &c. & quamuis Homerus hic suffragatores tamquam fabulosæ antiquitatis nimios adulatores inuenerit Theophrastum in Hist. Plant. & Seruium ad Æneid. Procopio tamen quod quodammodo adsentiar, facit, quòd videam ex doctissimi Causaboni ad Strabonem obseruatione, insulas & promontoria sæpiùs apud geographos confundi: ita quod alius promontorium, alius insulam aut peninsulam appeller. Strabonis itaque huius descriptionem omnium aliorum tamquam verioré prætulerim ego, quæ Xylandri verbis hæc, Circæus mons quem mare & paludes tantùm non insulam faciunt. Que quoque de Circes veneficæ magia, hominumque in varias formas fabulosa transmutatione à poëtis narrantur, naturæ potiùs quàm magiæ, cum Seruio interpretauerim. ab horrore nempe transeuntium, quo videbantur homines mutari in feras. arque cum Plinio dicam, Quid non repleuere fabulis Colchis Medea, aliæque, imprimis Itala Circe? Absitque à me & ab omni homine Christiano, credere quæ credere nefas. Iego enim in Ancyrano concilio paganis & infidelibus esse peiores, qui credunt creaturam in aliam speciem aut similitudinē, quàm ab ipso creatore posse transformari. Dicant itaque alij omnes quidquid velint, mihi quamuis persuaserint non persuadebunt. Fabulam autem ex loci natura qualitateque natam verisimile. Solent enim in mare prominentia, vt hoc promontorium, plus aliis, ventorum flatibus esse obnoxia. qui dum æstuosi maris fluxu refluxuque comitati, in horum scopulos cauernasque impingunt, varios adeo caussare sonos strepitusque, vt præternauigātes (non citra horrorem) vnà homines gemere, leones rugire, lupos vlulare, canes latrare, sues grunnire, & vrsos murmurare, audire videantur. Verba huc faciunt Lucani 6. *Omnia subducit Circæa vela procellæ.* Hoc promontorium frequentissimum esse arborum, atque robore, lauro mirtoque maiori ex parte scatere, scribit ex auditu. Theophrastus. Radicibus eum abundare, ait Strabo. fortassis (quemadmodum addit) vt fabulæ de Circe accommodent. An inde fortè quoque Aristotelis in Admirandis, hoc? In Circæio monte letbale venenum nasci aiunt, tanta vi, vt sumptum, mox pilis corpus totum nudet, ac soluat adeò membro cuncta, vt velut liquescentia cadauerum speciem miserabilem tota superficie præbeant. Sacram Minetuæ aram in hoc monte esse, scribit Strabo. etiam ibidem ostendi Vlyssis quandam pateram. at ex vulgi opinione hoc vltimum. Sed relictis fabulis, ad historiam redeamus. Ostreis Circæis generosis fertile huius mare, scriptum reliquit Horatius. M. Lepidum ab Augusto in perpetuum in hoc monte relegatum, Suetonius. Tiberim statim infra Vrbem profundo alueo intercipere, atque ad hunc Circæium auertere, inque mare quod apud Anxur est deducere, constituisse Cæsarem, scribir Plutarchus; quare & faciliorem & tutiorem mercaturæ caussa Romam petentibus nauigationem, machinatū fuisse, morte autem præuentum, minimè præstitisse. Fuit hic quoque vrbs Circæium siue Circæia, aut vt Strabo vocat, Circes opidum. Romanorum coloniam factam à Tarquinio, auctores Liuium, Halicarnasseum, Ciceronem, & Plutarchum habeo. portu præditam, tradit Strabo. Huius veteris Circæiæ vestigia putauerim exstare eo loco quo in huius delineatione murorum ruinæ: quibus hodie nomen, *Citta vecchia.* quasi Ciuitas vetus. Huius nominis reliquias hactenus superesse in hac eadem montis superficie sculptas, testis est mihi fide dignus huius topographiæ auctor Angelus Breuentanus rei antiquariæ Romanæ diligens indagator, sed mancas & vetustate erosas. hac nempe formula,

PROMVNTORIVM VENERIS
/ / / / / / / / / / / / / / / / / / / /
CIRCÆIENSIVM / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / / XXI / / /

Credit dictus Breuentanus hac inscriptione indicatam huius loci ab Vrbe distantiam. Exstatque eo montis loco, quo hanc notam stellulæ ✳ depictam vides.

ex ære.

In gratiam antiquitatis Romanæ studiosorum libuit æreorum numismatum nostrorum ectypa subiungere: quia testes quodammodo eorum quæ superiùs ex Virgilio, Ouidio, Prudentioque huc adduximus. Tum etiam quòd horum 1. Saturnal. Macrobius meminit, his verbis, Ianus cùm Saturnum classe peruectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiam ruris, ferum illum, & rudē ante fruges cognitas victum in melius redegisset, regni eum societate muneruit. Cùm primus quoque æra signaret, seruauit & in hoc Saturni reuerentiam, vt quoniam ille naui fuerat aduectus, ex vna quidem parte sui capitis effigies, ex altera verò nauis exprimeretur, quò Saturni memoriam etiam in posteros propagaret. Æs itaque fuisse signatum, hodieque intelligitur in aleæ lusu, cùm pueri denarios in sublime iactantes, capita aut nauim, lusu teste vetustatis, exclamant. &c.

MAGNA GRAECIA.

AGNAM partem (si non totam) veræ & priscæ Italiæ, vnà cum Sicilia aliquando sub nomine Magnæ Græciæ cognitam, nemini Geographiæ non prorsus rudi obscurũ esse existimo. Cræci enim, non partem, vt Trogus ait, sed vniuersam ferme Italiam olim occupauerunt. Cræci (audi Plinium) de ea iudicauere, genus in gloriam suam effusissimum, quotam partem ex ea (Italia) appellando Cræciam magnam. Festi verba huc pertinentia, sunt hæc, Maior Græcia dicta est Italia, quòd eam Siculi obtinuerunt, vel quòd in ea multæ magnæque ciuitates fuerunt ex Cræcis profectæ. Apud Seruium ad I. Æneid. hæc leguntur, Italia Μεγάλη Ἑλλὰς appellata est, quia à Tarento vsque ad Cumas omnes ciuitates Cræci condidere. quare quoque non absurdè Cræciam exoticam vocat Plautus in Menæchm. Apud Senecam de Consolatione, ita, Totum Italiæ latus quod Infero mari alluitur, Magna Cræcia fuit. Tenuisse Cræcos Campaniam, Plinium quoque auctorem habemus. Auernum lacum, in Magna Cræcia describit Tyrius Maximus, Oratione 26. Et vetas esse has dictorũ scriptorum opiniones, docet sinigulatim lib. 20. Trogus, quem audi, Tuscorum populi, qui oram Inferi maris possident, à Lydia veuerunt: & Venetos quos incolas Superi maris videmus, capta & expugnata Troia, Antenore duce misit: Adria quoque Illyrico mari proxima, quæ & Adriano mari nomen dedit, Cræca vrbs est: Arpos Diomedes excisò Ilio, naufragio in illa loca delatus, condidit. Sed & Piliæ in Liguribus Cræcos auctores habent: & in Tuscis Tarquinij à Thessalis & Spinambris: Perusini quoque originem ab Achæis ducunt. Quid Ceren vrbem dicam? Quid Latinos populos? qui ab Ænæa conditi videntur? Iam Falisci, Nolani, Abelani, nonne Chalcidensium coloni sunt? Quid tractus omnis Campaniæ? Quid Brutij Sabinique? Quid Samnites? Quid Tarentini? quos Lacedæmone profectos, Spuriosque vocatos accepimus? Thurinorum vrbem condidisse Philocteten ferunt, ibique adhuc eius monumentum visitur: & Herculis sagittæ in Apollinis templo, quæ fatum Troiæ fuere. Metapontini quoque in templo Mineruæ ferramenta quibus Epeus, à quo conditi sunt, equum Troianum fabricauit. propter quod omnis illa pars Italiæ, Maior Cræcia appellata est. Hactenus Trogus. Ex his discimus ingeniosissimum poëtam 4. Fastor. haud falsò cecinisse, *Itala nam tellus Græcia Maior erat.* & cetera quæ ibidem sequuntur. eadem ferè cum dicti Trogi. De hac eadem Magna Græcia non possum non addere, secus quàm sentiunt viri quidam hac nostra tempestate doctissimi, à me obseruatum: nempe, quemadmodum, teste Strabone 6. Sicilia quoque sub eodẽ nomine comprehendebatur, ita contra quoque hanc Magnam Cræciam, identidem sub Siciliæ innotuisse, testes D. Hieronymus, qui Rhegium Iulium Brutiorum, Siciliæ dicit: Ælianus & Suidas, qui Tarentum Calabriæ: Concilium VI. Constantinopolitanum sub Constantino Magno habitum, Baias Campaniæ: Stephanus, Sinuessam Campaniæ, Cauloniam Locrorum, Lagariam Thurinorum, & Mataurum Brutiorum: Eustathius, Crathim fluuium Brutiorum: Theocriti Scholiastes, Nexthum amnem Crotoniatarum: tamquam Siciliæ loca describunt. Liuius quoque his omnibus vetustior, habet Siculas vrbes in Campania. Immo Togatam Galliam (quæ pars Italiæ versus Occidentem vltima) aliquando Siculos obtinuisse, ante Gallorum nempe in eam aduentum. item Anconam condidisse, Plinius testatum reliquit. Thucydides, scribit Siculos ab Opicis (qui in Campania) pulsos, in insulam delatos. Atque si Seruio minùs credimus, scribit idem testis fide dignus Halicarnasseus: Siculam indigenam nempe gentem omnium primam Romanum agrum tenuisse. Hanc quoque Magnam Cræciam à Siculis habitatam Strabo 5. ex Antiocho auctor est.

Atque hæc de prisca illa Magna Græcia, siue mauis Siciliæ quã non totam hac tabula exhibemus. at eius tantùm partem exteriorem, in qua præter Calabriam, Apuliam, Brutios, & Locros; etiam Magna Græcia peculianter sic dicta, à Ptolemæo, Liuio, Polybio, Athenæo, & Val. Maximo: ea causa, vt Straboni 6. & Ciceroni 2. de Oratore placet, quòd Pythagoras philosophus Græcus ibi habitauerit: aut vt Synesio Oratione de Dono, quia viros philosophos & militares aluerit. Athenæo potiùs credam, qui scribit, propter ingentẽ Græcorum hominum numerum in hac regione habitantium. Idem sentire Festũ & Trogum, suprà diximus. Hæ regiones nominatæ ab Halicarnasseo sub nomine Italiæ Orientalis comprehenduntur. Plinius Frontem Italiæ dicit: quæ, vt Mela habet, in duo Cornua scinditur. promontoria eadem vocantur in Sallustij Fragmentis: nominata distinctim Bruttium, & Salentinum. Vertices Κορυφαὶ sunt in Stratonis Epitome 2. vocatque Leucopetram, & Iapygium. (quæ synonyma cum Bruttio & Salentino.) Sed Cornua vocat quoque Paul. Diaconus: qui hoc sinistrum, illud dextrum nominat. Pro Salentino autem, Lacinium apud Plinium legitur: an vitio librariorum, vel Plinij lapsu, indicent peritiores. Idem hunc tractum Amazonicæ parmæ forma comparat: hoc est mediæ Lunæ, interprete Seruio ad illud in 1. Æneid. *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.* Est in hac continentia Sila sua, cuius Sallustius, Virgilius, & Vibius meminere. Strabo scribit eam stadiorum Anastasium. Hinc pix illa Bruttia, cuius Dioscorides meminit. & quam Plinius ad vasa vino condendo maximè probari adfirmat. Putauerim hanc siluam vocari Carminianensem, in Lib. Notit. & Carmeianus fortè etiam in libro de Limitib. Dictus Cassidorus 8. Epist. vlnulla, quod miror, in Vitis Sanctorum, Martyrologiis, aut apud vllum alium auctorem memoria. neque, quod magis mirãdum, apud illos, qui, vt Gabriel Barrius, & Prosper Parisius, huius regionis Diuos peculiares speciatim nominauere, vel describere. At de natura, situ, dotibus peculiaribus, antiquitatibus, plura scribere supersedebo. quia abundè doctèque hoc factum antequam hanc tabulam delineabam, à viris duobus hinc oriundis, eiusque peritissimis: qui sunt Cabriel Barrius, in libello suo Calabria inscripto, vbi tam suè atque diligenter hanc Magnam Græciam, Brutios, & Locros descripsit, vt lectori etiam talium rerum vix satiabili, abundè tamen satisfecerit. & Antonius Galatæus suam Iapygiam (quæ antiqua Calabria) ita calamo depinxit, vt suum lectorem non tantùm regionis peritum, sed & philosophicis instructum à se præceptis, non sine animi fructu dimittat. Apud quem etiam Callipolis vrbis peculiatis descriptio. De Tarento vrbe, eiusque agro, volumen edidit eius ciuis Ioannes Iuuenis. A nobis autem de insulis Diomedeis, quæ huius quoque tractus, hæc quæ sequuntur, etiam habeto.

DIOMEDEÆ INSVLÆ.

DIOMEDEAS insulas duas describit Plinius: totidem etiam Strabo. quorum alteram cultam, alteram desertam tradit. Quinque numero habet Ptolemæus, sub vno nomine Diomedeas, & totidem, si quis scopulos cõnumerat, etiamnum sunt hodie, singulatim nominatæ. An veteribus singulæ hæ singulis nominibus innotuerint, mihi incertum. Diomedeam harum vnam (vt Britanniam inter Britannicas) per excellentiam vocant Festus, Stephanus, & alij. Trimerumque harum vnã, vnus Tacitus: Teutriam vnus Plinius. Ceterasque innominatas reliquit, ni fallor, antiquitas. nam Electrim, & Febram, quam nominat ad XI. Æneid. Seruius, siue Sebriam & Aletridem, quarum meminit ad eundem locum Pomponius Sabinus, apud neminem veterum te reperisse, libẽs fatebor. Situs earum in mari Hadriatico est, haud procul Apuliæ littoribus, ante Carganum promontorium. non autem in conspectu Tarentinæ vrbis, vt ad eundem Æneidos locum, falsò annotauit idem Seruius. Nomen habet omnium vtriusque linguę scriptorum testimonio à Diomede rege Aetoliæ, quem huc in reditu ab Ilij expugnatione, à suis non receptũ, expulsum, hicque inhumatum iacuisse tradunt. Eiusque delubrũ, monumentum, siue tumulũ hic quoque exstare, in ipsa nempe Diomedea, platanumque huc primum huius tumuli gratia aduectam, scriptum reliquit Plinius. In Trimerũ, vt scribit Tacitus, Augustus neptem suam Iuliam adulterij conuictam damnauerat, ibi demq; hanc viginti annis exilium tolerasse, addit. Apud Platinam in vita Hadriani 1. lego Paull. Diaconum olim in Diomedeam relegatum à Carolo Magno. De Diomedeis auibus (quas Iuba catarractas, Aristoteles charadrios, Cræci alij erodios vocant) his insulis peculiaribus: vno enim, eoque hoc loco, si veteribus fides, totius Orbis visuntur: hæc accipe, ab Ouidio XIV. Metamorph. *Si volucrum quæ sit dubiarum forma requiris, Vt non cignorũ, sic albis proxima cignis.* Ciconiis haud absimiles, facit Suidas. Atistoteles in Admirandis, Vastas dicit, rostrisque prælongis, turgidisque Plinius cum Solino fulicarum similes scribunt: colore candidas, eisque esse dentes, & oculos igneo colore. Sunt qui has Ardeas putant. Artenas hodie vocari ab harum insularum incolis, auctor est Rob. Constantinus. easque vocem edere pueris vagientibus similẽ. atque earum pinguedinem prodesse morbis frigidioribus. Blondus scribit intellexisse se ex qui busdam harum insularum incolis, has aues Diomedearum nomen retinentes, magnitudine anseris esse. sed omnino innocuas, nec aliquod eis, aut templo præstantes officium. Qui plura de ijsdem, vt de earũ ex Diomedis sociis in harum auium effigies metamorphosi, siue de harum natura, vti de humanitate erga Græcos, (probos ait Strabo) ferocitatéve erga barbaros (flagitiosos Strabo) deque ædis sacræ ab his purificatione, cæteraque de his poëtica mẽdacia intelligere desiderat, hos suprãdictos à me auctores adeat; addatque eis Aelianum 1. Animal. cap. 1. D. Augustinum de Ciuitate Dei 18. cap. 16. Antigonũ, Ant. Liberalem, Lycophronem, eiusque Scholiasten Iscium; item Philen. Hodie hæ insulæ subsunt regno Neapolitano: vnoque nomine Tremitanæ omnes appellantur, singulatim autem inter se proprijs nominibus dinoscuntur. quæ lege in nostro thesauro Geographico. Omnes hactenus sunt desertæ, præterquam ea in qua olim Diomedis delubrum: vbi nunc abbatia, quæ vulgò S. Maria de Tremiti appellatur. Suntque in ea Canonici regulares, quos Eugenius IIII. pontifex fouit & auxit (vt Blondi verbis dicam) gloriosus. Hi tanta, (audi Zachariam Lilium) rem sacram deuotione tractant, tanta pietate appulsis succurrunt, vt non tantùm maritimis incolis, sed & nauigantibus cunctis reuerendi sint, atque percelebres. Leander Alb. tradit has insulas præstantissimos nutrire equos.

MARIS HADRIATICI, SIVE SVPERI PARS.
SEPTEMTRIO.
Dio me deæ insulæ
Cornu sinistrum
Sturni ni.
Aletini.
Neriti ni.
Senonum ora.
CA LA BRIA.
Valenti ni.
Sassina tes.
Pediculi.
Apuli Peu cetij.
Butuntinenses.
Portus Ta rentinus.
Diomedis campus.
Apuli Daunij.
Silbiani.
Vrias sinus.
Hirpini.
REGIO QVARTA.
LVCANI.
Andragathia regio.
DELMATIA.
Hanc Italiæ partem exteriorem sic de scribere conabar Abrahamus Ortelius. cum Privilegio decennali. 1595.

Itala nam tellus
GRAECIA MAIOR
erat. Ouid. 4. Fast.
CL. V. DNO
D. IOACHIMO
CAMERARIO,
R.P. NVRENBERG.
MEDICO CELEBER-
RIMO, VERO ET VE-
TERI SVO AMICO,
ABRAHAMVS
ORTELIVS
DEDICAB.
MERIDIES.
SCYLACEVS Sinus
Chersonesus
Strabonis,
sive
Peninsula
Plinij.
Epizephyrij.
Morgetes.
Oenotrij.
Mamertini.
TRINACRIAE
sive
SICILIAE
PARS.
MARIS TVRRHENI
PARS.

SICILIA

ſiue

TRINACRIA.

PENINSVLAM hanc olim fuiſſe Italiæ, & Brutio agro circa Rhegium annexam, poſteaque eam ab hac abruptam; (vnde Rhegio opido nomẽ) totius antiquitatis conſtans opinio eſt. Quando autem aut circa quæ tempora hæc ruptura acciderit, nulla apud vllum ſcriptorem exſtat memoria. Terræ motu: vel hiatu hoc factum ſcribũt Strabo, Plinius, & Dionyſius: maris æſtu Silius, & Caſsiodorus. Qui ad fabulas fugiunt, Neptuno hoc tribuunt, (teſte Euſtathio) qui ſuo tridente inſulam ex peninſula fecerit, in gratiam Iocaſti, Æoli filij; vt eã ſecuriùs poſſet inhabitare. Diodorus ex Heſiodo adſcribit Orioni: qui vt Herculi compararetur, hoc fretum Siculum, vt ille Gaditanum, fiſsis mõtibus aperuerit. Itaque, *Trinacria quondam Italiæ pars vna fuit: ſed pontus & æſtus Mutauere ſitum, rupit confinia Nereus Victor: & abſciſsos interluit æquore montes, &c.* Qui maris Mediterranei inſulas magnitudine metiuntur, hanc primam faciunt, vt Euſtathius, & Strabo, qui eam non tantùm magnitudine, ſed & bonitate ceteris præſtare dicit. Quod ad formam attinet, Græcæ literæ imaginem, quæ Delta dicitur, efficere, tradit Pomponius.

Totam inſulam Cereri & Liberæ, id eſt Proſerpinæ, ſacram eſſe, omnium veterum teſtimonio conſtat: illi, quia leges dederit, & magiſtra fuerit ſationis frumentariæ: huic, non tam quòd hinc à Plutone rapta fuerit, quàm quòd (vt Plutarchus & Diodorus referunt) Pluto ei, quum primùm detecta viſendam ſe illi præbuiſſet, eam muneris loco (qualia Græci anacalypteria vocant) dederit.

Fertilitatis & opum huius teſtimonium apud Ciceronem 2. in Verrem eſt, vbi dicit M. Catonem, hanc cellam penariam reipublicæ Romanæ, & nutricem plebis nominaſſe. Ipſe Cicero addit eam populo Romano non tantùm pro penaria cella, ſed & pro ærario refertiſsimo fuiſſe: nam ſine vllo ſumtu noſtro, (inquit) coriis, tunicis, frumentoque ſuppeditato, maximos exercitus noſtros veſtiuit, aluit, armauit. Eadem ferè Strabo, lib. 6. Quicquid Sicilia gignit, vt Solinus tradit, ſiue Solis, ſiue hominis ingenio, proximum eſt ijs quæ optima iudicantur: niſi quòd fœtus terræ Centuripino croco vincitur. Scribit Ariſtoteles in admirandis, circa Pelorum crocum tanta prouenire copia, vt magnis curribus hinc comportent, quibus libitum eſt. at Centuripinum ceteris omnibus alibi natis, infirmius viribus eſſe, annotauit Dioſcorides. In agro Leontino, multisq; aliis huius inſulæ locis triticum vltrò prouenire, Diodorus auctor eſt. Hanc primùm omnium nationum exterarum prouinciam factam, teſtes inter alios Cicero, & Diodorus. Quinque Colonias, & ſexaginta ſex Vrbes in ea eſſe, tradit Martianus. Coloniæ immunes, ac ciuitates LXXIII. legit Pintianus apud Plinium, 3. cap. 8. Harum nomina multa enumerantur à Silio lib. 14. & Ouidio variis in locis: ſed plura hac noſtra in tabula.

Inhabitaſſe eam ab initio Gigantes, Læſtrigones, Anthropophagos, & Cyclopas, gẽtes barbaras & inhumanas, hiſtoriæ & fabulæ vnanimiter produnt. Thucydides has tantùm in inſulæ quadam parte habitaſſe tradit. Poſtea hanc Sicani, gens Hiſpanica, à Sicano fluuio (rege aiunt Solinus & Beroſus) ſic dicta, & à Liguribus eiecta, occupauere. Hos Sicanos inſulæ indigenas non fuiſſe, (etſi quidam putant) docent Thucydides & Diodorus. Hinc SICANIÆ nomen obtinuit. Elymi quoque & nonnulli Phoceſes: hos ſequuti ſunt Phryges item ex Troia, vt Pauſaniæ placet, & Morgetes ex Italia pulſi ab Oenotris, vt ſcribit Strabo. Apud Plutarchum in Conuiualib. Quæſt. & Pollucem 2. de Manibus, lego Dores quoque hanc inhabitaſſe. Tandem à Siculis, Italica gente ab Opicis profligata, tota ſubiugata fuit, nomenque Siciliæ ei tribuerunt, cùm antea TRINACIA vt Dionyſius, TRINACRIS vt Ouidius, TRINACRIA & TRIQVETRA vt Plinius habet, nuncuparetur, à forma nempe triangulari. Vnde eam Romani in nummis, tribus cruribus circa coxas iunctis, effigiare ſolebant. TRICERVICEM Lycophron; & TRICVSPIDEM nominat Pindarus. Homerus CYCLOPVM Terram, ab incolis, cognominat, proprium nomen ſuo tempore fortè nondum habentem. Incolas Siculos, acutos facit Iulius Firmicus. Laſciuos & dicaces dicit Quintilianus 6. Oratoriar.

Præter maximarum rerum pace belloq. geſtarum, in hac inſula, gloriam; multa illuſtria ſunt quę eam nobilitant: vt Cereris natiuitas, Proſerpinæ raptus, Enceladus gigas, Archimedes Mathematicus, Euclides geometra, Diodorus hiſtoricus, Empedocles Philoſophus, Dædali ingenioſa opera, Sibyllæ Cumanæ ſepulchrum, Siracuſæ quadrivrbs aut Pentapolis, vt Strabo vult; Arethuſa fons, Ætna mons, Palicus lacus, Scylla & Charybdis, atque Lais meretrix. Item multa naturæ miracula, quæ apud Solinum, & Trogum 4. Antigonum de Mirabil. & Achillem Statium 2. Amorum, ſunt: Statuæ, ſignaq. pretio atque artificio inſignia, quæ à Cicerone in Verrem deſcribuntur. Siculum caſeum, columbas, & veſtes varias, laudat Athenæus. Cactum (ſpinæ genus) hîc naſci, ſcribit Antigonus: nec alibi terrarum, vt habet Theophraſtus: quam ſi ceruus calcet & ſaucietur, oſſa eius nullum ſonum edunt. ideoq. ad fiſtulas inutilia fiunt. Smaragdus hîc quoque Plinio. & eius mare, corallium habet; eidem. Lepores ab initio non habuiſſe hanc inſulã, ſed inuectos ab Anaxila Rhegino, ſcribit Iul. Pollux.

Siculum mare, quod inſulam ab Oriente alluit, Auſonium quoque vocari, & profundiſsimum eſſe, teſtatur Strabo. Alia ab hac inſula, eſt Sicilia, iuxta Peloponneſum, Stephano. Eſt etiam Sicilia Minor, quæ Naxus. Sicilia etiam tumulus, haud procul ab Athenis, Pauſaniæ. Item locus Romæ, ſic dictus, in Palatio, apud Capitolinum. ſed hæc parerga.

Adagia hinc profecta: Siculiſſare; Siculum mare; Siculus miles; Siculæ gerræ; &, Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim. quæ vide apud Eraſmum.

PARVVS PORTVS
Neapolis
SYRACVSAE, quadriurbs
Arethusa fons
Achradina
Parua insula, Thucydidis
Tyraca palus
MAGNVS PORTVS SYRACVSARVM
Iegas
Polichna
Ciane fons
Mytichie fons
DASCON SINVS
DASCON REGIO.
Aeolia
Istica
TYRRHE
Territorij Syracusani loca, incertæ positionis: Acrillæ, Echetla, Magella
OCCIDENS
Porpacem et Telmissum flumina circa Aegestum, habet Athanus: et Scamandrū Diodorus
Agathyrsus pro quod et Aegithursus, et Agathirnum.
Cetaria, an Citarini Plinij.
Venerus Erycinę
Phorbantia
Hiera, quæ et Hieronesos Plinio ac Polybio Maritima Antonini est
Aegusa
Hyccara
Elyma
Panormus
Macella
Erbessus
Locarium
Pirina
Eryx mons
Cratus mons
Cotyrga, an Corconianum Anton
Schera, et Scherini
Ietas
Legum
Halicyę
Cosyrus vel Stephanus qui urbem et fluuium quoque cognominum in Sicilia habet, an hoc eodem tractu, aut alibi, ignore.
Cenæ
Triocala
Camicus
Veteris Siciliæ loca, incertę aut prorsus incognitę positionis
VRBES,
Acharenses
Acræ
Adryx
Amathe
Ancyrę
Arbele
Artacia
Aterium
Atina
Bucinija
Calauria
Caulonia
Chimera
Comitianum
Crastus
Crenides qui philippi
Cydonia
Didyme
Eggyna
Elini
Emporium
Ergetium
Erycę
Exagrias
Halentina
Hippana, quæ et Ipana
Homotylex
Iaetia, an Ietas
Ichana
Indara
Lichindus
Megarsus
Miscera
Morgyna
Nacona
Noę, an fortè Nōeni
Nonymna
Ochyra
Omphace
Piacus
Pirina
Plinte
Propalę
Prastropęa
Sinoessa
Stilpe
Talaria.
ARCES,
Cype
Eirplos
Elauia
Eucarpia
Motylę.
VICI,
Paradisus
MONTES,
Atabirius
Torgium
FLVVII,
Achates
Damyrias
Elysius
Hypas
Pachisus
Rhyacus
Triopala
REGIONES,
Aphamę
Crasorium
Epiora
Pelagonia
Rhybdus
STAGNA,
Gemusa
Gelonium
POPVLI,
Ecestienses
Etini
Chalcidas
Herbulenses
Iciliensis
Letini
Timęi
LOCA,
Ambicas
Apollinis ref.
Achilleum
Cabala
Chalis refug.
Cymba
Cronium
Drayum
Hipponium
Italicum
Mela
Mergana
Mesopotamium plaga
Micite
Gorgium
Nomę
Phędæ
Rhyacus
Saturni fan.
Senis
Scritęa.

ITALIAE PARS.
Euonymus
Didyme
Phoenicodes
Vulcani templu
Bruttij. vel
Brettania regio.
Scylla
Rhegium Iulium
Palestenus ager
MESSENII, vel MAMERTINI.
Galarina regio.
CATANAEI.
CYCLOPES.
LEONTINI
XVTHIA.
LAESTRIGONES.
MEGARIS SINVS
SYRACVSII.
GYAS.
Epipolæ
Syracusæ
Geloi campi.
Campus Ennensis
Nebrodes mons
Aetna mons, Celsis columna Pindaro
Aetna vel Inse
Catana Colonia
Cyclopum sepulcr.
Syrmethus
Pachynus prom.
ORIENS

DACIAE.
ET
MOESIAE.

NCOLAS huius regionis Daciæ Dacos Cræci vocauere; Getas verò Romani: testes Plinius, Dion, Sthephanus, & alij: (adfirmat hoc quoque horum rex quondam Cottiso, quem Suetonius Getarum dicit, & Horatius Dacum.) siue Gothos, vt placet Iornandi. Sub Scytharum autem nomen video hos ab antiquioribus, vt Herodoto & eius sæculi scriptoribus comprehendi. quibus adsentitur quoque dictus Iornandes. Daos etiam nominat eos dictus Stephanus. & Dauos, Strabo. qui hos ita discernit, vt Getas magis ad Orientem, Dacos verò ad Occidentem vergere dicat. Eadē tamen lingua hos vti, & vnà cum his Tracis, Germanica nempe; ex Plinio & Iornande doceri potest. Getas quoque Apathanizontas vocari, scribit Arrianus. Athanatizontas autem scribendum, ex Herodoti 4. quasi immortales. nam mori se minimè putant. sed ad Zamolxim quendam post obitum meare. de quo plura apud eundem. Patzinacitarum nomine suo tempore innotuisse, tradit Suidas. Hos Dacos vtramque Danubij ripam inhabitasse, ad Hæmum montem etiam, apud Dionem lego. quem sub horum nomine Mœsos quoque comprehendere video. Et Dacos hos eosdem non semel in has Mœsias postea transductos, inferiùs demonstrabimus. Duplicem itaque eandem Daciam ideo facit D. Paullinus, de reditu Nicetæ, hoc versu: *Et Getæ currunt, & vterque Dacus.* Duarum Daciarum in Digestis mentio. At de Mœsis postea. nunc de ipsa vera DACIA, cuius limites facit Geographorum princeps Ptolemæus, Danubium, Tibiscum, Hierasum flumina, & Carparen montem. Iornandes hinc orinndus, huic ab Oriente Roxolanos tribuit, ab Occasu Tamazites. (Iazyges legere malo, ad hoc inductus rei verisimilitudine: item alterius codicis lectione, qui Taziges habebat.) à Septemtrione Sarmatas & Bastarnas, à Meridie amnis Danubij fluenta. Hæc Dacia, vt idem inquit, in conspectu Mœsiæ trans Danubium corona montium cingitur, duos tantùm habens accessus: vnum per Bontas, alterum per Tabas. (Taphas Xiphilini puto) Succorum angustias his addit Amm. Marcellinus. Hanc Eutropius, Aurel. Victor, Marcel. Comes, Lib. Notitiar. & Historia Miscella, in Mediterraneam & Ripensem diuidunt. Sunt (inter quos Lazius) qui Alpestrem addunt, quo fretu antiquorum scripto, mihi ignotum. Vannianum quoque regnum, de quo Tacitus & Plinius, in hoc terrarum tractu videre est. Atque hæc est propriè ipsa prouincia Dacia, quam Eutropius dicit decies centena milliaria in circuitu tenere. Huius regia Zarmisegethusa, quæ postea COLONIA VLPIA TRAIANA AVG. DACIC. ZARMIS. vti in lapidibus inscribitur, denominata ab Vlpio Traiano Imp. fuit. Hic enim eam, & totam regionem, deuicto eius rege Decebalo, in prouinciam redegit. De quo bello à Traiano contra Dacos gesto (quia libri ab ipso, de hoc descripti, quos citat Priscianus grammaticus, periere,) legendus est Dion in huius vita. & videnda cochlea columna à Senatu Romano in huius Foro, vbi hactenus integra superest, erecta. Hanc sua manu delineatam Hieronymus Mutianus pictor celebris edidit, Romæ: foliis centum & triginta. Eandem ibidem explicauit F. Alphonsus Ciacconus commentario docto tam & laborioso, vt spectare in eo hoc bellum potiùs, quàm legere studiosus videatur. Montibus inhærere hanc regionem, scribit Florus, item saltuosam, idem. Curionem enim Dacia tenus venisse, sed saltuum tenebras expauisse, tradit. Deserta Getarum apud Strabonem 7. & Virgilii sunt, Georg. 3. Centem indomitam, ait idem. Hirsutos, & intonsos, pellitos, inhumanos, rigidos, truces, braccatos, vocat Statius. Faciem suam pingere, apud Plinium lego. Trutulentiorem in Orbe esse nullam, cecinit qui eam vidit non tantùm, sed habitauit, Ouidius. Bellicosam docet Vegetius. vt quibus nempe, summo Poëta teste, pater Cradiuus præsideat. Belli potens, etiam Claudiano nominantur. Scribit ex Aufidio Modesto Philargyrius, cùm ad bella proficiscuntur, non priùs rem capescere, quàm de Istro certum modum haurientes ore, in modum sacri vini, iurarent non se ad patriæ sedem regressuros, nisi hostibus cæsis. & idcirco Virgilium dixisse Istrum coniuratum. Cum Orote (Olore alius codex legit, Role ex Dione lego) rege hos aliquando aduersus Bastarnas malè pugnasse, tradit Trogus: ad cuius vltionem segnitiæ, capturi somnum capita loco pedum ponere, iussu regio cogebantur, ministeriaque vxoribus, quæ antea ipsis fieri solebant, facere. Horum vires olim adeò creuisse, Strabo auctor est, vt ducenta millia hominum in bello educerent. De his quoque hoc Silij fortè, *At gente in Scythica suffixa cadauera trunci, Lenta dies sepelit putri liquēcia tabo.* Dacos quosdam PLISTOS vocari scribit 2. contra Appionem Iosephus: quorum vitam cum Essenorum comparat. Hos CTISTAS Strabonis putauerim, ex Abiotum gente. Atque hæc de Dacia, nunc de Mœsis, qui olim, vt habet ex Homero Dion Prusæus, Mysi dicebantur.

MOESIA nomine omnis ea regio, quam Sauus in Istrum incidens, supra Dalmatiam & Macedoniam Thraciamque à Pannonia dirimit, vocari cœpit. in qua Mœsia cum aliæ multæ gentes, tum qui olim Triballi nominati sunt, iiique quos hodie Dardanos nominant. Dionis Nicæi hæc sunt verba interprete Xylandro. Iisdem limitibus quoque à Ptolemæo circumscribitur. Plinius etiam hanc à confluentia Saui in Danubium, ad Pontum vsque ab Oriente extendit. & ad Histriam vsque, ab Occidente, Iornandes. Diximus Mœsias quondam dictas Dacias, cuius testem Fl. Vopiscum habeo: qui scribit Aurelianum Imp. hinc oriundum abduxisse ex Dacia populos, atque in Mœsiam collocasse, eamque vocasse suam Daciam, (Aurelianam nempe) quæ nunc duas Mœsias diuidit: Idem Suidas, in voce, Dacia. Prouinciam Daciam, inquit Eutropius, (de eodem Aureliano) in Mœsia collocauit, & est in dextra Danubio in mare fluenti, cùm antea fuerat in læua. Sex. Rufus autem duas Dacias ab eodem in regionibus Mœsiæ ac Dardaniæ factas, tradit. Inde in Codice hæc verba leguntur, *Mediterranea Mysia, seu Dardania.* Sub Dacia comprehensam, præter has dictas regiones, quoque fuisse Prætualitanam, & partem Salutaris Macedoniæ regionis prouincias, testis est Liber Notitiar. De populis hic aliunde translatis, etiam Strabo scribit, suo nempe tempore (quem sub Augusto & Tiberio vixisse constat) ab Aelio Cato, (siue vt ex Dione mauult legere Casaubonus, Licinio Crasso) traductos, ex trans Istrum sitis Getis, hominum quingenta millia in Thraciam, & Mysos appellatos. Inscriptio antiqui lapidis extat in Smetij volumine, quæ dicit Ælium Plautium Mœsiæ Proprætorem in hanc plura quàm centum millia Transdanubianorum cum coniugibus ac liberis, & principibus aut regibus suis transduxisse. Hanc Mysiam, siue, vt apud Latinos ferè est, Mœsiā, in SVPERIOREM & INFERIOREM diuidit Ptolemæus. hæc SECVNDA, illa PRIMA vocatur in Codice Iustuniani. Inferiorē nominat Iornandes MINOREM SCYTHIAM: Zosimus SCYTHIAM THRACENSEM: Plutarchus in Mario, SCYTHICAM Ponticam: & eius habitatores Celtoscythas. PONTICA Maritima, siue littoralis Παραλία vocatur apud Polyænum 8. PONTVS simpliciter, non semel ab Ouidio, aliisq. Et sunt qui FLACCIAM nominant: à Flacco quodam Romano, quem his locis aliquando præfuisse, ex Ouidio liquet. Atque à veritate hoc non alienum videtur, ex nomine quo hactenus innotuit, *VVallachia* nempe, siue *Palachia.* Ab Ouidio quoque sub his nominibus, Sarmaticum solum, Geticum littus, Cimmeriū littus, & Barbaria, non semel describitur. Regiones sunt fructuum vberrimæ, adeò, vt teste Solino, Cereris horreum nominauerit Romana antiquitas. Eius incolas Εγχελιόχους, id est, eminus pugnantes, nominari à poëtis, annotauit Procopius 4. Ædificior. *Mysos in plaustra feroces. &, Quum Getici ingēs premeretur Mysia plaustru.* sic de iis Claudianus. *Dant illis animos arcus, plenēq, pharetræ.* Ouidius 1. de Ponto. Scytharum incursionem propulsare, & suis viribus regionem suam defendere, docet Ælianus. Maiorem in modum latrociniis deditos, scriptum reliquit Strabo. *Vix hac inuenies totum, mihi crede, per Orbem, Quæ minùs augusta pace fruatur humus.* vt canit Tomitanus ille exul. Et idem alibi, *In quibus est nemo qui non coryton & arcum, Telaq, vipereo lurida felle gerat.* Quam feri, quam truces fuerint, audi ex Floro, Vnus ducum, ante aciem postulato silentio, Qui vos inquit estis? Responsum inuicem: Romani, gentium domini. Et illi, Ita inquiunt, si nos viceritis. Ab animalium esu hos abstinere, religionis ergò, apud Straboné Posidonius auctor est. eosque tantum caseo & lacte vesci. Apud eosdem, vt refert Ælianus, cùm equorum genus coit, quidam velut hymenæum quendam, nuptijs præcinunt. vnde cantus suauitate permulsæ equæ mox grauidæ fiunt: & formæ pulchritudine eximios pullos ex sese pariunt. In ea Mœsiæ parte qua Pontica est, vt habet Solinus, herba apparet qua oleum inficitur, quod vocant medicum. hoc ad incendium excitatum si obruere aqua gestias, ardet magis, nec alio sopitur, quam iactu pulueris. In Mœsia, Dardania regio quoque, quam MYSIAM Mediterraneam vocatam diximus, ex eo nempe quod quam longissimè à flumine Danubio sita: de cuius populis, idem auctor hæc, Per vniuersam vitam audio hos ter solummodo in vita lauari: post partum, cùm nuptias ineunt, & cùm mortem obierunt. De Triballis Mœsiæ quoque populis, ex Isigono hæc Plinius. Visu effascinant, interimuntque quos diutiùs intueantur, iratis præcipuè oculis: quod eorum malum faciliùs sentiunt puberes. Notabilius est, quòd pupillas binas in oculis singulis habeāt. Qui plura de hoc terratum tractu velit, in primis de situ Mœsiæ Inferioris, adeat Ouidium I I I. de Ponto, Elegia I. & IIII. & X. De ritu & moribus inueniet apud eundem V. Tristium, Elegia V I I. De Danubio siue Istro flumine, quem Europæ fluuiorum regem nominat Ælianus 14. Animal. cap. 23. ab Apollonio 4. Argonauticor. Cornu Oceani vocatur. quia regiones hic descriptas per medium interluit, nonnihil adnotare quoque lubitum. Hunc proxima magnitudine post Nilum omnium fluuiorum Imperij Romani maximum, legimus in Sallustij Fragmentis. Babylonios reges ex Danubio siue Istro aquas inter gazas reposuisse, annotauit Gyraldus, Syntagmate 17. Deotum. Nazianzeni frater Cæsarius in suis Dialogis, dicit hunc vnum esse ex Paradisi fluminibus. eum vtpote, quem sacræ litteræ Phison nominant, quod illi tum facilè concedam, cùm mihi concesserit, sub Paradisi nomine totum comprehendi Orbem terrarum. quod ipsum mihi verisimile. Hunc eundem Danubium tradit Seneca VI Natural. Europam Asiamque disterminare hoc tamen omnes vtriusque linguæ siue veteres siue recentiores scriptores ad vnū Tanai flumini adscribunt. Et quis quæso Germaniam, quæ vltra hunc fluuium, Asiaticam regionem vnquam somniauit? An mutanda lectio? aut potiùs retinenda, Acronis fide ad Horatium? vbi tradit Tanaim etiam Danubium dictum. iudicent peritiores. Huius sententiæ videtur Isidorus Originum 17. cap. 9. vbi scribit reubarbarum trans Danubium in solo barbarico nasci. Nasci enim ad Rha fluuium scimus hodie, qui est vltra Tanaim Orientem versus. Vtrumque autem & Danubium & Tanaim, scio hodie ab accolis suis Done nominari. De hoc flumine apud Plinium lego, eius singula ora tanta esse, (vides ea in hac tabula) vt prodatur in quadraginta millia passuum longitudinis vinci mare, dulcemque intelligi hausturn. Adiicit Polybius IIII. ex hac huius aquæ in Pontum defluentia, tumulos quosdam fieri ex colluuie deuectæ materiæ, quos nautæ Stethe siue Pectora nominant, vnius diei itinere à littore distantia: in quæ sæpenumerò delari, per noctem nautæ peritulum faciunt. Horum meminit quoque Strabo. Qui plura de huius fluminis nomine, natura, fonte, ostiis, fluminibus in eundem delabentibus scire desiderat, Guilielmi Stukij Commentaria ad Arriani Periplum maris Euxini adeat; ibi enim abundè atque doctissimè hæc omnia ab eo describuntur. De Thracibus, Mœsiis, Getis, Dacis, huiusque tabulæ regionibus, & gentibus, qui plura etiam velit, Strabonis librum septimum, eiusque Epitomen legat.

DACIARVM, MOESIARVM QVE, VETVS DESCRIPTIO.
Cum Priuilegijs decennijs Imp. Reg. et Cancellarij Brabantiæ.
Ex sonatibus Abrahami Ortelij. 1595.
Agathyrsi.
Teurisci.
DACIA
TERRANEA
Napuca
Marcodava
Prendauensij.
Carpodaci.
Pat:
Docirava
Ainarti.
Ruconium
Vscenum
Germanum, quod et Bormanum
Abieta
Trissum
Parca
IAZYGES
METANAS:
Transacinicum
Pessinum
Partiscum
Ad Statuas colossas
Luso:ium
Altinum
Varomianum
Singidonum
Teutobrugum
Cornacum
Onagrinum
Pistrensis villa
Alitinum
Saldensij.
Danubius.
Ister flu. qua
Tibiscum
Tricornesij.
Tricornum
Municipium
Taurunum
Singidunum
MOESIA I. SIVE
Murtius vel Murgum
Aureus mons quem Probus Imp. vincis consecrit.
Picnesij.
Basterni.
Abij.
DARDANIA.
Galadrij.
Pirustæ.
Theruingi.
Albocensij.
VANNIANVM REGNVM.
Galtis
Dierna
Transdiernum
Aucha flu.
Genadium
Druphegis
Zeugma
Acmonia
Tapae
Zarmazogethusa.
Buridiensij.
GEPIDI:
TRANSLVCVM.
Biephi.
Prutobrissa
Poro:lissum
Slotina, ubi aurarij
Alba Iulia et Aphlum
Transalba
Zirida va.
Zigidava
Vlpia Traiana, col. Aug. olim
Tiriscum, Taros
Potulatis
Carbona
Lizijs
Rhabon flu.
Romulianum, vbi Imp. sepultus fuit, dictum a Romula matre
Tibiscum
Saus flu.
Drinus flu.
Tibiscus flu.
Gramus flu.
Samarcus montes
Carpe
Pannonia flu. qua et Istro
Occidens
GERMANIÆ PARS.
PANNONIÆ PARS.
DALMATIÆ PARS.
Scodrus mons
Hæmus mons
Ratacae
Augustae
Tiraspis flu.
Ordessus flu.
Naphus flu.
Tibisus flu.
Ciabrus flu.
Ciabrus flu. Lamundi que Cassis Italis.
Ama Nigra flu.
Sarmatia flu. in qua Sacchalia regio, quam Iazyges incolunt.
Marisia flu.
Tibiscus flu. Pannonias Dacias Illyricum separans.
Tibiscus flu. Pannonias Dacias Illyricum separans.
Tibiscus flu. Pannonias Dacias Illyricum separans

NOBILISS. DNO IOANNI GEORGIO
A WERDENSTEIN ECCLESIAR.
AVGVSTANAE, ET EYCHSTETEN:
SIS CANONICO, SERENISSIMI
DVCIS BAVARIAE CONSILIARIO,
SVPREMOQ. BIBLIOTHECARIO,
ABRAH. ORTELIVS
AMORIS MNEMOSYNON HOC D D.
Roxolani.
ISTRICI.
Sagaricus Sinus.
Graucenij.
Arpij.
Grutungi.
Cistoboci.
Cacoensij.
Taiphali.
Cotensij.
Siginni.
Sinsij.
Piephigi.
Oetensij.
Aoti.
Obulensij.
Aroteres.
Crobyzi.
Dimensij.
Triballi.
Leste.
Coralli.
Peucini, siue Peucestæ.
Troglodytæ.
Peuce.
SCYTHIA MINOR.
PONTVS
CARIA.
MOESIA II. VEL INFERIOR.
PONTI EVXINI, SARMATICI, SIVE SCYTHICI PARS.
Oriens.
Salmydessus Sinus.
Thracius
Bosporus
PROPONTIDIS PARS.
Præfuit his Græcinę locis modò Flaccus, et illo
Ripa ferox Istri sub duce tuta fuit.
Hic tenuit Mysas gentes in pace fideli:
Hic arcu fisos terruit ense Getas.
Ovid. 4. de Ponto, Eleg. 9.

PONTVS EVXINVS.

MARE quod hîc describendum suscepimus, (Argonautarum & aurei velleris fabula à priscis scriptoribus nobilitatum) sub variis nominibus apud auctores memoratum legimus PONTVM per excellentiam, & PONTVM AXENVM priùs, quasi inhospitale, & postea EVXINVM vocatum, Plinium, Ouidium, aliosque testes habemus. PONTICVM mare, sine cognomine appellant alij, vt Strabo, Tacitus, Plutarchus, Ptolemæus, & Iornandes. & PONTI Mare Lucretius, à Ponto nimirum regione illi adiacente. Eadem de caussa SARMATICVM & SCYTHICVM à Val. Flacco, Ouidio & Martiano: AMAZONIVM à Claudiano: CIMMERIVM ab Herodoto & Orosio: TAVRICVM à Fest. Auieno, ab accolentibus populis sic dictis, appellatur. A Colchide regione huic ab Oriente vicina COLCHICVM nominat Strabo: CAVCASEVM à monte, Apollonius: & PHASIANVM à flumine se in illud exonerante, Aristides. Sed & TANAIM dictum à Gothis auuotauit Procopius. ineptè autem, & non verè, vt ego iudico. Huic mari (siue veriùs sinui) omnes ferè prisci, arcus Scythici intensi formam tribuunt: ita vt neruus referat dextram eius partem: à faucibus quæ sunt circa Bizantium vsque ad intimum eius sinum versus Phasim fluuium. nam excepto Carambi promontorio totum reliquum littus exiguos habet processus & recessus. ita vt rectæ linea haud multum sit dissimile. Alteram partem, sinistram nempe seu Borealem cornu conferunt. quod habet duplicem flexum: superiorem magis rotundum, inferiorem magis rectum. quam formam accuratè docet nostra hæc tabula. Habet hoc mare etiam duo promontoria: vnum Australe, nomine Carambis: alterum Septentrionale, quod Frons Arietis dicitur: quæ duo sibi mutuo opposita cùm distent ab inuicem circiter duobus millibus & quingentis stadiis, vt Ammianus & Eustathius testes sunt: quæ etsi efficiant 3 1 2. M. P. tamen tantùm CLXX. M. P. ait Plinius, siue vt Strabo habet, quantum nauis ad tertium diem conficere potest; adeò tamen vtrimque aut ex Oriente in Occasum, siue ex Occasu in Orientem nauigantibus vicina se ostendunt, vt illis finis maris ibi esse videatur, bimarimque Euxinum existimient. Cùm autem in medio horum peruenerint, tunc apparet illis reliquum, quasi secundum mare. Ambitum siue circuitum littoralem huius viginti quinque millibus stadiorum facit Strabo: 22. millib. Polybius. hunc numerum minuit duobus millibus Ammianus: idque ex Eratosthene, Hecatæo, & Ptolemæo, vt ipse addit. Herodotus, huius oculatus testis, scribit se eius longitudinem vndecim millium ac centum stadiorum dimensum: latitudinem verò (quà latissimum est) trium millium ducentorum. (illudq. ἀφωμοιωτατον & maximè spectatu dignum prædicat. Hanc mensuram Strabo & Plinius lib. 4. cap. 12. distinctiùs ex sua atque aliorum sententia enumerat. Quadraginta circiter flumina se in eundem exonerare scripsit Strabo. multo autem plura habet hæc nostra tabula. Vetustas credidit hoc ex nostris maximum, & orbis hic, vt ibi apud Gades extra Herculis columnas, terminum; esseque prorsus innauigabile, cùm propter eius vastitatem, tum propter barbaras gentes eius littora infestantes, eorumque in aduenas peregrinos crudelitatem. Hinc illa huius maris siue Ponti apud veteres poëtas epitheta. Vastum & trucem, vocant Virgilius & Catullus. immensum, minacem, Ouidius. voracem & dubium, Lucanus. rabidum Silius. vagum, ventosum, Statius. ardium Val. Flaccus. horrendum, infestum, & quoque vesanum, Manilius. insanum & asperum, Seneca. raucisonum, Fest. Auienus. Atque hæc de nomine, forma, & magnitudine. De eius situ & natura, etsi multa (vt ceteros taceam) Herodotus, Pomponius, Strabo, Polybius, Plinius, Ouidius, Macrobius; nemo, mea sententia, accuratiùs Ammiano lib. 22. quem, qui volunt, huc adducere possunt. neque his satiatus, addat integrum de hoc mari libellum ab Arriano conscripnum: & in eundem Scholia amplissima Stuckij. Nos pauca huius maris peculiaria hinc inde ex veterum monumentis excerpta annotare, contenti erimus. Dulce esse, aut ceteris saltem dulcius; leuius quoque; & nunquam refluere, sed vnum labendi conseruans vsque tenorem, Lucretius, Macrobius, Plinius, & Ouidius auctores sunt. eamq. caussam esse puto quòd interdum totum congeletur. hoc enim aliquando contigisse, apud eundem Ouidium, Marcell. Comitem, aliosque me legisse memini. Candidius esse ceteris maribus scribit in Problematib. Aristoteles. Non gignere mollia neque testacea, nisi rarò & perpauca, scribit Aelianus in Variis. Non alere cetos, tantùm phocam gracilem, & delphinum minutum, Plutarchus in Moralibus tradit. Nullam intrare bestiam piscibus maleficam, præter vitulos, & paruos delphinos, Plinius. Quadraginta circiter amnes in illud influere, perhibet lib. 7. Strabo. Sed multo plures se in eôdem exonerare, apparet in hac nostra Tabula. Vrbes in huius littore aliqua celebri nota insignes sunt Bizantium: de qua hic nihil addimus, quia superiùs in Thraciæ tabula eam pro loci mensura satis diffusè conscripsimus. Tomos, nobilis poëtæ Ouidij exsilio clara. Borysthenes quæ Olbia & Miletopolis, de qua multa, (vt alios sileam) apud Dionem Prusæum, Oratione XVI. Dioscurias, quæ & Sebastopolis, à Castoris & Pollucis aurigis, si fabulis creditur, constructa. Hæc quondam adeò clara, referente ex Timosthene Plinio, vt in eam CCC. nationes, quæ dissimilibus linguis vterentur, descenderint. & postea à Romanis CXXX. interpretibus negocia ibi gesta fuerint. Aliæ multæ sunt, sed minùs celebres, vt Trapezus, Cerasus, Pharnacea, Amisus, Sinope, Heraclea; & è regione Byzantij, vnde incepimus, vrbs libera Chalcedon. Occidentalem huius maris oram Thraces tenent. Australem Asiatici habitant. vt Bithyni, Galatæ, Cappadoces. Colchi Orientale littus occupant. Septentrionalia in vniuersum tam Europæa quàm Asiatica, Sarmathæ siue Scythæ, pluribus gentibus distincti. inter has, qui inde nomen trahunt, Tauroscythæ: & horum Cherronesus, quæ Scythica & Taurica cognominatur. Ponticam hanc eandem Cherronesum appellat Appianus: quam Plitius quondam mari circumfusam addit. Forma & magnitudine hæc Peloponneso comparatur. Coniunctam hanc aliquando continenti CCCLX. stadiorum isthmo, ex aliorum traditione, scriptum reliquit Strabo. Regio eius versus Metopon, siue Arietis frontem aspera, montosa, & procellosa Aquilonibus. Circa Theodosiam (vrbs portu centum nauibus recipiendis apto) agro fertili est. Bulbos hic adeò dulces nasci scribit Athenæus, vt crudi comedantur. Est in hac Cherroneso Berosus collis, in quo, teste Plinio, tres fontes, sine dolore, sine remedio mortiferi. Huius Berosi olei meminit Plutarchus in Tanai, quod indigenæ ex planta quadam Halinda dicta contusa exprimunt. eoque se vngentes, calefacti, frigus sine molestia perferunt. Idem refert Phryxam herbam nasci circa Boreæ antrum: quam si habuerint pruigni, nihil patientur iniquum à nouercis. Hæc herba niue est frigidior: vbi verò à nouercis fiunt insidiæ, flammas effundit: imminentium periculorum ac timorum necessitatem deuitant. Atque hæc de hac Cherroneso.

Qui fabulis, poëtarumque figmentis ad hunc Pontum attinentibus delectantur, Medeam Senecæ, & Iphigeniam Euripidis adeant: aliosque Argonautarum nauigationum, aureique velleris veteres scriptores. Priusquam autem ex hoc Ponto enauigauero, addere lubet hoc ex Iosepho Antiq. 9. cap. 11. Ionam nempe Prophetam à ceto circa Isicum sinum deuoratum, post triduum viuum & illæsum, in hoc Euxinum mare reuomitum. fides sit penes auctorem. Lamiam piscem (vt & hoc obiter hic addam) fuisse, vult Rob. Constantinus in Supplemento L. Latinæ. De Mæotide plura qui velit, adeat præter cæteros Geographos, Polybium 4. & Aristotelem Meteorolog. 1. ad finem & 2. initium. Eius longitudinem ad sex millia stadiorum extendi, scribit Themistius Euphrada. Insulæ in hoc mari paucæ, nec omnes cultæ, quarum habitantibus caro magnorum piscium sole siccata, & in puluerem vsque contusa, pro farre est, quia teste Pomponio, pabula haud largè ferunt.

SCYTHIAE, SIVE SARMA
Ex conatibus geographicis Abrahami Ortelij.
Gerrhus, locus ubi regum Sytharum sepulcra.
Hamaxobij, qui et Hamaxobitae.
Ry: paei montes, ad Tanais usq
Alani montes.
Basilides.
Chuni.
Amadoci montes.
Callipedes, ubi Exampeus locus, et fons. Incolis Sacra Via vocatur. Hinc Hypanis dulcissimi saporis fluvius, amaras aquas suscipit, et fit sui dissimilis.
Bodini.
Nomades.
Amadoci.
Callipidae.
Georgi.
ANTII, ANTÆ, et ANTES.
Nauari.
Torreccadæ.
Carpiani.
Borysthenitæ.
SCYTHIA PARVA.
SENDICA.
Basternæ
Vrgi
Iazyges.
Tagri.
Eneocadlae.
Tauroscythæ.
Carcinites, qui et Tamyraces Sinus.
Tyrangitae.
Croby zi.
Istri ci.
Sagaricus sinus.
HYLAEVM Mare.
Getarum solitudo.
GETAE.
DACIAE PARS.
Arpij.
Bastarnę
PONTVS.
Troglodytae
MOESIA.
Salmydessus sinus.
THRACIAE PARS.
Dromos Achillis.
Cauconeses.
Mariandyni, qui et Doniferi.
Heneti.
PONTVS EVXINVS. Sed, Dictus ab
PROPONTIS
THRACIA ASIATICA.

ΠΟΝΤΟΣ ΕΥΞΕΙΝΟΣ.
PONTVS EVXINVS.
Aequor Iasonio pulsatum remige primum.
Cum Priuilegio Imp. Reg. et Belgico. Ad decennium. 1590.
MAEOTIS PALVS:
Quam Scythię gentes circundant vndique ripis,
Et matrem Ponti perhibent Mętidis undam.
Tanaitae.
Gynaecocratumeni.
Sargatii.
Exobigitæ.
Roxolani.
Cares.
Laxij.
Arichi.
Conapseni.
Achaei.
Zicchi.
Cercetij.
Mardi.
Sanegæ.
Metibi.
Epageritae.
Heniochi.
Suani.
Heptacometæ.
Cisij.
Byzeres.
Macrones.
Mosynoeci.
Leucosyrii.
Chalybes.
Tibareni.
Philyres.
Discheri.
CAVCASEVM MARE.
PHASIANVM MARE.
THIANNICA Regio
CAPPADOCIA.
PONTVS CAPPADOCICVS.
COLCHIS.
ORIENS.
BOSPORVS
CIMMERIVS.
SINDICA.
Aspungitani.
Tauricæ chersonesi loca, ignotæ positionis.
Archilachitæ, Assyrani, Caliordi, Carasini, Chavon, Dia Hermisian, Neapolis, Orgocyni, Parasinum, Placia, Spira Taurica, Tractari, Zephyrium.
quis Axenus ille fuit.

THRACIA.

VB Thraciæ nomine plures comprehenduntur regiones & populi. secundùm Indos enim omnium maximam esse, scribit Herodotus. Plinius enim eam Istro flumine, Ponto & Propontide, Aegeo mari, & Strymone fluuio definit. immo Peneo, Strabo 1. ex Homeri sententia. Scordiscos his annumerat Marcellinus, Appianus eos cum Illyriis coniungit. sic quoque Mela, ab Occidente, qui ei quoque à Meridie Athon montem addit. plerique veterum etiam Pallenen peninsulam. Immò si Eratostheni credendum sit, Olympus mons est qui Thraciam à Macedonia disparat. Multo autem secus Strabonis Epitome 7. (nam apud ipsum Strabonem tota Thraciæ descriptio periit.) hæc enim ad os Nesi Thraciam à Macedonia separat. Atque posterioribus temporibus non multo minori amplitudine extensa fuit. Ammianus namque, Procopius, Sex. Rufus, & liber Notitiarum in has sex prouincias, Mæsiam secundam (quæ inferior est) Scythiam, Europam, (hanc partem sub vniuersaliori voce indigetantes) Rhodopam, Hæmimontum, & Thraciam, speciali nomine sic dictam, diuidit. Inde de Thraciarum multitudinis numero mentio, apud Trebellium & Orosium. Tabula autem hæc nostra non tam longè versus Arctum extenditur. secuti in ea circumscribenda Ptolemæum: qui eam Hæmo mõte à ceteris Septemtrionalioribus regionibus secludit. Atque hanc veram THRACIAM putamus, sic dictam à Thraca nympha incantatrice, (vt Eustathius docet, ex Arrhiano, cùm priùs PERCA nominabatur. quæ quoque (multis ita sentientibus) ARIA, ODRYSA, CRESTONIA, & SCYTONIA dicta fuit. THYRAS apud Hebræos nominari, Iosephus, grauissimus auctor, testis est. Dictus Ptolemæus in ea quatuordecim præfecturas habet, Dantheleticam, Sardicam, Vsticesicam, Selleticã, Mædicam, Drosicã, Cœleticam, Sapaicã, Corpialicam, Cænicã, Bessicam, Beunicã, Samaicam, & Vrbanã. In quinquaginta strategias eam diuidit Plinius. Atque hãc veram Thraciã Ammianus assimilat formæ cornuti sideris, sine theatri; cuius superiorem partẽ claudunt montes, qui hanc eandẽ à Dacia dirimunt. Inferior pars se versus Aegæum pelagus aperit.

De huius regionis natura hoc Virgilius: *Terra procul vastis colitur Mauortia campis.* Plutarchus vastas habere paludes, prealtisque amnibus & frequentibus diuisam tradit. Frugum rigore fertilem, facit Plinius, huiusque triticum laudat à pondere, tertiumque ei locum præbet. Vitiferam esse, inprimis circa Biblinam, (quæ Oesyma est) Athenæus asserit. & vinum Maroneum celebratur à Plinio. Homero quoque auctore, vinum ex Thracia aduehere solebant Achiuorum naues. Aurifodinas esse in Pangeo monte, Xenophon; & circa Philippos, Strabo tradunt. Thracius hic quoque lapis, qui aqua accenditur, & oleo restinguitur. Plinius. Sed quia eam nemo veterum meliùs describit Pomponio, eius ipsius hic verba ponam: *Regio nec cælo læta, nec solo. & nisi qua mari propior est, infecunda, frigida, eorumque quæ feruntur, malignè admodum patiens. Rarò vsquam pomiferam arborem; vitem frequentius tolerat: sed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat, nisi vbi frigora obiectu frõdium cultores arcuere. Viros benignius alit, non ad speciem tamen: nam & asper & indecens corporum habitus est, cæterùm ad ferociam & numerum, vt multi immiteque sint, maximè ferax.* Hoc vltimũ contestatur quoque Pausanias, qui dicit eam multitudine hominum adeò abundare, vt, si Galliam excipias, cuiuis fortè nationi, hominum frequentia anteponi posse videatur. Item Herodotus, qui dicit gentem maximam post Indos esse. Liuius eam impauidam & ferocissimam gentem vocat, & Solinus validissimam. Sæuissimi omnium gentium sunt Sex. Rufo. docet exemplo hoc Florus, dum scribit quosdam captos à Romanis, catenas morsibus tentasse, feritatem suam ipsos ita puniuisse: Ad hanc immanitatem ab infantia instituit, docet Sidonius his verbis:

Excipit hic natos glacies, & matris ab aluo
Artus infantum molles nix Cimbrica durat.
Pectore vix alitur quisquam, sed ab vbere tractus
Plus potat per vulnus equum, sic lacte relicto,
Virtutem gens tota bibit. Creuere parumper,
Mox pugnam ludunt iaculis: hos suggerit illis
Nutrix plaga iocos: pueri venatibus apti,
Lustra feris vacuant. rapto ditata iuuentus,
Iura colit gladii. consummatamque senectam
Non ferro finire pudet. Tali ordine vitæ
Ciues Martis agunt.

Sed addamus his D. Iustiniani Imp. in Authenticis hoc de iisdem elogium, *Illud in confesio est, si quis Thracum regionem nominet, statim vnà cum dicto virilitas quædam animum ac militarium copiarum bello ac pugnæ cogitatio subeat. Sunt enim ista ingenita, & quasi patrio quodam iure huic regioni attributa.* Animosam Thracum sapientiam commendat Val. Maximus. Barbarico proximam, dicit Thucydides: vbicumque non timet, ibi maximè sanguinarium. Dum tonat fulguratque, in cælum sagittas excutiunt, Deo minantes, quòd nullum alium præter suum esse arbitrantur. Deos autem solos colunt hos, Martem, Liberum, Dianam, & Mercurium, auctore Herodoto. Idem tamen alio in loco, horum indigenam Deum Plistorium nominat. Bellonam eos quoque adorare, scribit Ammianus. His diis, auctore Eusebio, homines mactabant sacrificabantque, antequam ad bellum exirent. In quo ingentis longitudinis romphæis vtebantur, teste Liuio. Cassides gestabant è pelle vulpina, ferentes præterea iacula, peltas, & pugiunculos. E bello atque raptu viuere, his pulcerrimum. Ociosum esse, pro honestissimo; agricultorem verò, pro contemptissimo habetur. Colore fuluos & cæruleos esse scribit 7. Stromatum Clem. Alex. comatos Homerus. In vertice crinitos, dicit Iul. Pollux. Punctas notis esse frontes nobile iudicatur. non esse, ignobile. Herodotus. Sed & coniuges suas notis compungere, addit Plutarchus. quod idem docet Athenæus 12. Quoslibet autem vxores plures habuisse, Heraclides auctor & Sex. Empiricus est. Strenuos potatores & vinosos fuisse, constat. & vinum melle miscuisse, ex Plinio didicimus. Vini vsum quibusdam ignotum esse, apud Pomponium lego, & epulantibus vbi super ignes quibus circumsident, quædam semina ingesta sunt, similis ebrietati hilaritas ex nidore contingit. Athenæus scribit, eos potionis quoq. genus habuisse, quod brytum vocabant, ex hordeo & frugibus confectum. Suidas tamen tradit eos vini reliquum, quod compotores in compotationibus non ebibissent, in eorundem vestes effundere. Idem allio delectari, vtpote calido: cùm regionem incolant frigidam. Pro sale seruos permutare hos tradit Iul. Pollux. Inde sale empti dicebantur nullius pretij serui. Idem canthorum, musicum instrumentum hos inuenisse tradit. Sed de horum moribus plura apud auctores à me citatos, Herodotum præ cæteris, Athenæum, Solinum, Pomponium, & Heraclidem in Politiis. qui etsi barbari, de animi tamen immortalitate quidam benè sentiunt: quidam animam emori, sed id melius esse quàm viuere, credunt. Itaque lugentur apud hos puerperia; natique deflentur. Thraciam quandam gentem scribit quidam è veteribus vltra quatuor non posse numerare, neque amplioris numeri meminisse.

De miraculis nunc quædam huius regionis, ex Antigono. In Chalcidica regione locus Cantharoletron dictus: ex eo, quòd quæcumque eum intrent animalia, salua rursum exeunt. Cantharus autem nullus inde effugit, sed omnes in orbem circumagitati pereunt. In eadem, Cochryna fluuius est, qui potus ab ouibus, nigros fœtus facit. Sacer mons (inter Byzantium & Cherronesum) est, ad quem mare interdum bitumen in superficie fert. Apud Agrios, Pontus fluuius defert alueo suo lapides carbonibus similes. hos incensos, si aqua adsperseris, faciliùs ardent, si flabris exsuscites, exstinguuntur. Horum odorem nullum potest tolerare reptile. Apud Cinchropsoses fons est, qui gustantibus illico mortem adfert. Apud Botiæos lapis nascitur, qui solis appulsu ignem exhalet. Plutarchus scribit, hæud procul à Pangæo monte fontem esse, ex quo idem vas repletum aqua

OPAKH.
THRACIAE VETERIS TYPVS.
Ex conatibus Geographicis Abrah. Ortelij.
Cum Imp. et Belgico privilegio decennali. 1585.
Moesiae Inferioris pars.
Danubius flu.
Haemus mons
VSDICESICA.
Nicopolis ad Hæmum.
Ostaphus.
Assos. forte Arzus Ptol.
Parsidium
Thracia Prouincia.
Bagaraca
Lissas.
Sazarana.
Agriani.
Opisma.
SELLETICA.
Burdipta.
Orcelis.
Carpudæmum.
Ostodizum.
Medium.
SARDICA.
Serdica.
Terta.
Opizum.
Bessapara et Besyparum.
Cillæ.
SAMAICA.
Hadrianopolis, quæ et Aelia, Vscudama, et Oresta.
Priantæ.
BENNICA. et Beni populi.
Autonomi.
DANTHELETICA. et Denseletae populi.
Pantalia
Philippopolis, quæ et Poneropolis, Duloupolis, Eumolpiada: item Trimontium, atque Pulpudena.
Pieres.
DOLONCI.
AGRIANES.
TRAVSI, qui et AGATHYRSI.
Milolitum.
Dyma.
BESSICA. Bessi, qui et Lestæ, et Tetrachoritæ.
DOBERAE.
Brisica, quæ forte Brendica.
Timpirum
Tilataei.
Orbelus mons.
Peoplæ.
Pergamum.
Pangæus mons.
Cercina mons.
Rhodope mons.
PAETICA.
Trianopolis.
Rhodo
NES.
DROSICA.
Maximianopolis.
Cosinitum.
Sapaei.
Bistones.
Salapæi.
CHALCIDICA.
DIOMEDIS LIMES.
Maratho
PAEONES.
SYRO Turpili.
MACEDONIA MARI
Pyrene.
Stapiesyle.
THASVS.
Aenyri, et Coenyri gentes in Thaso.
In Chalcidica regione, sunt Assyritis, Milcorus, urbes. Psychrus et Cochryna fluuij. sed dubiæ positionis.
APSYNTHII.
Bendidium templum.
DORISCVS CAMPVS.
Stentoridis
MENDAEI
SAL.
MELAS, id est NVS. QVI
Pacasiacus Sinus.
Halonesus insula.
SAMOS.
Soaces mons.
IMBROS.
Imbros.
Phlagusa, Crater Ciberis, Critho te, Eion, et Ber ge. loca in Cher soneso Thracico sed incerti
PHILLIS Reg.
Digeri.
Derlæi.
MAEDICA, cuius metropolis Iamphorina.
Mædobithyni.
PAEONES. QVI
AVTONOMI
Phragandæ.
Cedropolis
GRAECIA
Argilus
BISALTIA
Arethusa
Syleus campus.
Stagyra.
MACEDONIAE PARS.
STRYMONICVS Sinus.
Caprus insula.
Caprullon
Athos pro.
Athos mons
Isthmus Acantheus
Singus
Nymphæum pro.
Torone
TORONAICVS Sinus.
Phlegra.
PALLENA.
SINGITICVS, qui et ELIACVS Sinus.
MARIS AEGAEI
Dion, Olophixum, Acrochoon, Thysum, Cleonē, opida in Athi peninsula, habet Strabo, Herodotus, et Thucydides. Vranopolin, Palæotrium, et Apollonium, nominat Plinius. Elymnium Heraclides.
Hephæstias.
SINTII.
Myrina.
LEMNOS, quæ et Dipolis.
PARS.
Mille pass
5 10 15 20 25
OCCIDENS.

LOCA CIRCA BYZANTIVM, INCERTAE POSITIONIS.
Anaplus, Bathycolpus, Canopus, Cesthenes, Chetumesum, Chisidum, Chrysa porta, Colone, Coparia, Cromi, Daphne, Fretum angustum, Hermæum, Rhesium, Senum portus. Plura preterea sunt apud Dionysium Byzantium quem vide in Cylly Bosporo. ex quo quum hunc ipsum seorsum iconice delineare cogitabam, experior sine eo comite hoc mihi tam difficile, quam illi commentarijs describere fuit. sine suo Dionysio.
PONTVS EVXINVS QVOD ET CIMMERIVM, ET CAVCASEVM MARE.
PROPONTIS, QVOD ET MARE BEBRYCIVM.
Europa Prouincia
CORPIA LICA Bithyae.
THRACES BITHYNI.
Bebryces.
Salmydessus sinus.
Halmydessus
Chalcis et Calcedon
Astacenus Sinus
Proconnesus
Polydora
Besbicus
Nicomedea
ORIENS
ESPONTIA
ASIA
THRACIAE ALIQVOT INCOGNITI SITVS, LOCA; Barathrum, quod et Orygma, Berzetia, Caria, Drongilum, Ergisce, Gaumaides. Ganiada, Maura, Nice, Onocarsis, Parthenium, Phalesina, Psyctterius, Tentyra, Thrasium, Vlucitra. REGIONES, Aexia, Cecropis, Chytropolis, Macarsus, Petalia, Zerania. VRBES, Abrus nisi sit Aprus, Acragas, Adrane, Aege, Aegialus, Aegissum, Agessus, Alapia, Alexandria, Ampelis, Amytron, Anastasiopolis, Arne, Bellirus, Benna, Bepara, Beres, Berrpara, Beresium, Bibastus, Bistiros vel Pistiros, Bola odipara, Bona mansio, Borsobe, Borsaros, Bre, Bylazora, Bymazus, Cabastus, Cænurgia, Capturia, Caragyra, Castrozerbia, Cisine, Cizya nisi sit Bizya, Cobrys, Cobryle, Curasbiri, Cursazura, Culculis, Cycla, Cynætha, Dalazurda, Dannion murus nisi sit Daonium, Dengium, Denzus, Dorum, Drison, Drys, Elpæ, Elce, Galepsus, Garmaa, Hebopolis, Hyrcania, Ishera, Isquera, Librebrus, Ludice, Lycozza, Mandepsa, Mastira, Myrtion, Mysia, Nipsa, Nysa, Odrysa, Omole, Ozarba, Parorena, Pasta, Petra, Phorunna, Pinsum, Pisborus, Pisenum, Prusillus, Probatum, Sarisus, Scelenas, Scempsa, Scitaces, Scotusi, Sipte, Sirra, Sozopolis, Spar.acus, Stranbæ, Sudalene, Tumombari, Tharsandala, Therne, Thestorus, Thraces, Tylis, Zerinia, Zositeipum; GENTES, Bansse quæ et Bessusse, Bantij, Bottiæi, Brini, Bryces, Bybe, Carbilesi et Carbiles, Cerromæ, Cinchropsoses, Cyrmiaue, Dacsy, Dasylepti, Dosili, Diobesi, Disoræ, Drot, Drugeri, Eleti, Entrihæ, Erasinij, Gondræ quæ et Cyndræ et Rondæi, Hypselite, Ligyry, Maduateni, Mypsæi, Podargi, Priantæ, Pyrogeri, Sabi, Satrocente, Sephoæ, Sindonei, Trispole; MONTES, Cissene, Dunax, Edonus, Ganos, Gigemorus, Libethrius, Melamphyllon, Meritus, Minas, Nersum, Pindus, Zibrissus, FLVVII, Arsisibus, Cebrinus, Cius, Cynion, Eilon, Zoria; VICI, Aliphera, Asse; SINVS Bennicus; NEMVS Abrolonæ; FONS Inna; CAMPVS Arcos pagos. (Plura erant his addenda, vti quorum in ipsa tabula referenda, ex Zonara, Cedreno, Nicephoro, cæterisq; Byzantinæ historiæ græcis scriptoribus ai quin hos inter veteres non numero. consulto omisi.

aqua si appendatur, duplex hyeme quàm æstate pondus pendeat. Plutarchus (quem Tzetza Iuniorem cognominat: alius Parthenicum nominat) quædam quoque habet in Ebro, & Strymone fluuio, de cythara herba, pansilypo & philadelphis lapidibus: quæ quia fabulis similiora sunt, lubens prætereo.

Huius Thraciæ populos, montes, flumina, aut vrbes enumerare hac pagina minimè necessarium duco. ipsa namque tabula oculis ostendit. Byzantium tamen, ob eius in veteri historia frequentem memoriam, silentio præterire, quia nefas quodammodo putamus, his paucis describere placuit.

BYZANTII (quæ priùs LYGOS dicebatur) conditor fuit, vt Trogus & Eustathius volunt, Pausanias quidam Spartanorum dux; idque Numæ Romanorum Regis tempore, vt Cassiodoro placet. Nomen habet à Byzante filio Ceroessæ, & Megarensium præfecto: quem iustissimum mortalium, facit Eustathius. Situs huius est loco edito, ad angustissimum Bospori fretum, fertili solo, secundoque (vt Taciti verbis vtar) solo. Vrbs naturali situ, inexpugnabilis. ita vt Treb. Pollio eam Claustrum Ponticum: Principem gentium, Orosius. Sex. Rufus Arcem secundã Romani orbis: Arcem Europæ & Asiæ obicem ponentem, Procopius. Magnificentiæ officinam Themistius Euphrada. & Ouidius vastam gemini maris ianuam (Propontidis nimirum & Euxini maris) vocet. Erat enim mœnibus & muris (quæ celebrant Pausanias & vterque Dion) adeò munita, vt Athenienses olim ibi, tamquam in loco ab hoste insuperabili, suos thesauros, teste dicto Eustathio, deposuerint. De huius vrbis felicitate multa passim apud veteres auctores, Polybium, Herodianum, Xiphilinum, Prusium, atque Euphradam, Orat. 6. qui eius incolas beatos censet, flumine, aëris temperie, loco terræ, portu maris, templo, & mœnibus. Atque hinc illa ciuium incolarumque tanta mollities, temulentia, atque lasciuia, quibus notantur ab Athenæo x. & Aeliano III. cap. 14. Variæ Historiæ. Hæc vrbs, variante sæpiùs nomina, à Spartanis, siue Lacedæmoniis primùm possessa, deinde Atheniensium iuris fuit. Postea liberæ conditionis esse cœpit: quam libertatem eis ademit Vespasianus Rom. Imp. qui eam in prouinciæ formam redegit. Sub his Romanis à Septimio Seuero, quòd Nigri partes tuebatur, expugnata, diruta, in formam vici redacta, & Perinthiis adiudicata fuit. Ab huius autem filio Antonino Caracalla fuerunt illi sua iura restituta, vocataque Antonia, vt testatur Eustathius. pro Antonia autem (vt hoc obiter emendem) Antoninia legendum docet nummus meus ærcus Seueri Imp. qui legit ANTONEINIA ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΣΕΒΑΣΤΑ. Sed denuò à Gallieno Imp. vastata fuit, omnesque eius incolæ militesque interfecti. at metu ingruentium ab ea parte in solum Romanum, Scytharum, Getarumque, ab eodem denuò instaurata & munita. Eandem verò Constantinus Imp. re & cognomine Magnus, longè firmiùs muniuit: exstructo in ea Sophiæ templo. multisque ornamentis ex Asia, Africa, Europa, ipsaque Roma deuectis, splendidiorem reddidit, atque à suo nomine CONSTANTINOPOLIM nominauit. eamque Perinthiis ademit, liberamque & sui iuris fecit. Post hunc, hanc speciosissimis ædificiis ampliorem atque splendidiorem effecisse Theodosium Magnum, scribit locupletissimus testis Themistius Euphrada, Oratione 6. Eandem postea Iustinianus Imp. teste oculato Procopio, multis pulcerrimisque fabricis adornauit. inprimis templo Sophiæ (incendio consumpto) eximio & admirabili opere ita instaurato, vt ipse Imp. teste Glyca, dixerit se Salomonem hoc ædificio superasse. quod opus, vt de eo scribit P. Diaconus, adeò inter cuncta ædificia excellit, vt in totis terrarum spaciis huic simile non possit inueniri. Vnde Corippus 4. Inst. Imp. *Iam Solomoniaci fileat descriptio templi, Cedant cunctorum miracula nota locorum.* Orbis ornamentum illud vocat Const. Manasses, quod ipsos Seraphos cum veneratione admirari arbitratur. Et si cui huius structuræ formæ sciendi cupido, Procop. 1. Aedificior. adeat. De hoc templo Paulum Lyrum Florum opus conscripsisse versibus Hexametris, tradit Agathias 5. Adeò vt nihil ampliùs ad summum decorem deesse videretur. Sozomenus non verius est dicere, hanc vrbem tum frequentia hominum, tum pecuniæ & diuitiarum abundantia, Romam, omnium consensu, longè superare. Nazianzenus quoque scribit Constantinopolim pulchritudine inter ceteras omnes vrbes, quantum cælum terra, præstare. Qua de caussa quoque VRBS AETERNA, REGIA; noua, & SECVNDA ROMA, superbis titulis dicebatur. In Romani Orbis vrbium æstimatione, secundum locum, in quodam Concilio hic habito, tributum legimus. tertium antea obtinuerat, Egesippo teste. Zosimus scribit, eam cum alia nulla, siue felicitatem, siue magnitudinem spectes, comparari posse. tam contigua ædificia in eadem, ac tam frequenter habitari, siue se domi contineant, siue in compitis sint, arcentur adeò, vt non sine periculo propter ingentem hominum & animalium copiam, incedant. Qui autem eius insignia admirandaque ornamenta omnia cognoscere desiderat, Georg. Cedrenum adeat, in Theodosij Magni vita. vbi ea peculiariter omnia non tantùm enumerat, sed & graphicè describit. Nihilominus hæc eadem tandem circa annum M. CCCC. LIII. in barbarissimorum hominum Turcarum manus recidit: sub Mahumete eius nominis I. quibus hactenus possidetur. Plura quæ ad huius vrbis magnificentiam spectant, sunt in Lib. Notitiar. vtriusque Imperi, & Procop. 1. Aedificior. De huius vrbis origine ædificiisque inter primos legendus Georgius Codinus. Ex recentioribus eam peculiari libello doctè admodum & accuratè descripsit Pet. Gyllius.

De Thracibus corollarij loco hoc addam, eos nempe extra suam regionem longè lateque aliquando imperitasse. Magnam enim Asiæ partem quæ huic aduersa est, sibi subiugauere, atq. suo nomine Thraciam Asiaticam appellauere. Vlteriùs etiam, ad mare Aegeum, versus Meridiem: vbi Thraciam Cariam, describit Pausanias: Thracesium vocat hanc Porphyrogenneta. Xenophon horum regnum; omnium quæ inter Ionium sinum & Pontum Euxinum sunt, maximum vocare non veretur. Thraces Saraperas supra Armeniam, habet præterea Strabo.

Adnexa est huic Thraciæ, Chersonesus: quam inde Thracicam cognominant. A Suida eadem Hellespontiaca dicitur, à vicino nempe Hellesponto. Pallenen hanc vocant Halicarnasseus & Stephanus, qui addit hanc à Crusæis habitari. Xenophon terram optimam eandem, & omnis generis rerum fertilem dicit: atque in ea vndecim aut duodecim opida esse. Hunc numerum nos ex omni historia veteri superasse, docet Tabula. Chersonesus hæc quondam M. Agrippæ erat, quo defuncto, ad Augustum rediisse, tradit Dion 54. Thraciæ descriptionem qui ampliorem ex vetustis auctoribus desiderat, Wolfg. Lazij volumen Rerum Græcarum adeat; & Agathiæ librum 5. legat. Mirum quod Guilielmus Brusius scribit, vinum nempe in hac Chersoneso nulla adhibita cultura copiosè crescere.

GRAECIA,
SIVE
HELLAS.

QVAE Latinis Græcia eſt, Græcis Hellas nominatur; ſed huius termini exteriores non ab omnibus iidem deſcribuntur. prima & vera eſt ea quam Achaiam vocant Ptolemæus, Plinius, & Mela; in qua Athenæ, ſplendidiſsimæ omnium, teſte Athenæo, quibus illucet Iupiter. libera vrbs, vt Plinius eam vocat, nec indiga vllius præconij ampliùs, tanta claritas ſuperfluit. Conſtat tamen, non tantùm à vulgo ſcriptorum, ſed ab ipſo quoque Strabone Geographorum principe, plures regiones ſub Helladis vel Græciæ vocabulo comprehendi, vti ſunt Macedonia, Epirus, Peloponneſus, & ceteræ prouinciæ ſub his nominibus contentæ: adeò vt vniuerſa Græcia tribus alluatur pelagis, Ionio nempe, Ægeo, & Libyco. verſus continentem eos montes habet, qui Macedoniam à Thracia, Myſiâ ſuperiore, & Dalmatia dirimunt. Atque hæc eſt ea Græcia, quæ, vt inquit Manilius, *Maxima terra viris, & fœcundiſsima doctis Vrbibus*, &c. quæ (vt Cicero ſcribit pro Flacco) fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ pluribus artibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit. ſiue vt Trogus 8. inquit, viribus & dignitate Orbis terrarum princeps. Ex hac terrarum parte, omnis, vt idem Plinius ait, litterarum claritas effulſit.

In hac primam humanitatem, litteras, etiam fruges inuentas, ſcripſit Plinius Cæcilius ad Maximum ſuum; & hanc eſſe, inquit idem, quæ nobis miſit iura, quæ leges non victa acceperit, ſed petentibus dederit. Macedonia maximam huius Græciæ partem occupat. hæc terrarum imperio potita quondam, Aſiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Caucaſum, tranſgreſſa: hæc in Bactris, Medis, Perſis, dominata, toto Oriente poſſeſſo: hæc etiam Indiæ victrix, per veſtigia Liberi patris atque Herculis vagata. imò, ſi velis, Orbis. vt Manilius, *& Macedum tellus quæ vicerat Orbem.* Hæc eadem eſt Macedonia, cuius vno die Paulus Æmilius Imperator LXXII. vrbes direptas vendidit. Poſtea eſt Peloponneſus, pæninſula, haud vlli terræ nobilitate poſtferenda, platani folio ſimilis, in quo bimaris Corinthus, arx & porta totius Græciæ: & Lacedæmon, quæ Sparta, republica à Lycurgo inſtituta, & rebus pace belloque geſtis, veneranda. Sed & Græciæ nomen latiùs ſe ab vtraque marium parte extendiſſe, ex claſsicorum auctorum monumentis apparet; quota pars enim Italiæ ab iis Magna Græcia dicta fuit? Aſiæ etiam pars quæ Macedoniæ obuerſa eſt, ob deductas in eam non paucas à Græcis colonias, huius nomine quoque inſignita inuenitur: cuius incolas Græcos Aſianos, ad differentiam nominat Plutarch. in Apophtheg. Laconicis. Lucianus enim in opuſculo De amoribus ſcribit, Chelidonias inſulas eſſe veteris Græciæ terminos. Et à Cnido Sinopen vſque Græcos habitare, ſcribit in Panegyrico Iſocrates. Mare item Ægeum, quod Macedoniam & hanc Aſiam interluit, Mare Græcum Ἑλληνικὸν à Thucydide, Plutarcho, Arriano, & Polyæno vocatur, & Græcienſe à Plinio. Græciam antiquam inter ceteros diligentiſsimè deſcripſere Strabo & Pauſanias.

De Aſiatica Græcia, quam Macedoniæ obuerſam vides, conſule Pauſaniam, in Achaicis: & Vitruuium 4. cap. 1.

Ἕλλας.
GRAE-
CIA, SO-
PHIA-
NI.
Abrahamo Ortelio
descriptore.
ADRIATICUM MARE
IONIUM MARE
DACIAE PARS.
MYSIA SUPERIOR.
MYSIA INFER
THRA
MACEDONIA
PELOPONNESUS
ARCADIA
CORINTHIACUS SINUS
MAICUS SINUS
STRYMONICUS SINUS
LACONICUS SINUS
MESSENIACUS SINUS
Cum Priuilegio

PONTUS EVXINUS.
GALATIAE
PONTUS ET
BITHINIA.
PRO: PONTIS.
CHALCEDONII.
TIMONITIS REG.
BOGDOMANTIS REG.
CAVCONES.
ZYGIANAE
PARS.
TECTOSAGAE
MYSIA MINOR
MYSIA MAIOR
OLYMPENI.
ASIA
MOCCADELII.
CYDISSES.
PHRYGIA MAIOR
MOXIANI.
LYDIA.
PRO:
MEONIA.
PENTADEMITAE.
ERISELI.
PHYLACESII.
HIERAPOLITAE.
LICAONES.
THEMISONIUM
PAMPHILIAE
PISIDIA.
CARBALIA.
PARS.
ICARIUM PELAGVS
MYRTOVM MARE.
CARIA.
LYCIA.
MILIAS.
DORIS.
RHODVS
CARPATHIA
CRETICVM MARE
LYCIVM MARE.
PAMPHYLIVM MARE
Megista.
Stadia
Mil. Germ.
Mil. Gall.
Mil. Ital.

CYPRVS.

YRIÆ hanc insulam aliquando annexam fuisse, tradit Plinius: atque denuo continenti iunctum iri, edidit oraculum teste Strabone. Inter insulas maris Mediterranei aliqua magnitudine insignes, sextum obtinet locũ. Formam eius velleri ouino comparari, auctor Eustathius. Scuto Gallico, Hyginus: Altera parte longiorem esse, apud Strabonem legitur; qui addit, nulli insulæ cedere præstantia. Nouem olim Reges in ea sedem habuisse, testantur Plinius & Mela. Amasim Regem primum fuisse mortalium, inquit Herodotus, qui eam cperit, tributariamque fecerit. Tota quondam arboribus adeò occupata fuit, vt agri eius coli minimè possent, quarum magnam parte quamuis ære argentoque (est enim insula admodum metallifera) conflando, nauibusque fabricandis consumsissent, neque sic tamen siluarum luxuriem euincere posse viderent; liberum fecere, vt arbores, qui vellent ac possent, exscinderent, & quod quisque agri exstirpatis silluis purgasset, id tamquam proprium immune possideret. Agri eius fertilitatem Ælianus prodit, cùm scribat, ceruos ex Syria in hanc insulam ad bonam pastionem transnatare. Multiplicem eius rerum abundantiam, Ammiani verba lib. 14. satis declarant: quum tradat eam nullius externi indigentem adminiculis, indigenis viribus, à fundamento ipso cariuæ ad supremos vsque carbasos, ædificare onerariam nauem, omnibusque armamentis instructam mari committere. Opulentiam eius indicant hæc Sex. Rufi verba: *Cyprus famosa diuitiis, paupertatem populi Romani vt occuparetur sollicitauit, ita vt nus eius insulæ aurrtis magis quàm iustitiis finus assequeri.* Florus scribit huius captæ insulæ opes Romani populi ærarium latius implesse quàm vllus alius triumphus. Carystius lapis reperitur hic, auctore Antigono: & Plinio auctore adamas, smaragdus, opalus, crystallus, alumen, & cos, quem naxium vocant. Huius insulæ resinam antecedere alias omnes, idem inquit. Eius olea & vnguenta in deliciis, ceram & arundinem in medicinis valde commendat. Eximias eius columbas celebrat Athenæus. Deam Venerem hic primùm ex mari egressam, credidit antiquitas; in cuius fortasse honorem vel memoriam, Cypriorum mulieres cuiusuis libidini se prostituere, idem affirmat. Iudæis quare in Cyprum venire non liceat, vide historiam apud Dionem, in Hadriano. Eius varia nomina apud auctores sunt hæc: Acamantis: Ærosa, Amathusa; Aspelia, Cerastis, Citida Colinia, Cryptus, Macaria Meionis, Sphecia, de quo in nostro Thesauro. De Cypriis multa apud Herodotum: Sunt & tres Cypriæ insulæ, sic dictæ, circa hanc insulam, vt docet Plinius.

EVBOEA.

HÆC tam modico æstu, (vt eam describit Solinus,) diuidua est à Bœotiæ continenti, Vt dubitandum sit, an numerari inter insulas debeat. Nam latere, quem vocant Euripum, terra continenti, ponte iungitur; & per fabricam breuissimæ machinæ aditur pede. & teste Procopio 4. Aedif. minis trabis aut tigui medio aut sublatione, pedibus aut nauibus, hoc interuallum confici potest. Plinius scribit eam Bœotiæ aliquando iunctam fuisse, sed terræ motu auulsam. Hanc vniuersitas terræ motui obnoxiam esse, sed maximè apud fretum, siue Euripum, tradit Strabo, additq; tali casu vrbem insulæ cognominem absorptam à mari. Quintæ magnitudinis hanc existimant inter maris Mediterranei insulas. Multa sortitur apud auctores nomina, vt Macra, & Macris, Abantias, Asopis, Oche, Ellopia, Archibium, &c. item Chalcis, ab vrbe primaria, ad eius fretum. Hæc maxima est totius insulæ, & Metropolis, tanta olim potentia, vt suas coloniias in Macedoniam, Italiam & Siciliam miserit. Calidæ sunt aquæ in Lelanto campo, Straboni; Ellopias vocat Plinius. Hæ morbis sanandis aptæ. Cirrus & Nilus fluuiina hic quoque sunt, eidem Straboni, ex quorum altero bibentes oues albæ fiunt; ex altero nigræ. Sed & Carystium marmor celebrat Plinius, quod circa Carystum huius insulæ opidum effoditur, vbi quoque Appollinis Marmorei fanum à Strabone describitur. Aes in hac insula primùm repertum: abietes hic esse deterrimas: Olympiam ventum huic esse peculiarem: pisces iuxta hanc ita salsos esse, vt salsamenta existimentur, à Plinio asseritur. De Euripo (apud quem degentem Aristotelem periisse aiunt) mira produntur ab auctoribus, nempe alterno cursu, septies die ac septies in æstu fluctibus inuersis, adeò inmodicè fluere, vt ventos etiam ac pleris velis nauigia frustretur. Ornithus dil gentissimè describit hanc insulam Strabo libro 10. Vide quoque Procopium de AEdificiis Iustiniani 4. Edidit quoque VVolf. Lasius de hac insula amplissimum commentarium, in suo Rer. Græcan. volumine. Duæ supra viginti ciuitates hanc insulam habere, scribit in Demosthenis vita Libanius. nos multo plures ex vtriusque linguæ scriptoribus huic tabulæ induximus.

RHODVS.

PVLCHERRIMAM & liberam Rhodon, veteres dixere quoque Ophiusam, Stadiam, Telchinen, Æthræam, Corymbiam, Pæessam, Atabyriam, & Trinacriam: sed & plura habet nomina in nostro Thesauro. Hanc è mari emersam tradit Plinius, & quondam aureo imbri perfusam, scribit Ammianus: aurum eium in ea pluisse narrant fabulæ, quum Pallas è Iouis capite nasceretur. Cara itaque Ioui tellus hominum Regi, atque Deorum, vt inquit Poëta. Apud Diodorum legimus à Sole adamatam, & aqua remota insulam factam: antea enim sub mari latuerat, auc paludibus adeò referta, vt inhabitabilis esset. In cuius memoriam Solis colossus, qui in septenario eorũ quæ admiranda orbis terrarum recẽsentur numerandus habetur. Hunc à Chare Lindio Lysippi discipulo factum legimus, septuaginta cubitorum altitudinis, pedes centum & quinque, habet Festus. Hoc simulachrum, inquit Plinius, post quinquagesimum sextum annum terræmotu prostratum, sed iacens quoque miraculo fuit. Pauci pollicem eius amplectuntur. Maiores sunt digiti, quàm pleræque statuæ. Vasti specus hiant de fractis membris. Spectantur intus magnæ molis saxa, quorum pondere stabiliuerat constituens. Duodecim annis tradunt effectum, CCC. talentis. Sunt alij minores in eadem vrbe colossi, centum numero, sed vbicumque singuli fuissent, nobilitaturi locum. Alibi idem tradit, tria millia signorum in ea fuisse. Strabo scribit hunc colossum suo tempore prostratum terræmotu, & à genibus confractum, oraculoque prohibitos Rhodios, ne instaurarent. de hoc terræmotu vide Polybium 5. Numquam ita nubilum esse cælum, ait Polyhistor, vt in sole Rhodos non sit. qua de caussa Manilius hoc de ea, *Tuq; domus vere Solis, cui tota sacratus es.* Rhodinum vinum, vnguentum, & ficus, celebrant Plinius & Athenæus. Solum huius vuarum ac ficuum ferax esse, auctor est Philostratus 2. Imaginum. Incolas hominem pridie Non. Maij immolare solitos, Eusebius auctor est. Colossenses hos dici, à Colosso, sunt qui affirmare audent, inter quos sunt Eustathius, Zonaras, & Glycas; item Suidas, qui Colassenses, prima vocali in secunda pronunciat. Aliis vri & mihi potiùs persuasum est, Colossenses dici, qui Colossen Phrygiæ vrbem habitant. de quo nõ dicimus in Thesauro nostro Geographico. Apud Diodorum & Polybium multa de Rhodo. Sed omnium optimè eam describit Strabo. De hac insula consule A. Gellij cap. 3. lib 7. Septem naualia habuisse, apud Polyænum 5. in Heraclide, lego. argumentum huius potentiæ euidens in re nauali. De horum in Asiæ continenti imperio, vide Liuium 37. & 38. & in insulas, Ammianum 22. Totam enim Cariam, partemque Lyciæ, Carpathum, & Calymnas insulas, sub horum imperio fuisse, ex Dionis Prusæi Orat. 31. intelligere est.

LESBOS.

PLVRIBVS nominibus hæc insula apud scriptores veteres notatur: vocatur enim & AEgira, AEthiope, Hemette, Lasia, Pelasgia, Issa, Macaria, Mitylena, & Mytauida. Ab Ida ruptaus, sunt qui credant, inquit Strabo. Claram hanc reddunt Arionia fabula, de qua AElianus; & Sappho poëtria, quæ, Pausania teste, multa de amore scripsit; item Apollinis fanum, & Lepetymni sacellum in Lepetymno monte, teste Antigono. Circa Antissam Orphei caput sepultum, tradunt fabulæ. Lusciniasq; ibidem melius canere quàm alibi, scribit ex Myrsilo (hinc oriundo) Antigonus. Diodorus scribit primùm à Pelasgis habitatam, deinde à Macario Iouis Cyrenaici filio, vna cum Iouibus, postea à Lesbo, Lapith filio. Vitiferam facum eam Plinius, & Athenæus, qui eius vina adeò laudat, vt ea ambrosiæ quàm vino propiora dicat. Quinque opida in ea constituit Pomponius, octo Plinius. Nos plura ex vtriusque linguæ monumentis deprehendimus, vt docet ipsa tabula. Septimo siue vltimo loco hæc habetur inter Mediterranei maris insulas, aliqua magnitudine celebres. Apud Strabonem multa de hac insula.

CHIOS.

ASPERAM, & arboribus densam esse hanc insulam, tradit Athenæus: incolasque omnium Græcorum fuisse primos qui seruis emptis vterentur. Vrbem habet cognominem, quam Thucydides omnium Ionicarum maximam & ditissimam appellat. Nihil in hac insula celebrius vino quod inde Chium vocant, omnium Græcanicorum optimum, vt Strabo, Ælianus, & alij affirmant. Hoc in Arusio agro circa Pelinæum montem

INSVLAR. ALIQVOT AEGAEI
Ex Conatibus geographicis Abr
RHENIA.
TREMONI
DELVS.
ICARIA.
Samium fretum
Loca incertæ positionis.
Tauropolium, seu Dianæ templum
Genos vrbs.
Prannium mons
Draconon prom.
Mesanthy scopuli, uel insulæ.
Loca Euboeæ, quorum situs ignoratur.
ACHAIAE
OETEVS
ORVNTVS
Chemides.
Antiedon.
VRBES
Aegae
Chios
Cyrus
Dystos
Melos
Metropolis
Nysa
Oritanum
Parthenium
Porthmus
Pyrrha
Sarpedon
FONS
Garga.
FLVVIVS
Lelantum.
GENS
Dioria
Gortie.
INSVLÆ
Aegæ
Elymnium.
LOCA
Argura
Bouis ausa.
Delium.
PARS.
Artemidis fanum.
RHODVS.
Thoantium.
Rhodus.
Cretenia.
Atabyrius mons.
Lindus.
Pydna, et Tóera vrbs, Inessa fons, Thermydra portus, incognitæ positionis.
Orthyronia.
Physcus.
IXIA.
Inus.
Aenaia.
Mnaphrum.
Mesantia pro.
CHIOS.
Helene fons.
Chelidonius mons.
Cariusæ, et Coeoloesi, loca incogniti situs.
Pelinæus mons.
Melanes mons.
Pelus
Pyra inf.
Melona prom.
Arus m.
Notium
Chios.
Posidium
Phianæa prom.
CYPRVS,
Insula læta choris, blandorum et mater amorum.
CILICIAE
CILICINVS
PAMPHILIVM MARE.
Cromnium prom.
Lamenia.
Veneris templum.
Isidis templum.
Satrachus.
Toutis sucus.
Arsinoe
Olympus m.
Aramis prom.
Sura inf.
PAPHIA.
Tamanthus mons
Cythera
Carobalea
Paphos nova.
Paphos antiqua
Dregamum prom.
Hieroceria
Arsinoe
Veneris templum
Hieroc pia inf.
Boslera.
Palæa
Amathus
Marium
AMATHVSIA.
Olympus m. mamillæ similis
AEGYPTIA AVSTRI
Curias prom.
CVM MARE NVM
Strabon
Merid

RIS ANTIQVA DESCRIP.
Ortelij Antuerpiani.
EVBOEA Insula
Andros
ANDROS
Gyræ petræ, quæ et Capharides, et Choerades.
Gaurelon portus.
Incertæ positionis.
Amphissus, Asorus, Asypalæa, Cerretius, Chesius, Chesius, Gorgia, Gigarto, Ipnus, Ipnusia, Leucothea, Tauroposium siue Dianæ fanum.
Ionie pars.
Fretum Mycales.
Posidonium prom.
Neptuni templum.
Samos.
Narthecius inf.
Laura.
Iunonium sacrum
Ampelus mons.
SAMVS Ionica.
Imbrasis qui, et Parthenius flu.
Myrtoi maris pars.
Carthaea.
Iulis fons
Iulis
Caressus
Pixus flu.
Porcessa vrbs Vsiam fuit in hac insula item Nedus, Ectias, et Tragium.
CIA, et CEOS.
66
67.
VM Ptol.
S Orosio
Issicus sinus.
Clides insulæ
Olympus prom.
Clides
Dinarcetum pro.
Veneris fan.
Carpasia.
Cauda bonus
Aphrodisium
Chytrus.
Salamis, que et Constantia.
Salamine insulæ
Carpasiæ insulæ
SYRIACVM MARE
Iamastus.
Arsinoe.
Leucola portus.
Idalium nemus.
Venerei fan. ruit.
Ammochostus prom. Peddali um nonnullis
Cypri insulæ incognitæ positionis
LOCA
Elmæus
Tyrrhia.
GENTES
Asphax
Oriensis.
VRBES
Acra
Acragas
Alexandria
Asine
Cerbia
Chyria
Cyrenia, nisi sit Ceronia
Dionia
Epidarum
Erysthia
Gerandrum
Lacedæmon
Malum
Togessus
Tembrus
Vrania.
Cum priuilegio decennali.
Pleius flu., et Aous flu. Aous mons.
37
36
35
PHRYGIA MINOR.
Mesthymna
Eresum
Napæ
Ilia.
Nesiope inf.
Eurripus
Pyrrha
Hypnum
Sigrium
Sosthenium
Agameda
Eresus
Pyrrhum
Pyrrha
Mænia prom.
Malia forte
Stradom.
Incertæ positionis.
LOCA
Cillæum
Polium
REGIO
Hyperidrium.
VRBES
Arissa
Cirana
Geren
Hiera
Metaum
MONTES
Crvon
Macyssus
Olympus
Orgynum
Pentisus
Polium
Pylæus
Tantalus
PROM.
Brysa
SEPVLC.
Lampetium.
LESBOS.
LEMNOS.
Hephæstia.
Marywhon mons.
Cornu.
Myrina.
Euboea locus.
Hermæum mons.
Chryssa insula.
horum situs incertus.

montem prouenit. Vinum nigrum quòque in hac insula primùm extitisse, tradit Athenæus. Nobilis est non minus lentisco, quæ mastichē producit. Marmor huius quoque laudatur à Plinio, qui arbitratur Chiorum lapidicinas versicolores istas in marmore maculas primùm ostēdisse, cùm exstruerent muros. Fontem describit in hac Virruuius, ex quo imprudenter bibentes, insipiētes fieri ait. Chiæ terræ in medicis vsum, idem docet. Omadio Baccho hominem discerptum quondam incolas immolasse, Eusebius Auctor est. Aliis nominibus etiam vocatur, vt Chia, Æthalia, Macris, & Pityusa. Chiorum res gestas quasdam lege apud Herodotum: adde huic Strabonem. De Drimacho seruo, in hac insula historia lectu digna est apud Athenæum 6.

LEMNOS.

Atho monti aduersa Lemnos est, qui (vt testis est Statius & Solinus) vmbram iacit in forum Myrinæ, non sinè miraculo, cùm Athos ab hac insula sex & octoginta millibus passuum separetur. Insula Vulcano sacra est. E cælo enim in hanc insulam à Ioue præcipitatum, veteres narrant fabulæ. Ignem in hac primùm inuentum & consecrata arina, narrat ex Hellanico Tzetza. Ex quatuor labyrinthis in orbe memorabilibus à Plinio enumeratis, hic tertius erat. Architecti illius fuere Zmilus & Rhoëcus, & Theodorus indigenæ. Ex lapide erat polito fornicibus tecto, & centum quadraginta columnis mirabilior ceteris: quarum in officina turbines ita librati pependerunt, vt puero circumagente ternarentur. Huius reliquiæ Plinij tempore adhuc exstabant. Hoc eodem auctore rubricæ Lemniæ palma tribuitur; cuius in medicis vsum vide apud eundem: & Galenum. Lemniadum mulierum historiam lege apud Apollodorum, lib. 1. Bibliotheces.

SAMVS.

Samon hanc, vocatam pluribus nominibus reperio, vt Partheniam, Anthemium, Melamphilum, Cyparissiam, Imbrasiam, & Stephanem: aliisque, de quibus in Thesauro nostro. Insula est omnium rerum (excepto vino, quo non admodum excellit) ferax & diues, adeò vt trito prouerbio dici soleat, eam lac gallinaceum ferre. Bis anno in ea ficos, vuas, omomelidas, mala, & rosas nasci, scribit Athenæus. Olim tamen silueſtrem fuisse, bestiisque feris plenam, legitur apud Aelianum & Herachidem in Politiis. Lapidem Samium, & terram Samiam, eorumque in medicina vsum, docet & commendat Plinius. Idem Samia fictilia in esculentis laudari testatur. Labyrinthum hic quoque factum à Theodoro, addit. Sed in Samo, nihil nobilius, teste Solino, quàm Pythagoras eius. Eusebius in Chronicis scribit hinc oriundam quoque Sibyllam quam Hierophilam vocant. Samios ouem venerari, scribit Ælianus, eaque monetam suam signare addit. Huius Pauones laudat Athenæus. Iunonis auem hanc esse credidit antiquitas: & Iunoni caram fuisse hanc insulam, canunt hi versiculi Virgiliani, *Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam, Posthabita coluisse Samo.* Multa de Samiis apud Athenæum 12. Apuleium 2. Florid. Plutarchum in Pericle, & Strabonem libro 14. ex quo libuit hæc attexere de eius tyranno Polycrate. Hic cùm fortuna & potentia adeò floruerit, vt maris etiam imperium tenuerit; hoc eius prosperitatis argumentum ferunt, vt cùm annulum lapide & sculptura sumptuosum de industria in mare proiecisset, paulò post piscatorum quidam extraxerit piscem, qui eum deglutierat, & aperto pisce annulus inuentus sit, illique redditus. Hanc eandem historiā narrat quoque Herodoti Thalia, sed calamo multo (vt solet) illustriore.

DELVS, & RHENIA.

Hvius situs in medio Cycladum est. Templo Apollinis & mercatu celebratam scribit Plinius. Totius Gracie emporium vocat Pausanias: Maximum totius Orbis emporium, Festus. Aerarium Græcorum appellat Thucydides. Patriam Deorum, alius: Dianæ enim & Apollinis natalem hanc esse, poëtarum fabulis doceamur. Quæ ex opinione hominum, vt habet in Verrem Cicero, hac insula eis sacra putantur: tantaq; eius auctoritas religionis & est, & semper fuit, vt ne Persæ quidem, cùm bellum toti Gracia diis hominibusq; indixissent, & mille numero nauium classem ad Delum appulissent, quicquam conarentur aut violare, aut attingere. Post primum diluuium Ogygij temporibus hanc ante omnes terras radiis Solis illuminatam, sortitamq; ex eo nomen, apud Solinum legitur. Alia autem nomina, ab euentibus aliis, illi tribuitur, vt Pelasgia, Lagia, Ortygia, Cynethum, Cynthon, Chlamidia, Scythia, Anaphe, Asteria, &c. (sed Asteria quoque vrbis nomen in eadem hac insula est, qua vrbs postea etiam Delos dicta fuit, testibus Apollodoro & Seruio.) Artemitam, & Celadussam, eam Plinius quoque nominat. Tria obseruanda in hac annotat Athenæus, Iorum obsonio abundans, incolarum omnifariam turbam, & Delios Dei parasitos. De Inopi fonte scribit Plinius, eum eodem modo quo Nilus, ac pariter cum eo decrescere augeriq;. Idem locum Deli petræ nominat, vbi pisces naturā ita salsos esse dicit, vt pro salsamentis habere possint, in portu eiusdem autem dulces. Antiquissimam aris gloriam Delisaco fuisse, apud eumdem legitur. Huius tempore tradit quoque palmam arborem conspici, ab Apollinis dei ætate. Pausanias (qui vixit sub Hadriano Imperatore) scribit, suo tempore hanc insulam adeò desertam fuisse, vt auoto templi præsidio, quod Athenienses mittebant, hominibus si Delios tantum numeres, prorsus orbata esset. Admirāda rerum vicissitudo! In hac insula canem alere, hominem mortuum sepelire, aut cremare (nasci, aut mori, addit Thucydides) nefas erat, vt Strabo, & alij tradunt. Transferebantur itaque hominum cadauera in proximam insulam Rhenia*m, exiguam & desertam, quæ hinc distabat quatuor tantùm stadiis. Plutarchus ait hanc à Nicia, ponte cum Delo coniunctam fuisse. Thucydides lib. 1. & 3. ait, à Polycrate Samiorum tyranno captam, catena Delo annexam, & Apollini Delio consecratam. Felem & ceruum in hac non nasci, scribit Antigonus. Mensæ genus describit Athenæus, quod in hac insula paratur, & inde* περιαγὴς *vocatur. A Sicilia auulsam, atque vndis submersam, scribit Lucianus in Marinorum Dialogis. Adde his quæ habet Seruius ad 3. Æneid. De Delo lege Hymnum a Callimacho in hanc scriptum.*

ICARIA.

Icari fabula, mors & sepultura, huic insulæ, & mari quod eam alluit, nomen dedit. Olim enim Doliche, Ichthyoessa, & Macris vocabatur. Desertam, sed pascuam tamen esse, tradit Strabo. Idem Milesiorum coloniam facit. Pramnium vinum tamen, à Pramnio monte huius insulæ, celebrat Athenæus, quod & pharmaticen nominari ait. Icari fabulam vide apud Ouidium, Pausaniam, & Arrianum.

CIA.

Quam Ptolemæus Ciam, Strabo Ceum vocat. Ceos, quam nostri quidam dixere Cean (inquit Plinius) Graci Hydrussam. Auulsa Euboea, quingentis longa stadiis fuit quondam: mox quatuor ferè partibus, quæ ad Boream vergebant, eodem mari deuoratis, opida habet reliqua Iulida, Carthean: intercidere Coressus, Paeessa. Neressum etiam opidum huius insulæ, nominat Aeschines in Epistolis: at malè. pro Coressus, vt puto. Ex hac profectam deliciatiorem feminis vestem, auctor est Varro. Inuentrix fuit Pamphila Latoi filia, non fraudanda gloria excogitate rationis, vt denudet feminis vestis, bombycina nempe. Aelianus in Variis, tradit hic mori fuisse, vt qui senio confecti essent, se mutuo inuitarent tamquam ad solemne conuiuium, vbi coronati cicutam bibebant. quia sibi consci, ad commoda patriæ promouenda inutiles, iam ob ætatem delirare incipiebant.

CRETA.

ETSI multa ſint quæ hanc inſulam claram reddant, & famigeratam, vt aduentus Europæ, Paſiphaës & Ariadnæ amores, Minotauri feritas fatumque, Dædali labyrinthus & fuga, Tali ſtatio atq. mors; (qui ter die, referente Agatarchide, hanc circumibat) nihil tamen eam æquè celebrem reddit, ac Iouis natiuitas, educatio, & ſcpulcrum. Sed & pluribus Deorum natalibus, ſi Diodoro fides, nobilitatur, vti Plutonis, Bacchi, Palladis, & Dictynnæ; quam Dianam putant: adeò vt non inconcinnè quis hanc inſulā Deorum incunabulum vocauerit. Iouis quoque cum Iunone nuptias hic celebratas tradunt, in ora Gnoſiæ, ad Therenen fluuium. Minois legiſlatoris, & Rhadamanti herois iuſtiſsimi memoria, inter alias inſulas non minori gloria ſe attollit. Inſulam totam eſſe montoſam & ſilueſtrem, ſcribit Strabo, additque ei conualles fertiles. Silueſtrium caprarum agrum copiolum facit Solinus. Oues rufas & quadricornes, imprimis circa Gortinam eſſe, tradidit. Cupreſsi patriam vocat Plinius: quocumque enim loco terram mouerit quiſpiam, niſi ſeratur alia, hæc gignitur, protinusque emicat, immò non appellato ſolo, ac ſponte, maximè in Idæis montibus, & quos Albos vocant. Ariſtolochiæ Creticæ meminit Corn. Celſus. Nullam hic noctuam, aut vllum maleficum animal, præter phalangium eſſe, auctores ſunt Plutarchus, Plinius, Solinus, Ælianus, & Antigonus. Canum huius inſulæ ſagacitas laudatur ab Ammiano, lib. 30. Hos Iul. Pollux lib. 5. in Paripposs diſtinguit & Dioponos. Incolas optimos ſagittarios faciunt Pauſanias, Liuius, Ælianus, Xenophon, & Cteſias. Pugnaces, & amoribus deditos, Plutarchus; Vinoſos, & ſaltandi peritos, Athenæus; Fraudulentos, rapaces, & auaros, Plutarchus; Ventres pigros, mendaces, & malas beſtias, vocat eos D. Paulus. Nihilominus hos intelligentię magis quàm verbi ſtudioſos eſſe, ſcripſit Plato, de Legibus. Inſulam priùs inhabitatam ab indigenis Eteocretibus, refert Diodorus: & horum regem Cretam vocat; ſed hunc Curetum regem appellat Solinus, & inde Cretæ nomen facit. quod ſi Doſiadi, apud Plinium, creditur, à Creta nympha hoc nomen accepit. Sed & CVRETIS à Curetis populis dicta fuit, idem Plinio & Solino: & iiſdem, prius AERIA. item MACAROS, & MACARONNESOS, à tempetie cæli. IOÆAM & CTHONIAM nuncupat Stephanus, & TELCHIONIAM à Telchinibus incolis, Gyraldus. Sed & HECATOMPOLIS quoque vocatur, à centum vrbibus, quibus quondam habitata, vt placet Plinio, Solino, & Straboni ex Homero, qui eam aliâs nonaginta (vt quoque Plato) tantùm habere ait. Centum tamen, & plura vrbium nomina ego ex vtriuſq. linguæ monumentis collegi, hac tabula: earum autem quædam, quia ſitum ignorabam, ſeorſum, vt alia nonnulla, repoſui. Inter maiores maris Mediterranei inſulas, quartum hæc occupat locum, teſte Euſtathio. Apud Strabonem, Diodorum, Heraclidem in Politijs, & Athenæum, multa, præter alios, de eadem inſula.

SARDINIA.

EX ſeptem maris Mediterranei inſulis, magnitudine aliqua memorabilibus, ſunt qui hanc tertiam faciunt; vt Euſtathius auctor eſt. Qui formas locorum depingunt, eam veſtigio humano aſſimilant; qua de cauſa ICHNVSA & SANDALIOTIS dicta aliquando fuit. SAROON Græcis, à Sardone Herculis F. vocatur: SAROINIA inde Latinis. Hæc, teſte Pauſania in Phocicis, magnitudine & felicitate, cum iis quæ maximè celebrantur, comparanda eſt. Magnitudine & hominum multitudine, & omnium fructuum genere excellentium, dicit Polybius. Pecudum optimam parentem vocat Ælianus: frumenti beatam facit Strabo. qua de cauſſa Florus hanc annonæ pignus vocat. Prudentius ſcripſit claſſem vehentem granaria congeſta Sardiniæ Romana rumpere horrea. Nominat hanc inſulam Saluianus Vitalem vrbis Romæ venam. Argenti feracem facit Sidonius in Panegyrico Maiorani. Inſula argenti diues & fertilis eſt, inquit Pomponius, & ſoli quàm cæli melioris, atque vt fecunda ita penè peſtilens: quod idem confirmat Strabo, inquiens æſtatis tempore valde morboſam, iis locis imprimis, vbi feraciſsima eſt. Huic incommodo accedit herba Sardonia, quæ ſi edulis fuerit, rictu ora diducit, vt ridentium facie intereant. Eſt & Solifuga, animal perexiguum, ſimileq. araneis forma, quod per imprudentiam ſuperſedentibus peſtem facit. Muſmo animal ex genere arietum, quod Plinius Corſicæ tribuit, Straboni huius inſulæ eſt. Huic, non illis ſuffragari videtur Ælianus de Animalib. 16. cap. 34. Purpuras inſignes & acutiſsimas hic gigni tradit Suidas. Sardinias tapetes celebrat Non. Marcellus ex Varrone, de Genere veſtimentor. (niſi ſit Sardianis legendum, à Sardi nempe vrbe Aſiæ) non Sardineæ. quod magis probo. De Sardianis tapetibus enim apud Athenæum, & alios. Huius vrbem primariam Calarim, pulcrè deſcribit Claudianus de bello Gildonico, ſub finem. Maris Sardoi profunditatem facit Strabo CIO. vlnarum. Alia huic inſulæ peculiaria ſuppeditabunt Pauſanias, Solinus, Euſtathius, dictus Claudianus, & alij. Inter Africanas inſulas hæc numeratur à D. Iuſtiniano in Codice.

CORSICA.

HANC Græci CYRNVM, Latini CORSICAM, vocant à Corſa muliere, vt Euſtathio placet, vel vt Dionyſio, à verticibus montium. Nam, vt Strabo tradit, aſpera eſt, ac pleriſq. locis planis inuia, atq. malè habitatur. Non aliam inſulam magis ſiluoſam, ait Dionyſius. Confertiſsimam arboribus, nauibus condendis aptiſsimis, docet Theophraſtus 5. Hiſt. Plantar. ex iisque Romanos aliquando tam largam materiem cecidiſſe, vt ratem perconderent quinquaginta velis ducendam. THERAPNEN

ab

CORSICA.
INSVLAE MARIS IONII.
EPIRI PARS.
CORCYRA INS.
CRE
Iouis magni, medi
Ex conatibus geographicis
AEGAEVM
Creticum mare
Adriaticum siue Ionium mare
CYDONES.
ETEO
CRE
Africum siue Lybicum mare
LOCA.
POPVLI.
FLVVII.
MONTES.
STAGNV.
INSVLAE.
TEMPLV.

Chelonitis prom. Peloponnesi.
Scopelus
ZACYNTHVS INS. in qua Elatus mons Arcadia vrbs.
Cephallenie incognita.
Acroeus Baba, montes; Pronos, Palsa, vrbes; Cranij, Nesiotæ, gentes.
Lotos, et Letoia
Ithacæ incognita.
Rhitrus
Psiorynus
portus.
MARE
A
et insula ponto.
SARDINIA.
Hermæa.
Feronia.
Syrium portus
LVCVIDONESII.
Menomini montes, qui et Insani.
ABSORONENSII.
RVSCENSII.
VALENTINI.
Ossianus portus.
Hesium.
CARINSII.
Maropisa.
CORSII.
Erenium.
Saralapis.
SOLCITANI.
Gurulis nouo.
SICVLENSII.
CORNONENSES.
CORNESII, qui et AECIHLENSII.
Corsus
Ilbula.
Turris Bussonis
CORACINSII.
Ilua.
Sardonius sinus, item Taphros.
Fretum Gallicum, qui et
Cossura
Dianium
Nora.
Biora.
Solci.
Sepium
Vicarara
Sardopatris sinum.
Diabite
Incognitæ positionis vocabula Sardonica.
VRBES, vel LOCA.
Agrusa
Arsidi
Biora
Carbia
Caput Pyrri
Cesen
Charmis
Caesitaria
Elephantaria
Fan. Carsly
Ferraria
For. Traiani
Gemellæ
Ad Hercules
Longones
Lugudones
Mediæ
Metalla
Molaria
Nasa
Olinoa
Portuensis
Sarrapos
Sorabile
Thargos
Turobolus
Ad Turres
Ad Pulvinos
POPVLI.
Aconites
Balari
Pellusi
Sossitani
Diagebres, qui quondam Iolaenses, forte vbris sum Hercesitius.
PELAGVS.
profundissimum. Strabon.
Privilegio decennali.
Armedon.
Naulochus.
Phoenæ.
Platiæ.
Sirnidses
Zephyre
insulæ ante Samonium Plinio.
Zephyrum prom.
Panormus.
Heraclea
Cherso nesus.
Olulas
Cauara
quæ et Lato.
Samonium prom quod et Salmo nidit item Salmone, in Actis.
DORIENSES
TRICHAICES.
Minoa.
Lasæa.
Pulchri portus
Jeanus.
Onisa, et Lucæ in sulo
Hanaum prom.
Carpathium mare
Elevithera, Aprus, et Sperus, tria promonta Stephano.
Pamonia
Syia
Lyrtus, quæ et Lycetis.
Gortina.
Lebenus
Hieracium
Olerus.
Omphalium.
Gnossus, que et Cæratus.
Thenæ
Hierapetra, que Hierapytna
Dictemonos, qui et Dictæus, item Dictimnus
Ampelus.
Ampelus prom.
Hinatus
Hieronos
Erythræum prom.
Bona.
Lasthenia
Prefetum
Lasthenia
Cauno, Buna, Oxinula, et Rhamnus, sed vna cum insula Dia.
Cauno
Urbium Cretæ nomina, quorum situs ignoratur.
Alor
Arcadia
Archidium
Asor
Aulon
Axus
Biennus
Boræ
Cantanus
Carrea
Caunus
Chalcetorii
Clatos
Cytinos
Dulopolis
Druuca
Elyrus
Etia
Glamia
Grammium
Hierapolis
Holopyxos
Hydramia
Hattia
Ispiros
Lycetos
Marathusa
Methymna
Miletus
Myrina
Naupha
Olexus
Olus
Olusia
Pergamum
Phalanna
Phalannea
Phiaræ
Præsus, forte
Præsum
Priesus
Psoros
Rhaucos
Rhizgeia
Rhytium
Satra, quæ
Silyrtus
Sreenos
Syia
Syrmthos
Eleutherna
Theraprę
Tegea
Letoa

ab Ouidio nominari putant quidam. Callimachi Scholiastes dicit TYROS suo tempore vocari, fides sit penes illum. Buxo abundare scribit Plinius (ex Diodoro) & mel eius esse amarum. item vulpibus, cuniculis, & auibus silueſtribus: sed nec boues, capras, lupos, lepores, nec ceruos alere, Polybius auctor est, lib. 12. Equos etiam habere scribit Procopius 3. Gothor. sed paullo supra oues magnitudine. & simias ad humanam fere effigiem, si huic fides. Mellisque huius tantam copiam ostendit Liuius 40. vt M. Pinarium prætorem ex ea centum millia pondo inde detulisse tradiderit. Magnitudine, tertium sortitur locum inter Mediterranei maris insulas. Incolas bestiis inhumaniores, & vitam latrociniis sustentare, apud Strabonem legitur. Longæuos esse Corsos, tradit Eustathius, & ante eum Athenæus. Ciuitates habere insulam tringinta tres, annotauit Martianus Capella. Plurium nomina me ex Latinis Græcisque scriptoribus collegisse, tabula indicat. Ampliorem huius descriptionem habent geographiæ studiosi, apud Diodorum, Lib. 5. Describit hanc quoque Seneca de Consolatione, ad Albinam. & idem in suis versibus.

INSVLÆ MARIS IONII.

IONII maris insulæ celebriores sunt hæ, Corcyra, Cephalenia, Zacynthus, Ithaca, Leucadia, & Echinades, de quibus hæc singulatim. CORCYRA, Alcinoi gratum solum, vt habet Dionysius: etiam CERCYRA dicitur, sed & plura habuit aliquando nomina, vt PHÆACIA, SCHERIA, OREPANVM, CERAVNIA, ARGOS, MACRIS, & vt cuidam placet, CASSIOPE: de quibus in nostro Thesauro. Insulam hanc olim in tantam excreuisse potentiam tradit Eustathius, vt multas insulas & vrbes suo imperio subiugauerit, tantamq. nauium copiam habuisse, vt sola sexaginta naues in Persico bello armauerit: postea ita desertam factam, vt in prouerbium abierit, Cercyra est libera, caca vbi volueris. Alia est ab hac Corcyra, quæ Melaena cognominatur in mari Hadriatico.

CEPHALENIA vocatur etiam MELÆNA, & SAMOS, item TAPHOS; DVLICHIVM quoque, vt quibusdam videtur: sic tradente Strabone. A quatuor populis hanc quondam habitatam scribunt Eustathius & Tzetza; à Proniis nempe, Samiis, Palensibus, & Craniis. Nesiotas addit Liuius. Capræ in hac insula sex mensibus non bibunt, si Ælianoreditur. Apud Antigonum legimus hanc flumine quodam diuidi, cuius ab altera parte cicadæ, ab altera non sunt.

ZACYNTHVS, HYRIA quoque, & CASSIOPA dicitur, Nemorosam cognominat Poëta. Huius incolas tradit Athenæus militiæ rudes esse, quòd diuitiis abundãtes, & aliis rebus omnibus, delitiis sint assueti. Phalangium animal hic multò nocentius hominibus, quàm alibi, inquit Ælianus. Tempore quo spirant Etheſiæ, capri hiantes stant versus Boream: eoque contenti, aquam non requirũt, neque bibunt, vt Antigonus tradit. Coeranium speluncæ nomen est in hac insula, apud Plutarchum de Animantium comparatione. Fontem piscibus fertilem habet: ex quibus pix educitur, si Ctesiæ creditur. In hac insula, Scribit F. Desiderius Lignamineus Patauinus se reperisse hoc Ciceronis Epitaphium: M. TVLLI. CICERO. HAVE. idq. circa annum à Christo 1544. Adamus Tefellenius Louanienſis in suo Itinerario M. S. (quod mihi legendum dedit Dn. Hadrianus Marselarius) scribit se contrectasse in hac insula anno 1550. ipsius Ciceronis ossa, legisseq. ad ipsum sepulchrum hoc Epitaphium: *Ille oratorum princeps, & gloria linguæ Romanæ, iacet hac, cum coniuge Tullius, vrna: Tullius ille inquam, de se, qui scripserat olim, O fortunatam natam me consule Romam.*

ITHACA quoque NERITIA vocatur, à Nerito eius monte, ni fallor. Apud Strabonem vrbs est etiam Ithaca in ea, quam & Alalcomenen vocatam tradit Plutarchus. Multos portus habere legitur apud Athenæum, sed montosam asperamque, & ægrè multa opera & labore ingenti, exigua & vilia malignè cultoribus reddere, apud Plutarchum. Apud Porphyrium ex Artemidoro lego hanc insulam à Panormo Cephaleniæ portu versus Orientem distare, continereque in ambitu suo octoginta quinque stadia. angustam esse & sublimem. In hac Nympharum antrum, eodem & Homero testibus. Lepores hic non nasci, apud Antigonum legimus. Nisi Vlyssis natalis locus esset hæc insula, nulla de ea memoria extaret in litterarum monumentis. LEVCAS, vel LEVCADIA, etsi peninsula à Plinio describatur, Mela insulam tamen vocat. Insulam factam, à continentiq. abscissam, sed postea ventorum flatu redditam, tradit Strabo. In eius promontorio excelso, Apollinis Ælij fanum describitur ab Ælianoreditur, vnde quotannis aliquem reorum deiicere, auerruncandi gratia, solebant; referente Strabone. ECHINADES, sic dictæ ab Echinorum multitudine: STROPHADES eos appellat Apollodorus. Olim continenti annexas fuisse, docet Pausanias in Arcadicis. Faciem harum sæpius mutari, ex aggestu vel recessu limi Acheloi fluminis (ad cuius ostia sitæ sunt) addit Strabo. His vicinæ erant Taphij & Acutæ. Historiam (aut fabellam si mauis) cognitu dignam accidisse circa has insulas, de morte Panos, recitat Plutarchus, de Oraculorum defectu.

AFRICA PROPRIA.

VEMADMODVM ea Asiæ pars, quæ Ponto Euxino, Mari Ægeo, Mediterraneoque, Et Euphrate flumine circũscribitur, propriè Asia dicitur apud Geographos: ita hæc Africæ pars inter ceteras eius prouincias, Africæ Propriæ nomẽ semper obtinuit. Obseruandum etiam hoc in tota veteri historia, cum Asia aut Africa nominatur, has eius partes tãtùm intelligi. Fines Africæ huius regionis sunt ab Occidente Ampsaga fluuius, vicinique Mauritani: à Septentrione Mediterraneum Mare: Aræ Philenorum quibus Cyrenaicam contingit, termini sunt versus Orientem: Lybiam interiorẽ, & eius deserta habet versus Meridiem. Alio nomine eadem vocatur Zeugis & Zeugitana. Comprehẽdit autem in se Numidiam, (quæ & Massylia) Bizacium, & Tripolitanam regiones. In quatuor populos diuidit eam Diodorus, Pœnos, Libophœnices, Libyos, & Numidas. Tempore Romanorum sub Scipione Æmiliano diuisa fuit hæc Africa in duas prouincias: quæ circa Carthaginem, Veterem: quæ circa Numidiam, Nouã vocabant, testibus Plinio, Appiano, & Dione. Consulares erant Numidia & Byzacium: Proconsularis in qua Carthago, vt refert Sex. Rufus. (hancq. diuisionem faciebat, vt Plinius addit, fossa quædam) Aliam huius distinctionem & præfecturam vide in Codice lib. 1. Titulo 27. Numidiam, præter marmoris, quod inde nomen obtinet, ferarumq. prouentum nihil insigne habere, auctor est Plinius. Genus primum autem equitum ei tribuunt Liuius, Plinius, & Solinus. Byzacij celebrant glebam præpinguem: vt quæ iacta semina cum incremento centesimæ frugis reddat, imò ex tritici modio centenos quinquagenos. Misit ex eo Diuo Augusto procurator eius ex vno grano quadraginta paucis minùs germina. Misit & Neroni similiter CCCXL. stipulas ex vno grano. Accedit huic ea terræ bonitas quoque, vt agricola post sementẽ, (teste Columella) ante messem, segetem non attingat, quia vix vlla herba exeat, nisi semine iacto. Fertilitatis huius Africæ quoque meminit Halicarnasseus. At vno verbo insignem eius omnium rerum hubertatẽ indicat in quadam ad seditiosos Iudæos oratione Titus Imp. vbi eam Altricem Orbis terrarum nominat. Sed & animam reipublicæ Romanæ appellat Saluianus lib. 7. aqud quem multa de huius regionis potentia diuitiisque. Fœcundissimã etiam hanc hominum facit Herodianus. Sed & animalibus omnis generis abundantem Polybius, ita vt equorũ, boum, ouium, caprarumque, reliquas omnes ferè terræ regiones multitudine superet. Et quod mirandum, mularum fœtus hîc adeò non haberi prodigiosos tradidit ex Dionysio, Magone, & M. Varrone Columella, vt tam familiares sint incolis partus earum, quàm nobis equarum. Sed gentem ingenio acutissimam dicit idem, 1. cap. 4. insidiosam facit Hirtius: subdolã Maternus: ita vt Vegetius scribere non vereatur, Romanos his semper inferiores fuisse dolis atque diuitiis. Causidicorum nutriculam appellat Iuuenalis. Carthaginenses numerat Athenæus inter eas gentes quæ inebriari soleant. Saluianus 7. Prouid. hos adeò inhumanos, ebriosos, fallaces, fraudulentos, cupidos, perfidos, impudicos, & libidinosos facit, vt, qui talis non sit, Afrum etiam esse non posse addat. denique nullo non malo eosdem obnoxios tradit. Perfidiam horũ notant omnes historiæ. & inde nata paræmia. Atque hæc de hac diuite triumphis terra (vt eã vocat Poëta, & arce prouinciarũ, vt Cicero) Africa. Insulæ huius regionis magis celebres sunt Melita, Menyx, Cosura, & Cercina: atque aliæ, sed ignobiliores. quas, vti & eius populos, flumina, montes, & vrbes, loquitur ipsa tabula. Sardiniam insulam sub hac Africa cõprehendi, testis est Iustinianus in Codice 1. Titulo 27.

Sed de Carthagine, huius vrbe primaria, quamuis Sallustius ait de ea fatius esse silere quàm pauca dicere; hæc pauca tamen addere visum. CARCHEOON Græcis, CARTHAGO Latinis hæc vrbs nominatur. Carthadã priùs dictam (quod Phœnicum lingua nouam exprimit) tradit Solinus, Inde eam Καινοπολὶν, NOVAM VRBEM vocat Stephanus, qui eam quoque (nescio quibus auctoribus) OENVSSAM, CACABEN, & CADMEIAM nominat. Sunt non pauci qui sub voce THARSIS hanc in Sacris litteris describi existimant. Atque hæc de priscis eius nomenclaturis. nam procedentibus temporibus alia quoque nomina sortita est, vt suo loco dicemus. Sed & variis elogiis eam ornauere veteres, *Celsam & Almam* vocantes: *Romani Imperij æmulam, terrarũ orbis auidam: Prouinciæ magistram venerabilem: Africæ Musam cælestem: Camænam togatorum*, Apuleius. *Alterum post vrbem Romam terrarũ decus*, Solinus. *Magnam* cognominant Ptolemæus, Manilius, Pliniusque: *Maximam Orbis terrarum* Victor Vticensis & Suidas: idque merito. viginti enim M. P. intra maris ambitum comprehendisse, Orosius auctor est. Quatuor M. P. hunc ambitum auget Liuij Epitoma. Trecentorum & sexaginta stadiorum facit Strabo (quàm verè, lectoris iudicio relinquo) quæ faciunt quadraginta quinque M. P. Sita fuit hæc vrbs in peninsula: quæ isthmo trium M. P. latitudinis, siue, vt eius diligens delineator Appianus tradit, viginti quinque stadiorum, Africæ continẽti annectitur. Silius Italicus 15. de ea hæc, *Hæc caput est, non vlla opibus certauerit auri, Non portu, celsó-ve situ, non dotibus auri, Vberis aut agili fabricanda ad tela vigore.* Loca in ea celebriora sunt Megara, pars vrbis sic dicta: Byrsa, arx, quæ stadia viginti duo in circuitu habebat, vt adnotauit Seruius: & in ea Iunonis, Æsculapij & Beli templa: Theatrum, Gargilianæ thermæ & aliæ Maximianæ dictæ: Delphicum siue Apollinis fanum, Memoriæ ædes, Hippodromus, Basilica Celerinæ, Theoprepia ecclesia, Lyspana locus, & Via (nisi locus mẽdosus) cælestis. Lucus in vrbe fuit media; & in eo templum Iunonis, vt habet poëta Virgilius. item Elisæ templũ, vt Silius. Quæ postea in ea ædificauit Iustinianus Imp. enarrat Procop. 6. huius ædificior. IVSTINIANA quoque ab eodem, si Ballamoni fides, appellata fuit. Conditores huius Phœnices fuisse Xorum & Carchedonem, aut, vt alij, Elissam siue Didonem Agenoris regis F. ferunt, anno quinquagesimo ante Ilium captum: siue septuaginta duos annos antequam vrbs Roma conderetur, testis Appianus. Teucro eius fundationem tribuit Silius. Iosepho cõtra Appionem teste, exstructa fuit anno à regis Solomonis obitu centesimo quinquagesimo quinto. Huius vrbis virtus, vt foris in bello clara, ita variis domi casibus agitata fuit. Tandem cùm stetisset, vt, qui plurimùm, tradidere, annis septingentis triginta septem, à Romanis, tanquam eorum Imperij æmula, bellis vexata, direpta, radicitus excisa, & in cineres tandem redacta fuit. Atque ita deserta permansit ad annum vsque centesimum & alterum: quo, iussu Senatus restaurata, & missis habitatoribus, colonia Romana (eaque prima extra Italiam ducta.) IVNONIAq. dicta à C. Gracco fuit, testibus Appiano, Solino, & Dione, qui eandem postea ab Augusto denuo coloniam factam addit: quia cùm Lepidus partem eius

AFRICVM PELAGVS.
NVMIDICVS SINVS qui et LATVRVS.
MAVRITANIAE CAESARIENSIS, ET NVMIDIAE PARS.
Olcachitis sinus
HIPPONENSIS SINVS I.
CARTHAGINENSIS SINVS II.
Libyca via. Sive Fretum Siculum alterum.
Malsaeli byes.
Iontij.
Medeni.
Libophœnices.
NVMIDIA NOVA.
Corbulæ campus.
Miscidij.
BAZACITIS Regio.
Machyni.
Nomades.
MAV: RV: SII.
Ozuti.
Zabeces.
BYZACIVM Regio.
Misulani.
Nabathrae.
Asphodelodes.
Musini
Cerophæi.
Libya Septimiaca.
Gephes.
Nasabutes.
Sabubures.
Mampsari.
Cinethij.
Mimaces.
Nisibes.
SITAPHIVS Campus.
Aliardij.
Motuturij.
Vzarae.
Buturgures.
Gipl onsij.
Auses.
PHAZANIA.
Machlyes.
Astacures.
Achæmænes.
Psylli.
Muchthusij.
Mauru Pacati
LIBYAE IN
Sinus Carthaginensis, ipsaque vrbis, atque locorum aliquot vicinorum plenior descriptio.
LOCA INCOGNITAE POSITIONIS, et varijs antiquae notæ auctorib.
Abba, Achris, Adis, Agar, Alle, Bada, Bassi, Cambele, Capsibada, Cemma, Cilla, Cillaba, Decimum, Ethina, Gresa, Hermio, Isinur, Lactum, Locha, Males, Mamma, Marthama, Massilia, Menephsa, Meschela, Milina, Nazgaru, Ophe, Oroscopa, Parthos, Phara, Phellina, Pithecusse, Salera, Sarsura, Sutæ, Solis campus, Syllæum, Tegea, Tergasa, Thabrna, Tholuns, Thon, Tiiiges, Tisiaus, Tisidium, Tocas, Tricamarum, Tuman, Vaqua, Zama, Zella, Zincha, Zona. Ex Augustino, Cypriano, et concilio Carthaginensi. Abarina, Abbir, Accura, Acyrega, Agra, Anacura, Anthypatiana, Asuaga, Auassa, Audurus, Ausciaga, Auspha, Autumnum, Ballita, Barus, Becena, Bepetselita, Bobba, Buslacena, Calama, Capra picta, Carpeta, Cartemita, Casæ Mediana, Casæ Nigræ, Centuriones, Chullabi, Cibaliana, Colusita, Diaba, Dionysiana, Eugitana, Ferule, Foratianum, Formæ, Furnæ, Galbæ castrum, Gazana, Gazanfala, Getabinsæum, Girpa, Gor, Gradus, Iacena, Iozniana, Lemella, Limata, Linacum, Luperriana, Mafarum, Marcellianum, Midila, Mirita, Mizirpa, Mazula, Nice, Obba, Opte, Pambestum, Pisse, Rucuna, Rusiponiotum, Subule, Sullestiana, Synica, Tabræ, Tambada, Tarassa, Telepte, Timida, Tisipta, Vazabila, Vcalis, Aboriense, Abutiritanum, Theudensiense, Tunidrumense, Balaritanus, Bazmucensis, Sarcitanus veteris geograph.
Cossera Larina
Vtica
Carthago
Mandrarus portus
Mandrarus flu.
Prion.
Tunis.

AFRICAE PROPRIAE TABVLA,
In qua; Punica regna uides; Tyrios, et Agenoris vrbem.
Illustri, ac Amplissimo viro Domino Christophoro ab Abonville; Equiti aurato; Alberville domino, Regii Catholici Consiliario primario. Abrahamus Ortelius dedicabat, lubens merito.
LIBYCVM MARE.
ORIENS.
SINVS III. diuiditur in geminos; duarum Syrtium vadosis ac reciproco mari diros. Plinius.
TRIPOLITANA REGIO, QVAE ET SVBVENTANA, ET ARZVGVA dicitur.
EMPORIA Regio.
Austoriani.
Samanicij.
Leucathae.
Eropaei.
Dolopes.
Gindanes.
CINYPS Regio totius Africae fertilissima pulcherrimaque.
Cisipades.
Tedemenij.
Nicpij.
Erebidæ.
XERROLIBYA.
Eleiones.
Lotophagi, quos quidam Alachroas vocant. et Camarinæos.
Hesperidum horti, hic a Plinio situuntur.
Macæi Syrtitæ. Macæ et Maces sunt alijs.
SYRTIS MAIOR.
Pontia
Boreum prom.
Herculis turris.
Philenorum vicus et Aræ.
Gaza.
Bandedara.
Dicilica.
Furulus.
Auburum.
Ossporis.
Thamaricium.
Thagurs.
Thaguhs.
Gabbr.
Tege.
Butta.
Vbitta.
Musse.
Ammonius.
Auquij.
Sicapha.
Auxiqua.
Ansuela.
Ansesti.
Ysina.
Tabunta.
Cinsterne.
Serre.
Segeru.
Sudidenis.
Sabrata.
Sumucis.
Vinaza.
Adaugmagdum.
Aurum.
Tillabarum.
Thubrs.
Minnavilla amarui.
Mesphe.
Mesynos.
Cephalas prom.
Triron prom.
Calumacuma
Gergiphe portus.
Thoniceo.
Gaulos.
Melita, quæ Maltacia Anton. Carthaginensium colonia. D. Pauli naufragio insignis.
Pachinus prom.
Caenna
Enna.
PARS.
Syracusæ
Camarinæ.
Gela.
Charronsus.
Tunis sin.
Hercules sinum.
Charium, siue Graciarum collis.
Dugga.
Acabe fons.
Zuchabaris mons.
Tusibi mons.
Gerphes flu.
Arsis.
Aspis.
Surgamia.
Ysina.
Pharax vel Charax.
Gaza.
Philenorum vicus et Aræ.
CYRENAICAE PARS.
EX CONATIBVS GEOGRAPHICIS ABRAHAMI ORTELII.
Cum priuilegio Imperiali, Regio, et Belgico, ad decennium. 1590.

eius habitatoribus orbasset, ius coloniæ dissoluisse videbatur. Reflotuit itaque hæc vrbs, & in claritatem Carthaginis secũdæ sub Romanis Impp.enituit. Adeò vt quæ pridem armis inclyta, nunc felicitate,vt scribit Martianus, reuerenda erat. Hadriani etiam opem sensit, à quo HADRIANOPOLIM dictam fuisse, scribit Spartianus. Ab Antonino Pio Imp.quoque operum magnificentia exornatam,apud Pausaniam lego.Commodi fauore,vt Lampridius auctor est, ALEXANDRIA COMMODIANA TOGATA quoq. nominata fuit. Sed, vt sunt res mortalium instabiles, hæc eadem sub Gordiano Imp. à quodam Capelliano Mauritaniæ præside, vt est apud Herodianum, anno plus minùs sexcentesimo octuagesimo postquam Romano Imperio parere ceperat, secundùm capta & direpta fuit. Sub Honorio Imp. à Gensericho Wandalorum rege, dolo tertiùm capitur, excidituq. anno à Christo nato quadringentesimo trigesimo. Eadem passa à militibus tumultuantibus sub Salomone quodam Maurusiorum præside, vt habet Procopius. His eripitur à Belisario, anno quingentesimo trigesimo octauo, sub Iustiniano Imp. Romano, qui eam ex integro restaurauit, muris fossisq. muniuit,& multis operibus publicis,vt sunt Porticibus, Thermis Theodorianis,Templo Dei genetricis,Diuæ Primæ, aliisque, quæ apud eundem Procopium recẽsentur, illustriorem reddidit. Mansitq. sub his ipsis Romanis vsq. ad Heraclij tempora, quo à Persis vi occupata fuit circa annum sexcentesimum decimum nonum. Ab Ægyptiis diripitur depopulaturque, vt scribũt Procopius aliique, anno posthac sexagesimo sexto. Neque hic huius vrbis cladium finis. Eandem namque à Mahumetanis spoliatam, deletam, & inhabitatam relictam vsque ad tempora cuiusdam pontificis Elmahdi nomine, qui eam paucis incolis, sed vigesima vix parte habitandã dedit; ait Ioannes Leo. quo teste oculato, hodie eius nihil,præter quasdã muri reliquias, & partem aquæductus,exstare credimus. Atq. hoc nostro æuo, huius vrbis satum, & forma. Hæc illa est, quæ teste Herodiano olim opibus, frequentia populi, & magnitudine tantum Romæ concedebat, cum Alexandria Ægypti de secunda palma contendebat; & quæ quondam sua potentia totam Africæ oram ab Aris Philenorum ad Herculeum vsque fretum tenuit.eoque transgresso,omnem Hispaniam ad Pyrenæos vsque montes potita fuit. Adeò, vt Appianus scriptor grauissimus, huius Imperium, viribus Græcorum, opibus Persarum, conferendum iudicet: quòd idem ex Strabone & Plinio haud difficilè quis confirmare poterit. Scribit enim hic, eam trecẽtas vrbes in sola Africa,& hominum millia septuaginta in vrbe habuisse, atque ex ea deuicta,Scipionem quadringenta septuaginta millia pondo argenti transtulisse. Superest autem de ea vrbe, quæ, quamdiu inuicta, pro Dea, teste Trogo, habita fuerit, & in Africa (vt Saluianus ait) quasi Roma erat, nomen nunc tantùm inane. De Afrorum gente, vnde in hanc regionem venerint, habet quædam Procopius lib. II. Wandalicor.

De via Cælesti,hoc hîc adnotare libuit. Apud Victorẽ Vticensem hæc verba omnibus quæ viderim exemplaribus leguntur. *Nam & hodie si qua supersunt, subinde desolantur, sicut in Carthagineo Theatro ædem Memoriæ & viam quam Cælestis vocitabant, funditus deleuerunt.* Pro,*viam*, non dubito,quin sit legẽdum,*etiam*,vt ad ædem (templum vocat Iul.Capitolinus in Pertinace) referas. Porrò de hac Cælesti dea, vt eam nominat Capitolinus in Macrino,& Treb.Pollio in Celso tyranno,Africæ peculiari,multa passim apud auctores. Ælianus scribit Venerẽ ab Ægyptiis Vraniam appellari. Venus Cælestis (quod idem sonat) est in Iuliæ Soemiæ nũmo meo antiquo. Virginis Cælestis meminit D.Augustinus de Ciuitate Dei, pro eadem. quo epitheto eam differre voluisse auguror ab altera illa,impudica nẽpe, quam Iul.Firmicus Venerem Virginem vocat. Vraniam eam nominat Herodianus: & addit à Phœnicibus Astroarchen appellari. (Alilat, Herodotus) atque Lunam esse, affirmari. Mithram à Persis vocari, scribit contra Symmachũ D.Hieronymus. idq. pro diuersitate nominis,non pro numinis varietate, vt addit D.Ambrosius. Zigiam eam vocat cunctus Oriens, teste Apuleio 6. Asin. Huius Veneris Cælestis deæ etiã memoria insignis exstat apud eundẽ de Asino aureo vndecimo: quam & Reginam cæli, & alio nomine Deam Syriam vocat. cuius numinis formam multiplicem,multaq.& varia eius nomina qui cognoscere desiderat,hunc eundem adeat,& Luciani opusculum de Dea Syria inscriptum. conseratque cum iis imaginẽ, quam hic ex nummis nostris Imp. Sep. Seueri & Antonini eius F.antiquis adpingi curauimus,& totam ferè gentilium antiquorum diuinitatem hoc vno simulacro contineri deprehendet. Philastrius, qui de Hæresibus scripsit, dicit hanc Deam à Iudæis hæreticis quibusdam Fortunam cæli appellari. Haud multum absum quin credam à Hieremia propheta 44.hanc eandem nominari Reginam cæli. cui Israëlitæ sacrificabant. Facilè enim fuit huic genti,ad idolatriam pronæ,ex vicina Syriæ Hierapoli (vbi teste Luciano hæc Dea studiosè colebatur) in suam Palæstinam hanc traduxisse, vti ex eadem Syria Phœnices Carthaginem; duce, vti verisimile & testis Herodianus est, Didone. Plura de hac dea ex auctoribus huc adduci possent: contenti autem sumus ostendisse cum Platone, duas fuisse Veneres: quarum vnam, cui Carthaginenses diuinos exhibebant honores,esse hanc quam hic nummus exhibet: & eandem cum ea,quæ Syria vocabatur. & Assyria Venus ab Appiano 1. de Venatione. Et ne cui de eo hæsitandi locus relinquatur, ecce hunc alterum nummum Philippi Cæs.ex Sebastiani Erizzi volumine.Hanc eandem esse cum Iunone,ex Apuleij sexto quoque disco, vbi hanc Vectiram leonis vocat: quam aiunt hanc Carthaginem terris magis omnibus vnam coluisse. Hic namque illius arma,hic currus fuit,vt inquit Poëta: qua de caussa hæc ipsa,ni fallor,Carthago etiam Iunonia dicta fuit: sic enim quondam appellatam, Plutarchum & Solinum auctores habeo. Huius currum, leonem interpretor, quo vehitur: & huius arma, fulmen, ceteraque deorum dearumque quæ huic adpinguntur insignia. Dei cælestis quoque Afrorum dæmonis, memoria est apud Saluianum de Prouidentia. & cælestis dei Salinensis Carthaginensis, apud Vlpianum, Tit. qui hæredes instituì possunt 5 deos hæredis. hic nihil autem ad Deam hanc nostram. At de hac Dea à me, qui geographica institui, fortè nimis multa.

ÆGYPTVS.

Egyptvs Nili donum credidit enim antiquitas totum eum tractum, quem hodie hæc regio occupat, olim sinum Mediterranei maris fuisse, Nili autem alluuione ex aggesto limo oppletum, & terram factam. Qua de causa fortasse Potamitis vocatur à Stephano, apud quem, & Dionysium, his quoque nominibus insignitur, *Aerta, Aeria, Ogygia, Hephæstia, Myara, & Melambolos. Melampodium* regionem appellat Apollodorus, ob fertilitatem, qua cæteris præstat regionibus. *Aethiopia* eidem Stephano & Eustathio dicitur, propter Æthiopes ibidem habitantes. Nominata fuit & olim *Thebæ*, vt Aristoteles & Herodotus testes sunt. *Mesfratum* in Sacris litteris est, & *Chus*, vt placet aliquibus. Honorius Augustodunensis scribit quondam *Euxanam* dictam, sed hoc sino iure. Atque hæc de nomine: nunc de situ.

Huius limites sunt ab Oriente Sinus Arabicus, Iudæa & Arabia Petræa; ab Occidente Libyci montes, & Marmarica Africæ regio. A Meridie circa Nili Cataractam maiorem ab Æthiopia (quam sub Ægypto cognominant) separatur. Mare Mediterraneum, aut si mauis (quod ab ea nomen habet) Ægyptiacum, eam à Septentrione alluit. Diuiditur in Superiorem, quæ & Thebais: Mediam, quæ Heptapolis & Heptanomia, & à posterioribus Arcadia. & Inferiorem, quam mediæ ætatis scriptores Augustamnicam vocant. hanc in Primam & Secundam diuidunt Iustiniani Imp. Nouellæ. Liber Notitiarum in sex prouincias diuidit, in Libyam Superiorem & Inferiorem, Thebaidem, Ægyptum, Archadiam, & Augustamnicam. Hinus Inferiors portio, nepe quæ mari, Niliique ostiis, Heracleotico & Pelusiaco, atque horum duorum versus Meridiem confluentia, ambitur: sub Deltæ nomine, ob formam, ab omnibus geographis, historicis, poëtisque veteribus comprehenditur. Atque hanc eandem Ptolemæus in tres dispartitur, in Magnum, Parnum, & Tertium Delta. Atque hoc Delta, inter orbis terrarum partes primarias quarta, quondam numerata fuit, & aliquando inter insulas relata, Plinio teste. Sub Ægypto, autem quoque tres Oasitæ vltra Libycos montes comprehenduntur. Etiam Libya, si quis Ammianum audiat.

Irrigatur hæc regio non alio flumine quàm Nilo, totus orbis terrarum nobilissimo, atque polyonymo. Multis enim nominibus apud veteres hic fluuius notatus fuit: dicitur namque & Ægyptus, (vnde regioni nomen) Oceanus, Aetus, id est Aquila, Nigir, Melas, alias Melo: item Sitis, Triton, Chrysorrhoas, Dyris. Noym ab Ægyptiis quoque vocari, auctor est Orus Apollo. In Sacris Bibliis Phison. Sed de his in nostro Thesauro. Septem ostiis, vt plurimi affirmant, se in Mediterraneum mare exonerat. Ptolemæus nouem numerat, inter quæ duo falsa, siue pseudostoma. Plinius vndecim, sed quatuor falsa, inter quæ septem celeberrima. Herodoto quoque duo falsa, sed neque in vniuersum plura quàm septem: cui succinit Eustathius. Et quod huic de his ostiis verum est, apud aliam pro falso, & contrà, habetur. Eadem est de horum ostiorum nomenclatura apud classicos auctores inconstantia. Heracleoticum aliud est Plinio à Canopico, in quo tamen etrate videtur: & aperte negat Diodorus, asserens Canopicum, Herculeum nominari. Tota autem hæc de numero & qualitate horum ostiorum apud scriptores discrepantia nascitur, ni fallor, ex locorum, pro successu temporis, immutatione: quisque enim ea descripsit secundùm quem habebant hæc littora suo tempore situm, quem sæpiùs ex maris æstu & inundatione, arenarumque nunc aggestione, nunc depulsione, aliam atque aliam formam per aliquot annorum internalla induere, verisimile est, & norunt ij qui propiores Oceano habitant, quibus mirum non est fluminum ostia aliquem sedesque mutare; interdumque arena obturari, nouisque, vbi quondam nulla erant, vada quærere: & quæ olim minus nauigabilia, breuibusque plena, nunc profunda, & nauigationi apta videre. Hunc fluuium aquæ bonitate paucis posse comparari, tradit Galenus, etiam Arethæus Cappadox, turbidam Plutarchus in conuiuia. lib. 8. Dulcem autem esse, & sine incuendi tare frigidam, dicit Achilles Statius 4. Amorum. qua de causa Ægyptios vini penuriam non metuere addit. Ceteros omnes qui in orbe terrarum sunt, dulcedine superare, ait Diodorus: quam sententiam quondam confirmauit Pescennius Niger Imp. dum militibus limitaneis vinum petentibus responderet: Nilum habetis, & vinum quæritis? Huius fluminis descriptionem lege apud Claudianum. & de eius singulis annis exundatione, præter ceteros, vide Strabonem, & Panegyricum Traiano Imp. dictum. item Achillem Statium, & Heliodorum. Addat, cui otium, Plutarchum de Monitibus Mones Ægypti, præter eos quos Ptolemæus nominat, Libycos, Troicum, Alabastrium, Porphyritim, Smaragdum, Atacem, Acabon; Nigrum, Basaniten, & Pentadactylum, sunt Nitria, Phetrine, Sinopium, Climax, Eos, Lacmon, Crophi, & Mophi. Paludes multæ: at duæ tantùm nominantur, Mœris, & Maria.

In homos (Præfecturas interpretatur Plinius) partiuntur veteres hanc quoque regionem, quorum octodecim nominat Herodotus; triginta sex Diodorus. quadraginta fere suis nominibus sunt apud Ptolemæum, & totidem aut plures apud Plinium. Triginta sex numerat Strabo: decem nempe in Thebaica, totidem in Delta: & sexdecim in medio regionis. Nos ex omni genere scriptorum veterum vltra sexaginta sex nominatos reperimus, atque in hanc tabulam redegimus. Sed & horum nomina aliqua permutata, aliàque in aliorum loca substituta, cum Plinio experiuntur: de quibus latiùs in nostra Thesauro. Plures vrbes in hac vna regione, quàm in reliquo terrarum orbe fuisse, scribit Eusebius. Ægyptus super ceteram antiquitatis gloriam XX. M. vrbium ibi, Amasis regnante, habitata præfert: nunc quoque multis, etiam si ignobilibus, frequens, inquit Plinius. Harum ad Diodori vsque tempora CXI. M. perduratani. Nos quantumuis earum nomina non indiligenter ex omnibus auctorum priscorum monumentis quæsiuerimus, haud multas vltra trecentas nominatas inuestigare potuimus, vt ipsa ostendit tabula. Sic *Iulis in humanis diuina potentia rebus.*

Situm huius regionis ipsa docet tabula. Fertilitatem, eius celebre præconium indicat, quo publicum Orbis horteum vocatur. Est enim, etsi imbrium expers, tamen hominum, animalium, aliorumque fœcunda genittix. Sed hoc fua inundatione singulis annis Nilus efficit, vnde (vt Lucanus cecinit) est hæc *Terra sui contenta bonis, non indiga mercis, Aut Iouis: in solo tantæ est fiducia Nilo.* intò superbia, quæ in suis manibus esse vel abundantiam, vel famem victoris populi Romani iactare quondam ausi fuerint, vt Plinius testatur. Huius diuitias & opes ex Diodoro quis æstimet, qui scribit, ex vna Alexandria Ægypti Reges quotannis vltra sex millia talentorum vectigalibus capere solitos. & ex Strabone, apud quem Iego Auleti, patri Cleopatræ, talenta duodecies millena & quingenta quotannis ex Aegypto obuenisse: quæ valent, ex Budæi æstimatione septuaginta quinque centena millia coronatorum aureorum Galliorum. idque sub pessima ignauissimaque (vt addit) administratione. Tradit Eusebius. Præp. Osirim regem Iouis ac Iunonis parentibus, ac ceteris Diis aureas templa erexisse. admirandarum opum admirandum documentum. De auri fodinis huius regionis quædam habet Agatarchides. Sed & huius potentiam ostentant etiamnum tot opera immortalia; contra omnem tempotis iniuriam in hunc vsque diem permanentia, vt sunt pyramidum vastissimæ moles; tot stupendæ altitudinis ex solido marmore obelisci, colossi, sphinges, statuæ, Labyrinthi; totque deorum delubra, quorum plura hæc sola quàm aliæ omnes regiones, exhiber, teste oculato Herodoto. Incolarum huius numerositatem (quam ei adscribit Philo de Circumcisione) ex Iosepho, & Egesippo intellige, qui scribit, eam decies septingenta & quinquaginta millia hominum, præter Alexandriæ incolas (qui, teste Diodoro, numerum trecentorum millium librorum hominum superabant) Romanis fatcibus adscripsisse.

Gentem ingeniosam esse, ex Historia cognoscitur: in artibus reperiendis solertes, & in cognitione rerum indaganda sagaces esse, annotatum est à Gellio: compotem diuinarum omnium disciplinarum, à Macrobio, qui & Aegyptum artium matrem vocat. sed genterem eandem furiosam, & leuibus de causis ad seditionem vsque permouet, docet in Aemiliano tyranno Treb. Pollio. Vanam & nouandis quàm gerendis aptiorem rebus, dicit Curtius. Leuem, pendulam, & ad omnia famæ monimenta volitantem dicit Hadrianus Imp. teste Fl. Vopisco, in Saturnino. Inhidam nominat Seneca, ad Albinam. Ventosam & insolentem nationem, Plinius in Panegyrico Traiano dicto. *Nequitiae tellus sed dare nullis magis*, inquit Martialis. Innatam & insignem iactantiam habere scribit Philo de Agricultura. sed & sapientiam iisdem tribuit. Eruditos cognominat Apuleius. & sapientissimos homines Themistius Euphrada. Theologiæ plurimum deditos, Philostratus. Belliciosos minimè esse, scriptum reliquit Strabo. Inter malos medium locum tenere, docet vetus verbum: *Lydi mali, secundi Aegyptii, tertij Cares*, vt habet Eustathius ad Dionysium. De huius gentis ritu viuendique moribus multa quoque apud Porphyrium 4. de abstinentia ab esu carnium. Vrbes in ea præclaras vtriusque linguæ monumentis celebratas legimus: Alexandriam, quam pulcram, item Auream Athenæus vocat: Magnam, Concilium Chalcedonense, Marcellinus veritcem omnium ciuitatum nominat: Eunapius alterum quendam Orbem terrarum. Secundas partes hanc tenere omnium ciuitatum quæ sub cælo sunt, ait Dion Prusæus. Hujus fanum Sebasteum (siue Augusteum) dictum, nullo alio conferendum, vide descriptum à Philone Iudæo, in Vita contemplatiua. Serapium in hac vrbe attis & columnis amplissimis ac spirantibus signorum figmentis, & reliqua operum multitudine ita exornatum, vt post Capitolium quo se venerabilis Roma in æternum attollit, nihil Orbis terrarum cernat ambitiosius. scribit Ammianus. At totius vrbis descriptionem pulchrè exhibent Strabo 17. & Statius Alexandrinus 5. Amorum. item Diodorus 17. & Hirtius de Bello Alexandrino. Thebas, numero portarum nobilem: Memphim, regia claram, & inter maximas nitentem: Copton, Arabicatum, Indiarumque mercium emporium: Abydum, Memnonis regia, & fano Osiridis inclytam. Syenen; aliasque: nam omnes enumerare hic superuacuum duco, inspecta enim tabula, semetipsas ostendunt. Et auctores Herodotus, Diodorus, Strabo, Plinius, Iosephus, Philostratus, Eusebius, aliique, eas satis luculenta oratione describunt.

Rerorvm situm, flumina, montes, vrbes, miracula, aliaque, pro paginæ capacitate descripsimus. Nunc de eius religione quædam, ex Diodoro, Herodoto, Strabone, Athenæo, Aeliano, Plutarcho, Philone, Eusebio, Plinio, Heliodoro, Luciano, Ammiano, Clemente, Athanasio, Prudentio, aliisque. Aegyptios fuisse primos qui Solem & Lunam & sydera Deos dixerint, auctor mihi Eusebius. 1. Præparat. sed ab initio Deorum falsorum vanissimos cultores, non rantùm docent Sacræ litteræ, sed etiam prophanæ, affatim. Præter enim gentilium Deos, vti sunt Iupiter, Iuno, Vulcanus, Venus, Bacchus, cæterosque omnes, quos cum ceteris totius Orbis populis (peculiaribus autem nominibus, vt Isis Osiris, &c.) communes habebant, adorabantque: omnes ferè genus bestiarum, tradente Artemidoro, & Cicerone 3. Deorum, consecrauerunt; omnes bestias quæ in Aegypto fuit pro sacris habere, tradit Herodotus, ita vt multitudine eorum quæ venerantur numium, omnibus, (auctor Dion,) præpolleant mortalibus. Sed non tantùm bos Deos, sed & Anubim, Orum, Typhonem, Pana (quem Mendon vocant, & caprino capite pingunt, Suida teste) & Satyros, item alium quem Cneph nominabant, vt habet Plutarchus in Osiride. nec non hominem teste Minutio Felice, quem in Anubi vrbe diuinis honoribus affecere, vt Eusebius docet, apud quem legimus eos peculiarem quoque deum habuisse, Canopum nomine, ollari forma. (hunc expressum videmus in Bembi tabula hieroglyphica Aegyptiaca.) Aquam pro Deo habuisse, & in primis Nilum, Athanasius & Heliodorus testes sunt. Ex quadrupedibus Crocodilum, Bouem, Mureum, Leonem, Vrsum, Felem, Hircum, Cercopithecum, Simiam, Taurum, Arietem, Capram, Suillum, Canem, Ichneumonem, Lupum, Ouem, Mustelam, & Murem atanecum. Ex piscibus, Oxyrinchum, Lepidotum, Latum, Phagrum, Mæotim, & Anguillam. item cantharum, testis Porphyrius de Sacrificiis. Ex auibus, Aquilam, Ibim, & Accipitrem. Item Meculam, si Hygino creditur. Vulturem, & Coruum, si Aeliano. & Passerem, si Porphyrio de Abstinentia. Viuerram quoque, testis Iosephus 1. contra Appionem. (codice Latino, Graecum enim hic hodie mancum.) Habuerunt & Draconem, siue Serpentem, Aspidem Thermathin nomine, item Scarabæum. Horum omnium colunt effigies, atque quorumdam ipsa magis animalia. adeo vt quædam eorum per imprudentiam interemisse, capitale sit. Et vbi morbo aut fortè extincta sunt, sepelire ac lugere solemne sit. Inanimata quoque, vt Cæpas, (Pelusiotæ nempe testis adversus Iouinianum D. Hieronymus) Porrum, & Allium. Sed neque a monstris abhorruere; vt Cynocephalum què Hermopolitani; & Cepum, quem Babylonij pro Deo adoraueré. Addè his ex Athanasio, Serpentcipites, & Asinicipites. Vicatim etiam (nisi rideat Lucianus in Ioue Tragœdo) his dexter humerus Deus est: ceteris verò è regione habitantibus, sinister. Item alus dimidia pars capitis: aliis poculum Samium, aut catinus.

Pudendum etiam pro Deo habuisse eos, referr Diodorus. (Osiridis penem fuisse, ex Eusebio 2. Præparat. videtur.) Clemens quinto Recognitionum, ridicula addit, Cloacam, & Crepitum ventris, quod idem à Minucio Felice tradtur. hoc idem Lactantrum voluisse, credibile est, dum scribat, quædam pudenda dictu, tamquam Deos adorare. Idem Clemens Cæphas & Gartas: quas voces ignoro, nisi corruptæ sint, pro catta, vt felem nonnulli vocant; & Cæpas, aut si mauis Cepum. Ac, si Philoni credimus, omnia quæcunque (bruta siue mansueta, siue feruissima) sub Luna sunt, ab his consecrantur. & si sexto philosopho, nihil non pro Diis habenc. (irronicos hoc postremùm, verisimile.) Atque hoc de Aegyptiorum Diis: quos primos homines fuisse, & eorum notitiam petcepisse, templa constituisse, lucosque & conuentus in horum honorem institutisse, Lucianus auctor est, in Syria Dea. Illucescente quoque postea Christianæ veritatis luce, ex hac eadem monachorum eremitarûmque agmina primùm enata; indéque per totum orbem Christianum diuulgata, ex primitiuæ Ecclesiæ monumentis docetur, ita vt religionum seminatium hanc regionem, quis non merpeè dixerit.

De Aegyptiorum philosophia, hieroglyphicisque mysteriis, consule sextum librum Stromatum Clementis Alexandrini. item Orum Apollinem.

ÆGYPTVS ANTIQVA.
Terra suis contenta bonis, non indiga mercis
Aut Iouis, in solo tanta est fiducia Nilo. Lucanus 8.
INCERTAE POSITIONIS LOCA:
REGIONES; NOMI; VICI; MONS; INSVLAE; FLVVIVS;
Mille passuum sca
Stadiorum scala.
Li by ca
THEB A IDIS
Li by ca
GIO, Quae et
Ara AEGYPT bi VS SVP
Arabes Gebadei.
Arabes Adei.
Arabes Azarei.
TISEBARICA REGIO.
Arabaeg yp tij ich thy
AETHIOPIAE SVB AEGYPTO PARS.
ARABICI SIN
SVPH nominant. BR
Pyramis Magna, Ptolemaeo Prima Strabonis.
Mons Cataracta
Cataracta
Cataracta

Ex conatibus geographicis Abrahami Ortelij, cum Priuilegio decennali. 1595.
AEGYPTIVM MARE, quod et PARTHENIVM, item PHARIVM.
LIBYAE NOMVS.
Zyges.
Goniatæ.
Prosoditæ.
MAREOTIS Nomus.
NIAS.
TAPOSIRIS.
GYPTVS.
Myris, quod et Moeris stagnum.
Maria et Maræ oris palus.
SCITHIACA Regio, quæ SCETIS, vel SCITIS vocari dicitur.
Septentrio.
Heraclium ostium, idem cum Canobico, et Naucratico.
Bolbitinum ostium, quod Bucolicum etiam videtur.
Sebennyticum sive Sybenniticum ostium.
Pineptimi ostium.
Diolcos ostium.
Pathmeticum, et Phatnicum, item Phatniticum ostium.
Mendesium ostium.
Taniticum ostium, quod Saiticum nonnullis.
Pelusiacum ostium.
Heliopolitanus Nomus.
Arabiæ paludes Sabæ. Ad Paludes Strabonis.
Arabiæ Nom.
Autæi Arabes.
Tarichea.
Heropolites Sinus qui Arabibus Aeant dicitur, Apocapa Stephano.
Charandra sinus.
Quæ postea AVGVSTAMNICA.
CASIOTIS REGIO.
Ostracine.
Pelusium.
Ammoniacus Nomus.
Taphosiris regio.
ALEXANDRIA.
Maria Jacus.
Cheronis colis.
Cheronis.
Cleobulus.
Herakleides.
Hera.
Cleopatra.
Ptolemaeus.
Canobus.
Helenium.
Canobus et Argus duo insulæ.
Hunc Nomi hæc omnia, quæ quæ tabula capere non poterat: ea hac ad sei litia seorsim ex promere visum fuit.
Oasis Parua Ptolemæi: Secundum Strabonem.
Oasis, vel Insula tertia Strabonis. Ammonis oraculo celebrata, et Aegypto quoq; subiacens.
Oasis vel Insula tertia Strabonis. Ammonis oraculo celebrata, et Aegypto quoq; subiacens.
Pars. HEPTANOMIA, Quæ postea dicta AR: pars. CADIA.
ARSINOITES Nomus.
HERACLEOPOLITES Nomus.
HERMVPOLITES Nomus.
CYNOPOLITES Nom.
HYPSELIONOM.
EXCOPOLITES Nom.
ANTEIOPOLITES Nom.
CROCODILIPOLITES Nomus.
ARSINOITES Nom.
MEMPHITES Nom.
LETVPOLITES Nom.
ANDROPOLITES Nom.
MOMEMPHITES Nom.
GINAECOPOLITES Nom.
PHENOTES Nom.
NAVCRATICVS Nom.
CABASITES Nom.
XOITES Nom.
PROSOPITES Nom.
PHTHEMBVTIS Nom.
SEBENNITIS Nom.
ONVPHITES Nom.
LEONTOPOLITES Nom.
TRIPOLITIS Nom.
EVSIRITICVS Nom.
APHRODITOPOLITES Nom.
HELIOPOLITES Nomus.
PHAGROPOLITES Nom.
BVBASTICVS Nom.
PHARBÆTHITES Nom.
MYECPHORITES Nom.
MENDESIVS Nom.
PHATNITES Nom.
NEVT Nom.
SETHRAITES Nom.
Pelusium.
Tarichea.
Ostracine.
Casium.
Sphinx.
Pelusium.
Casium mons.
Ostracine.
Tacidia.
Rhinocurura.
Anthedon.
Alcalon.
Heliopolis.
Memphis.
Alexandria.
Pharos.
Canopus.
Thebæ.
Pyramides.
Ptolemaeus.
Cleopatris.
Hero.
Arsinoe quæ et Cleopatris.
Chysma presidium.
Ptolemaeus.
Pelusium.
Tarichea.
Sethraites

ALEXANDRI MAGNI
MACEDONIS EXPEDITIO.

I ARCHELAVS chorographus, quem omnem terram ab Alexandro peruagatam, descripsisse, tradit Laërtius: aut Beton (Bæron Athenæo) vel Diognetus, quos Plinius itinerum Alexandri mensores fuisse scribit: vel Strabonis commentarium quem de rebus Alexandri fecisse ait, ad nostra vsque tẽpora manusque peruenissent; minus procul dubio difficile nobis fuisset hanc tabulam, quam Alexandri expeditionis studiosis lectoribus exhibere conati sumus, delineare. Ab iis autem destituti, primùm, eius aream ex Ptolemæo, recentiorumque traditionibus contraximus. deinde singula eius loca in ea accommodauimus ex auctoribus Curtio, Arriano, & Plutarcho. hi enim res, inter eos qui huius vitam litterarum monumentis fideliter tradidere, superstitesque permanserunt; eiusque expeditionem ex professo litteris complexi sunt. Adiumento huc appellauimus Strabonem, Diodorum, Trogum, Orosium, & Plutarchum de eiusdem (vti inscriptio est) Fortuna. hi enim, quamuis non data opera, obiter tamen in huius rebus gestis describendis, fatis veros & diligentes se præstitere. Philostratus, Solinus, Plinius, operam attulere etiam nonnullam. Atque dum omnem vtriusque linguæ historiam perlustramus, ex omnibus ferè aliis, præterquam iam enumeratis nihil aut parum auxilij ad nostrum hoc institutum haurire poruimus. Nam etsi quædam apud Liuium, Val. Maximum, Polybium, Athenæum, Polyænum, Ælianum, Senecam, Stobæum, Quinctilianum, Apuleium, Dionem Prusæum, Maximum Tyrium, Theonem sophistam, Plutarchum de Montibus, Panegyricum Max. & Const. dictum, videre sunt; ea potiùs ad huiius vitam familiarem, innatosque mores, virtutes, vitiaque, quàm expeditionem conuenire, experti sumus. Huius vitam ab Æsopo quodam descriptam, atque à Iulio Valerio interpretatam, fatetur se habere Franciscus Iuterus in Notis ad Symmachum. hunc nos non vidimus, nec de eo iudicamus. Præstitimus itaque (in describendo Macedonum summo in Orbe terrarum, vt Liuius 45. hoc nominat, imperio ab nostro hoc Alexãdro inchoato,) quod potuimus, non quod voluimus. Corollarij & ornamenti gratia adpingi curauimus Oraculi Iouis Ammonis, fidei inclitæ, (vt habet Pōponius) formam. idque cùm ob loci in omni prisca historia frequentiam celebritaremque: tum quòd noster hic Alexander illud in sua hac expeditione, scisciandi sui euentus nomine, quoque adiuerit. atque testibus Curtio & Trogo, ibidem corpus suum sepelirì (etsi frustra, nam Alexandriæ in Ægypto inhumatum eius corpus constat) iusserit. de quo hæc,

AMMONIS ORACVLVM.

LOCVS in quo Ammonis templum est, omni ex parte habet vastas solitudines, densas ac siticulosas arenas, omnique humano cultu carentibus locis est circumdatus. Suntque campi instar profundi æquoris, alto obruti sabulo. vt eum describunt Arrianus, Curtius, & Diodorus. Medium huius (lucus fatidicus à Silio Italico dictus) quod exiguo spatio circumscribitur. (nam vbi latissimum est, ad quadraginta Arriano, quinquaginta Diodoro, ad summum stadia extenditur) cultis arboribus est refertum, oleis nimirum & palmis, vt habet Arrianus: huio & paluro, vt Theophrastus. immò omnis generis, maximè fructus gerentibus, vt Diodorus. Palmas huius nobiles, celebrat etiam Plinius. Mirisque amœnis & potu salubribus irrigatur aquis, incoliturque ab Ammoniis populis dispersis tuguriis. In horum medio est arx cum munitione triplici, quarum prima (verbis Curtij vtar) tyrannorum veterem regiam clausit: in proxima coniuges eorum, cum liberis & pellicibus habitant. Hic quoque Dei oraculum est. Vltima munimenta satellitum, armigerumque sedes erant. Diodorus autem Dei dicti oraculum, fontē esse dicit, in quo, quæcunque Deo offerenda sunt, priùs abluuntur. Atque hoc de huius situ naturali, architectonicoque. Nunc de Dei huius Libyci, vt eum vocat Dionysius Afer, forma: quem haud fulmina vibrantem, vt nostri solent, sed cornibus arietinis fingunt, pingunrque: auctoribus Arnobio, Ouidio, Macrobio, aliisque: iisque tortis, vt Lucianus recuruis, vt Ouidius cecinit. Specie arietis, apud Lucianum. Aspectu arietino, apud Herodotum est. Cum cornibus arietinis, & vestimento laciniosō (sine laciniosō) à Martiano pingitur. Idem velle Athenæũ videtur, voce Περιοχεδής, vel Περιοχαδή: quam chlamydem circumcisam interpretatur Natalis; per ambitum diuisam, Dalechampius. At aliam huius etiam delineationem ex Curtio hic adiiciemus, sic loquente, Id quod pro Deo colitur, non eandem effigiem habet, quam vulgò diis artificio accommodauerunt. Vmbilico similis est habitus, smaragdo & gemmis coagmentatus. Hunc, cùm responsum peritur, nauigio aurato gestant sacerdotes: multis argenteis pareris ab vtroque nauigij latere pendentibus. Sequuntur matronæ virgineæque, patrio more inconditũ quoddam carmen canentes: quo propitiari Iouem credunt, vt certum edat oraculum. Idem Diodorus, qui sacerdotes hos octoginta numero facit. Quare arietinis cornibus pingatur, docent inter alios, Germanicus & Hyginus, in Ariete. vbi scribunt hoc templum à Libero patre in honorem arietis animalis, quod ei per hæc deserta arenosaque loca, dum aquæ penuria cum suo exercitu periclitaretur, dux fuerit ad hunc locum aquis irriguum. Aliam rationem quamuis tradat Herodotus. Templum hoc (in quo, vt habet de Oraculorum defectu Plutarchus, lucerna erat æterna) scribit Herodotus constitutum à Thebana Ægyptia quadam muliere sacerdote. A Danao verò Ægyptio, tradit positum, Diodorus. A pastore sic nominato, qui Ioui hic templum priùs dedicauit, nuncupari, scribit Pausanias. Hiarbæ videtur tribuere Virg. 4. Aeneid. Alij ferè omnes prisci auctores ab Ἄμμος, id est, arena; quasi dicas Iouem Arenarium. Vnus nihilominus Plutarchus in Osyride, scribit propriè Ἄμουν (Thamos habet Plato in Phædro) ab Aegyptiis vocari, significareque occultationem, siue occultum. testem adducit Manethonem Sebenniten: ptaueque Ammonem dici addit. Hoc tamen mirari subit, quum Inscriptionem Aegyptij obelisci Thebis, à rege Ramesse ibidem erecti, non semel Ammonis video meminisse. Legendam hanc proponit Am. Marcellinus lib. 17. Hoc oraculum, quamuis à veteribus Ethnicis, etiam longissimè ab eo dissitis, summo in honore, pro certissimoque habitum fuerit, Strabo tamen suo tempore, hoc est Tyberij Imp. (illucescente Christiana nēpe religione) negligi admodum, annotauit. quod & idem Plutarchus, quem sub Traiano vixisse constat. idem Prudentius qui sub Theodosio, hoc vcrsu, *Nec responsa refert Libycis in fortibus Ammon.* Sub Iustiniano Imp. verò hoc planè desertum fuisse, apud Procopium Aedificior. 6. subolere videor. An apud Clem. Alexand. ad Gentes, & Eusebium de Præp. Euangelica sub nomine Gerandryi describatur, qui hoc in arenis statuunt, ex doctioribus discere velim. Circa vero hoc iam descriptum nemus, aliud est, versus Orientem; Curtio. lucus Solino: templum Diodoro. in quo aqua, sine vt alij, fons Solis; cuius, vt inquit Ouidius, *Vnda die gelida est, ortuq, obituq, calescit.* quam Mela sic describit: Hic, cùm manu hominũ attingitur, immodicus exsurgit, harenasque quasi maria agens, sic sæuit, vt æquor fluctibus. Media nocte feruet; mox, & paulatim tepescẽs, sit luce frigidus: tunc vt sol surgit, ita frigidior subinde per meridiem maximè riget. Sumit deinde tepores iterum, & prima nocte calidus, atque vt illa procedit, ita calidior. rursus cùm est media, perferuet. Eadem de hoc fonte Curtius, Diodorus, Herodotus, Plinius, & Lucretius, apud quẽ etiam lib. 6. huius miraculi caussæ. item D. Augustinus, & Solinus. Hic autem, & vnà Isidorus, alium haud procul hinc habent, qui humoris nexibus humum stringit, & sauillas etiam in cespitem solidat. siue vt Lucanus 9. *Qui patria terræ Alligat, & domitas vnda connectit arenas.* Alium quoque Ant. Liberalis, quem Sole descendente concrescere tradit, stare autem, accedente Sole. Et Plinius in Troglodytica gente finitima, fontem narrat, circa meridiem dulcem & frigidum, feruere autem, & amaritudine infestari circa mediam noctem. Nec plutaego de his, postquam addidero quæ legi in quadam Synesij ad Eutoptium epistola, de his Ammonis sani accolis, nempe femineum genus hic tam esse mammosum, adeò vt infantes non sub alis, sed trans humeros deiectas papillas sugant. quod ne cui vltra fidem videatur, audiat Iuuenalem, vbi dicit, *In Meroē crasso maiorem infante mamillam.* Atque hæc de Solis fonte & Ammone. Sed & Ammoniam Iunonem inter Libycas deas etiã numerat Pausanias in Eliado incesserat.

En nummum Iouis Ammonis.

Ex ære.

Iunonis Ammoniæ.

MEMNO-

ALEXANDRI
CEDONIS EX
Schythæ Europæi.
EVROPAE PARS.
Getæ.
Danubius sive Ister flu.
Triballi.
Autariatæ.
Pæones.
Autonomi.
Taulantij.
Pellum
Aegæ
Scione
Mare Græcum.
Cyclades
PELOPONNESVS.
Cythera
CRETA.
MARIS TERRANEI
MEDI PARS.
Pharus
Pyramus
Heropolis
AFGYPTVS.
LIBYAE sive AFRICAE PARS.
SINVS ARABICI PARS.
Bythemanei.
PONTVS EVXINVS.
Peuce insula
Cercetæ.
COLCHIS.
Chorasmeni.
Mossini.
Chalybes.
Amazonum Campi.
Thracibythini.
Heneti.
Leucosyri.
PAPHLAGONIA.
PHRYGIA.
AEOLIA.
ASIA MINOR.
Cyri castra.
CARIA.
CILICIA.
CYPRVS.
PHOENICIA.
PALAESTINA.
Hierusalem
Gaza
Tyrus
Sidon
Damascus
Antilibanus mons
Palæstinus
ARABIA.
Orcheni.
AV:
SYRIA.
MESOPOTAMIA.
BABYLONIA.
Paludes
Tauri mons.
Cyrus fl.
Tigris fl.
Euphrates fl.
Sogdiani montes.
Arsena palus
Mantiana palus
Arbela
Cari pagi
Opis
Tyrus
Sinus Persicus.
Tylus
Caduſi.
MEDIA.
Tapuri
NISAEVS CAMPVS.
Cossæi.
Chel
Caucasiæ montes.
Ex conatib. geographic
MARE HYRC
sive CASPIVM
PONTICVM
Curtio 4. vocatu
etiam ab
IOVIS AMMONIS ORACVLVM.
Solis fons
ARA
FELI
PAR
MER

INGENIO, IVDICIO, ET ERVDITIONE PRAESTANTI, DOMINO HENRICO SCHOTIO, VRBI ANTVERP. A CONSILIIS: AMORIS ET BENEVOLENTIAE ERGO, HANC TABVLAM DEDICAB. ABRAH. ORTELIVS.

APVD Q. Curtium lib.4.sic de Alexandro, Cupido haud iniusta quidem, ceterùm intempestiua incesserat, non interiora modò Aegypti, sed etiam Aethiopiam inuisere. Memnonis Thitoniúe celebrata regia cognoscẽdæ vetustatis auidum trahebat penè extra terminos Solis. sic Curtius. Hanc Memnonis regiam, in Abido Aegypti vrbe, describunt Strabo, Solinus, & lib.5. Plinius. Hic idem verò lib. 36. eandem in Thebis. vt quoque Pausanias, & Dionysius Afer, (Thebas autem, hic pro Thebaide regione, siue Thebarum agro interpretor: vtraque enim, & Abidus & Thebæ sunt in Thebaide regione.) In hac regia statuã fuisse Memnonis, ait Plinius, colossum facit Strabo. saxeam effigiẽ, Tacitus. Erat enim ex lapide eoque solido, teste Strabone. coloris nigri, Philostrato. rubri, nescio qua fide, Tzetze. Se dentis hominis formam habuisse, scribunt dictus Pausanias & Philostratus. Adolescentis impuberis imaginem retulisse, idem Philostratus. Huius partes superiores à sede sua diuulsas, se vidisse, refert Strabo: quod & Pausanias contestatur, testis & ipse oculatus. reliquamq. partem adhuc sedere, videri. Philostratus ait inuiti manibus. hominisque surgere volentis formam referre. Hanc statuam omnes dicti scriptores aiunt quotidie Sole exoriente (&, vt inquit Philostratus dũ Sol radius eius statuam tangit) sonum edere. eumque vocalẽ, Tacitus. eque ore, Philostratus. essecque qualem vel cithara aut lyra edere solet, eidem, & Pausaniæ. Crepare, dicit Plinius. Lucianum (quod huic familiare) nugari, palam est, dum scribit se eam audiuisse & non vulgari modo sonũm quendam inanem ex eo accepisse, sed oraculum idque septem versuum. Nugatorem quoque quemadmodum in multis, sic quoque in his habeo Tzetzem Chiliade 6. numero 64. vbi tradit eam de die lætum cantum, noctu autem flebile carmen canere, è Callisto hoc fortè, qui scribit, Sole huic proximante hilarem, abeunte verò mæstum edere sonum. De hac autem vociferatione audiamus potiùs Strabonem, virũ grauissimum, & huius miraculi diligentissimum contemplatorem. is enim per suum interpretem Xylandrum, ita: Ipse, cùm Aelio Gallo adessem, & cum reliqua multitudine amicorum, ac militum qui cum eo erant, circiter horam primam sonitum audiui, vtrũ à basi siue à colosso, an verò ab eum circumstantum aliquo editus fuerit, non habeo affirmare: cùm propter incertitudinẽ caussæ, quiduis potiùs credere subeat, quàm ex lapidibus sic compositis sonitum edi. Per machinam quandam hoc fieri solere, annotat ad Dionysium Afrum, Eustathius: fluxa & hoc fide, tũ fallor. Pausanias dicit Thebanos negare Memnonis Æthiopis esse hanc statuam, sed Phanemophis indigenæ hominis. se audiuisse etiam, qui dicebant Sesostris esse. Sunt qui putant Memnonem, Ismandem dici ab Ægyptiis, vt ait Strabo. Caruisse inscriptione, scriptum reliquit Oratione 31. Dion Prusæus. Memnonis autem fuisse verisimile est ex eo, quòd Heliodorus inter Æthiopum deos Memnonem etiam numeret. Huius etiã mentio fit hoc versu à Iuuenale, *Dimidio magicæ resonant vbi Memnone chordæ*. Dimidium dicit, vti existimo, quia eius pars superior (vt suprà auditum) à corpore reuulsa, quod Cambysi tribuit Pausanias: terræ motui, Strabo. Ad dictum Iuuenalis versum, è quodam Glossario veteri, partim corrupta, partim falsa quamuis, hæc adiiciam, Memnonis ex ære statua citharam tenens, certis horis canebat. Hanc Caubis rex iussit aperiri, existimans mechanicum aliquod esse, quod intra statuam lateret. nihilominus tamen aperta statua, quæ erat magicè consecrata, horis statutis sonum reddidit. Inepnę. vt & ea, quæ Ianus Doufa F. ex alio veteri in hunc eumdem interprete, ad Catullum edidit. nempe hanc statuam Solem, & regem, voce humana salutare solitam: cùm autem Cambyses ab ea partem abscidisset, Solem tantùm, non regem, amplius salutasse. Eusebij Chrotucon dicit (ex vulgi opinione) loquutum fuisse vsque ad aduentum Christi. Atque hactenus de hac Memnonis statua, cuius cognoscendæ auidum fuisse Alexandrum, infit Curtius, ad cuius miraculum animum intendisse Germanicum Cæsarem, Tacitus. & diligenter inspexisse Scp. Seuerum Imp. Spartianus.

Ex hac Ammonis apud Curtium descriptione videor duplicem eius formam intelligere. vnam nempe, quæ pro eius imagine habebatur, alteram, quæ pro ipso Ammonis numine. istam sub forma arietina, hanc sub vmbilici. Vmbilicum hic interpretor rem aliquam eminentem (vt vmbilicus in concharũ genere, aut in corpore humano) metæ instar, veluti conum aut quadratum aut rotundum: quemadmodum voluminiibus iam ferè absolutis (restè Porphyrio) ornamento & vsui apponi solent, atque etiamnum hodie extrinsecus globi dimidiati forma apponuntur. Pinacæ enim gentilitatis homines, hac informi forma non ratò deos suos indicasse potiùs quàm effigiasse, documenta sunt multa. In templo Delphi, vt referr Strabo 6. vmbilicus conseruabatur fasciis velatus, ad demonstrandum quòd hic locus in vmbilico, hoc est, medio terrarum esset. Eratque vt Pausanias refert, ex candido marmore. Veneris deæ enim Paphum, auctore Tacito, continuus erat orbis, latiore initio, tenuem in ambitum, metæ modo exsurgens, de eadem ferè idem Maximus Tyrius Oratione 38. nisi quòd albæ Pyramidi similem fuisse dicit. Idem ibidem scribit Arabes Deum suum tetragono lapide significare. & vt Suidas haber, nulla figura incisa. qui hoc de Arabibus Petræis dicit, quorum hunc Deum, Martem air. Informem lapidem facit eundem Minucius Felix. Pessinuntios quoque in Phrygia, lapidem pro Marte Deorum habuisse, auctor est Liuius. silicem Arnobius 6. non magnum, coloris furui atque atri, angulis prominentibus, inæqualis. lib.7. lapidem nigellum dicit Prudentius. De solis siue Elagabali figura, Herodianus ferè idem quod Curtius de Ammonis: sunt enim hæc eius verba, lib.5. Politiano interprete, Simulacrum nullum Græco aut Romano more manufactum ad eius Dei similitudinem. Sed lapis est maximus, ab imo rotundus, & sensim fastigiatus propemodum ad coni formam. Sicyonij, inquit Pausanias, habent Iouem Milichium in pyramidis figuram. Semnos Philosophos Indos pyramidem coluisse, docet Clem. Alex. 3. Stromarum. huc referendum fortè illud profani sacramenti signum θεὸς κωνοφορος, apud Firmicum. Sed & Romanos hac descripta forma diuinitatem voluisse exprimere, indicio est suggestus ille, à dicto Herodiano descriptus, instar turris aut phari quo suos Imperatores consecrare, inreique numina referre solent. Hic namque etiam ab imo exsurgens, contractiùs semper, donec ad superiorem atque extremum, quod est omnium angustissimum, perueniatur, construi soler. Huc referendæ etiam Aegyptiorum pyramides & obeliski, vmbilicis non dissimiles, atque Soli consecrati. metæque ut circis, Dioscuris siue Tyndaridis dedicatæ. Ignis quoque hac forma, qui Vestam deam significat, huiusque templum rotundum. Omnia ad vmbilici sue coni formam quàm proximè accedentia. Ex his dictis mihi vlum veterem potiùs retinere Curtij lectionem, *vmbilico simili*, quam nuperam à viro quodam docto editam, quæ legit *vmbilico tenue arieti simili*. Sed luridiora hæc omnia Lectori sunt ex delineatione horum quorundam veterum nostrorum numismatum, quæ infra adiungi ex nostro musæo curauimus. Minus præterea formæ (quamuis hoc præter institutũ, obiter addam tamen) tribuere solebant quædam gentes etiam Diis suis. Arnobius enim scribit acinacem Scythis Dei signum fuisse, Thespiis ramum Prognes, Romanos pro Quirino (siue Romulo) coluisse hastam. Puteum (aut vt alia lectio, pluteum) Samios pro Iunone. & lignum indolatum pro Diana, Catios. Pausanias testis est Sicyonios Dianam Pætroam, sub columnæ figura sine vlla arte. Atisimam quercum Celtis esse Iouis signum, refert Maximus Tyrius. idem Pœonibus discum breuem longo ligno impositum, Solis. Tertulliano referente, Pallas Attica, & Ceres Faetea stipite sine effigie, siue rudi palo & informi ligno prostabat. Faria siue Pharia matuit legere Lipsius, cui quòd libens assentior, facit quòd nummus quem Ant. Augustinus in Dialogis exhibet cum huius Deæ effigie, & inscriptione ISIS PHARIA. cumque testibus Herodoto & Plutarcho hæc eadem sit cum Iside (quæ in Aegypto) & Isis eadem cum Dea Pessinuntia, quæ Cybele. vt sir Pharia (vt ipsi videtur) pro Aegyptia. Pharæ Isidis meminit quoque Minucius Felix. Pausanias in Achaicis scribit Græcis omnibus olim patrium fuisse, rudes lapides pro Diis colere. Persas quoque neque statuas, neque templa, neque aras exstruere consueuisse, reltis est Herodoti Clio. Nulla autem effigie aut forma Deos exprimere quibusdam moris fuisse, legimus. De Carmelo enim Deo, scribit Tacitus, huic nec simulacrum nec templum à Sytis, aram tantùm & reuerentiam tribui. Idem, Germanorum deos nulla habere simulacra: neque eos in vllam humani oris speciem assimilare: eosque sola reuerentia videut. Persis diis nec statuas nec aras erigere, ait Strabo. Sil. Italicus de fano Herculis apud Gades, hoc *Sed nulla effigiei simulacrã non a Deorum. Mactate bouem & sacro impleuere timore*. Romanos etiã ipsos referente Varrone, plus quàm centum & septuaginta annos deos sine simulacris coluisse. Plinio certè auctore, horum effigiem formam que quærere, imbecillitatis humanæ est. At quia Deo nihil perfectius, verisimile eum gentiles sub ea coluisse forma, qua operibus omnibus cum ad perfectionem peruenerint, ornamẽti loco ornari soleant. Nauigio quate hunc Deum Ammonem gestauerint, ex Tacito fortè intelligendum: qui tradit Sueuos Isidis signum in modum liburnæ formare solitos: idque docere aduectam religionem. Ammonem in vel teuto Delphis dedicasse Cyreneos, scriptum reliquit Pausanias. *Sic bona posteritas (Romana) puppem formauit in ara, Eliofitis adiuentum testifferat a Dis*. Iam nempe, vt habet Ouidius. Adeò quòd hi puppi, illi nauigio, vehiculòve significauere. Sed & apud Germanos quoque in insula Oceani Castum nemus fuit, teste Tacito, in quo vehiculum dicatum, veste cotectum, & pro numine habitum. At de his nimis multa à me.

Quemadmodum duplicem huius Ammonis formam ex historia descripsimus, sic duo etiam rempla habuisse, ex eadem verisimile est. Diodorus enim lib. 17. ita descriptione huius templi, dicit à Danao Aegyptio positum. Idem autem lib. 1. dicit Ammoni Osiridem quoque apud Thebas Aegypti erexisse templum: idque aureũ, aliudq. hoc à nostro, ex hoc Lucani 9. *Non illic Libyca posuerunt dictia gentes Templa, nec Eois splendens donaria gemmis*. In Aegypto, nõ in Libya illud fuisse, ex Herodori 2. clarũ. vbi hæc huius descriptio. Iupiter quum ab Hercule cernere eum volente, cerni noller, randẽ exoratus, hoc commentus est, vt amputato arieris capite, pelleque vilsosa quam illi detraxerar, indura sibi, ita sese Herculi ostendit. Ob id Aegyptij instituere Iouis simulacrũ facere arietina facie. Huic certo die quotannis vnum arietem obtruncant, cuius pellem detractam, hunc in modum Iouis huius simulacro induunt, &c. Et quia hoc Ammonis templum apud has Thebas, quæ & Diospolis à classicis vocatur scriptoribus, putauerim eius etiam exstare in Sacris Biblis memoriam, vt apud Ezechielem 30. vbi No Hebraicum, Diospolim interpretantur LXX. Interpretes. & apud Nahum 3. qui No Amon haber, pro quo iidem Ἀμμων legunt. Verisimile itaque Ammon (quod multitudinem significariuè ex Hebræo transferunt) huius loci proprium sit nomen.

Ex auro. Ex ære. Ex auro.

AENEAE NAVIGATIO,

EX VIRGILIO: ADDITIS ETIAM QVÆ AD EANDEM PERTINEBANT, EX ALIIS.

ROIA capta, cremata, postquã in Idam se contulisset Æneas, patria profugus Antandrúmque peruenisset, (*secumq, sumens paternos maternosq, Deos, vt ait Xenophon*) viginti nauium classe (*in Pallenem, teste Halicarnasseo*) in Thraciam appulit, ibique cùm Ænum vrbem condidisset, (*ad Cissum montem Almopiæ pertinet, Lycophron. Circa Olympum hæsisse, scribit Liuius*) in Delum insulam venit (*vbi Latiniam Anij sacerdotis Apollinis filiam in matrimonium adsciuisse, lego in Libello Originis Romanæ, penes quem fides esto. fabulosum enim dicit Halicarnasseus.*) Inde Naxon, Donysam, Olearum, Paron, reliquasque maris Ægei insulas cùm adnauigasset, tertia luce Cretam adiit, ibi dẽ Rhœteum, Pergameamque vrbes exstruxit. Hinc soluens, (*Cytheram, vbi templum Veneris condidit, Dionysio Halicarnasseo. Inde Peloponnesum ad Cynethium promontorium: vbi Aphrodisiadem Oetiamq, vrbes ædificauit, Pausaniæ & Halicarnasseo*) quarto deinde die ad Strophades applicuit: ex iis in Zacynthum, (*vbi Veneris fanum dedicasse, tradit Halicarnasseus*) ex qua Dulichiij, Samon, Neritum, Ithacamque præterlegens, ad Leucathen. Hinc Actium ad Apollinis templum, & relicta Corcyra, Epiri Chaoniã legens, (*Ambracium eodem teste*) venit Buthrotũ. (*Hinc duorum dierum itinere terrestri, vt idem inquit, Dodonam inuisit, & ad Anchisæ portum venit, Ceraunioq, montes*) à quo Ionium mare transfretauit, Italiamque inuisit, (*Citra Iapygium promontorium: eius sodales nempe. ipse autem cum reliquis, eodem dicto teste, ad promontorium Athenæũ*) ad Minerua templum. à quo Tarentum, Lacinium, Caulon, Scyiaceum. Postea Scyllam & Charybdim præternauigans, Cyclopas populos Aetnæos, ostia Pantagiæ, sinum Megaricum, Thapsum, Plemmyrium, Ortygiam, Elorum fluuium, Pachinum promontorium, Camarinã, Celeos campos, Celam fluuium, Agragantem, Selinum, Lilybœum promontorium, & tandem Drepanum. Hinc à recta aberrans via, per Saxa siue Aras digreditur, & cursum versus Carthaginem dirigit. ex qua postea denuò relicta sua Didone, in Siciliam reuersus est. (*ad Crimisum fluuium, Halicarnasseus.*) vbi post varias ludicras exercitatiunculas, patri Anchisæ anniuersaria instituit: Acestamque siue Egestã (*etiã Elimam, dicto teste*) condidit: & templum Veneris Idaliæ in montis Erycis siue Erucis cacumine exstruxit. (*aliter autem de Anchise Pausanias in Arcadicis, vbi scribit hunc in Arcadie monte Anchisa (sic ab eo dicto) sepultum.*) Inde Sirenum scopulos adiit: Palinurũ (*Leucasiam addit dictus Halicarnasseus. Inarimen & Prochitam, Ouidius*) & Cumas appellit. vbi Antrum Sibyllæ, Auernumque lacum adiit. ab iis ad aëreum montem Misenum: Caetam siue Lami vrbem, & Tibrim fluuium. Atque hic septem nauibus ex viginti reliquis, septennis suæ nauigationis finem fecit. & facimus nos: ex Virgilio, Ouidio, Lycophrone poëtis: Liuio, Halicarnasseo, Pausania, Xenophonte historicis.

HIC omittendum non duco, quod didici ex Pausania in Phocicis: nempe ex Æneæ comitibus quosdam tempestate actos in Sardinia consedisse. Annotandum etiam, quod Halicarnasseus & Liuius auctores sunt, Aeneam non ad Tibrim, sed ad Laurẽtum constitisse: sociis non amplius sexcentis, vt Solino placet. quod & vero similius: Tibrim enim classem nõ ferre, ex historia & experientia notum. Poëtã autem hoc finxisse pro suo arbitrio, aut erga hunc fluuium honorifico amore, existimandũ est. Neque septennale nauigationem, sed biennij tantùm fuisse, docet Halicarnasseus. idem ex Cassio Hemina Solinus. Sunt quoque teste Strabone 13. qui fictam totã hanc nauigationem putant: Aeneamque in Troia mansisse, inque regnum successisse. & id per successionem ad filiorum filios propagasse. quos inter est Homerus. Aliter autem Xenophon de Venatione, vbi scribit, Aeneas paternis maternisque Diis cum patre conseruatis, pietatis gloriam tulit: eoque factum, vt etiam hostes, illi soli inter omnes, quibus Troia capta potiti fuerant, hoc concesserunt, vt suis rebus non spoliaretur. Item huius ad Carthaginem aberrationem non exstare apud vllum historicum, fictam autem à Poëta, liquidò docet Macrobius. Congressionis etiam cum vetula aut mortua Didone fidem eleuat scriptor fide dignus Appianus, qui scribit Carthaginem conditam quinquaginta annis ante captum Ilium. Et prorsus aliam vitæ & mortis huius Didonis siue Elisæ historiam, describit etiam gratis historicus Trogus, lib. 18. Voluit autem Poëta sub hac imagine, huius Carthaginis fatalis odij in Romanos (vt quondam Homerus, sub Helenæ, in Troianos) quodammodo depingere originem. Vnde non absurde Ausonij hoc in Didûs reginæ imaginem hic subnectere visum.

Illa ego sum Dido vultu, quam conspicis hospes,
Assimilata modis, pulcraq, mirificis.
Talis eram, sed non, Maro quam mihi finxit; erat mens:
Vita nec incestis lata cupidinibus.
Namque nec Aeneas vidit me Troius vnquam:
Nec Libyam adiuit classibus Iliacis.
Sed furias fugiens, atque arma procacis Iarbæ;
Seruaui, fateor, morte pudicitiam,
Pectore transfixo: castos quod pertulit ensis.
Non furor, aut laeso crudus amore dolor,
Sic cecidisse iuuat. vixi sine vulnere famæ.
Vita virum, positis mœnibus, oppetij:
Inuida cur in me fimulasti Musa Maronem,
Fingeret vt nostræ damna pudicitiæ?
Vos magis historici, lectores, credite de me,
Quam qui furta Deum, concubitusq, canunt.
Falsidici vates: temerant qui carmine verum:
Humanisq, Deos assimilant vitiis.

Priscianus siue quis alius Dionysij Afri vetus interpres, vbi de Carthagine mentio, etiam hæc,
Atque pudicitiam non perdit carmine falso, *Quæ regnum felix Dido per secula viuit.*

Ex argento.

Ex argento.

Ex argento.

Ex ære.

Ex ære.

Hæc ex nummis antiquis ectypa, originis Romanæ historiolas referentia ad huius Æneæ nauigationis historiam non parum conducentia, in gratiam studiosorum antiquitatis subiicere placuit.

EVROPAE PARS.
AENEAE TRO
NI NAVIGAT
Ad Virgilij sex priores Aenei
Alpes
Heneti.
Troia.
Timavus fons.
Liburni.
Patavi in Antenoris vrbs.
Eridanus flu.
HESPERIA SATVR-
NIA et ITALIA.
HADRIATICVS SINVS.
Illyrici.
Ex conatibus Geographicis Abrahami Ortelij Antverp.
Hetrusci.
Lydi.
Sabini.
Marsi.
Aequicoli.
Hernici.
Rutili.
Ausonij.
Opici.
Osci.
Aurunci.
IAPYGIA.
DAVNIA.
CALABRIA.
Illyricus sinus.
MACEDONIA,
cuius populi Pelasgi,
Achiui, Argiui,
Danai, Myrmi-
dones, Dolopes,
Dores, et
Iones.
Gens inimica mihi TYR-
RHENVM navigat
AEQVOR.
MARE
AVSONIVM.
Oeno-
trij.
Salentini.
Tarentinus.
CHAONIA.
Troia
Dodona
Buthrotum
EPEI-
RVS.
Dryopes.
Aeoli insulae.
OCCIDENS.
Cyclopes
TRINA-
CRIA.
Geloi campi.
IONIVM
MARE.
PELOPON-
NESVS.
Orchomenus
Aphrodisias
Cinaethium prom.
Nympharum antrum.
Melita
Tyrij, et
Poeni.
PVNICA
REGNA.
Syrtis in
hospita.
Septima post Troiae excidium iam vertitur aestas:
Cum freta, cum terras omnes, tot inhospita saxa,
Syderaq; emensae ferimur: dum per MARE MAGNVM
Italiam sequimur fugientem, & volvimur undis.
MARE
Mauriſij.
Getulae
Barcaei.
Maſsyli.
Breuia, et Syrtes.
LIBYAE, SIVE AFRI-
CAE


DOCTRINA ET HVMANITATE
CELEBRI DNO BALTHASARO
ROBIANO, R.P. ANT. THE=
SAVRARIO, VIRO ANIMI
CORPORISQ. DOTIBVS
ORNATISS.
Ab. Ortelius veteris amicitię memor
dedicabat.
ASIA PROPRIA. sive
pars ASIAE MAGNAE.
Cum privilegio Imperatorio, Regio,
et Cancellariæ Brabantiæ, decennali.
1594.
Getæ.
THRACIA.
Byzantium
Ismarus
Aenum
BEBRYCIA.
TROAS.
Teucri.
PHRYGIA.
LYCIA.
Scepsis, Aeneæ regia.
Antandros, unde
Aeneæ classis
solvit.
Lesbos
LAGVS
Cyclades
Samos
Pathmos
insulæ.
Cos
Amorgus
Oliaros
Astypalea
Rhodos
Carpathus
Carpathium
mare.
Curetes.
CRETA.
Gnossus
Idæus mons,
et nemus.
TERRANEVM.
YCVM MARE.
CYPRVS.
Paphos
Idalius mons.
Naves quæ forte paratæ
Corripiunt, onerantque auro, portantur avari
Pygmalionis opes pelago, dux foemina facti.
Sidon
Tyrus
PHOENICIA.
ORIENS.
Septem gemini
os tio Nili.
AEGYPTVS.
PARS.
Sinus
Arabici
pars
Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste Penates
Classe veho mecum, fama super æthera notus.
Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor,
Vix septem conuulsæ undis, Euróque supersunt:
Europa atque Asia pulsus. Aeneid. 1.

VLYSSIS ERRORES.

VLYSSIS multiplices (vt eos non semel nominat Ausonius) errores, ab omni antiquitate apud omnes adeò celebres fuere, vt adagio VLYSSIS PEREGRINATIO, vbi laboriosam ac periculis plenam quis peregrinationem designare volebat, locum dederit. teste Apuleius 2. Asini. Huius itaque ab vrbe Troia duodecim (vt habet Tzetza) nauibus Ithacam patriam vsque vicenarios Errores in gratiam amicorum, qui hoc sæpius per litteras à me petiere, hac Tabula delineare, atque ex omni prisca historia describere placuit.

Decennali ergo postquam obsidione capta diripiaque Troia à Græcis esset, Vlysses (siue Οδυσσευς) patriam cogitans, ad Ciconum littus primùm adpulit: ibidemque horum vrbem Ismarum (Zmarum malè Dictys Cretensis) diripuit. vbi hæc, vt volunt Suidas, Hesychius, & Tzetza, Maronea dicta fuit: Marathonia corruptè apud Hyginum in Fabulis legitur. Maronea autem legendum ex eo constat, quòd idem vinum quo Vlysses postea Polyphemum inebriauit, hinc accepisse (ita quoque referente Euripide in Cyclope) scribat. & Maroneum vinum olim inter omnia celebre. Deprepta itaque hac vrbe, atque vt Suidas perhibet, ibidem lapidibus, confectâ Hecuba iuxta mare, loco cui nomen Cynossema, tumulata, a circumuicinis Ciconibus asperrimis Thraciæ populis inuaditur. indeque suorum maxima clade soluere coactus fuit. Naugando autem hinc Malean Peloponnesi versus, graui obortâ tempestate, naufragium patitur, vt refert Homerus. At prius in Delum peruenisse verisimile, quia hæc in hoc eodem itinere, & in eadem ante Apollinis aram hunc vidisse proceram & teneram palmam: quam suo tempore adhuc monstrari, scribit Cicero de Legibus. & hanc eandem fuisse verisimile quam Plinius suo tempore ab Apollinis ætate ibidem conspici. Huius palmæ ipse Homerus & Pausanias etiamque meminere. A Malea ad Citheram insulam, à qua ad Lotophagos peruenit. Lotophagi autem in Africa statuuntur ab auctoribus, iisque ibidem passim, & diuersis in locis. Hos autem ad quos Vlyssis nostri socij diuerterant, apud Hyperiam siue Camarinicos (qui in Sicilia) habitare, ab Isacio Tzetza habeo. Nec ego hos in Africa quærendos censeo: cùm ex ipso Homero altero die à Lotophagis ad Cyclopas peruenisse lego. quod ex Africa nimis procul hinc distante, fieri nullo modo possit. Ausonium quoque in Periocha testem habeo, hos Lotophagos Cyclopum insulæ adiacere. Huius autò loci dulcedine captos aliquot ex sociis, exinde reuerti noluisse, auctores sunt ferè omnes. (hoc te scire volui Lector, ne Africa continentem frustra in hac nostra tabula desideraret.) Apud Pausaniam porrò lego, Vlyssem hoc itinere in Arcadia Athenaum siue Minerua fanum extruxisse. Ex dicta Cithera solnem, Cacram Siciliæ, quæ teste supra nominato Tzetza, postea Vlyssis portus dictus, (Engyon forte etiam aliis) adiit. inde ad Cyclopum insulam pergit, atque ad Polyphemi antrum. in quo Diis sacrum fecisse, scribit Athenaeus. erat autem hoc antrum, vt monet Vibius Sequester, in Acu fluminis ripa. ibique Polyphemo, vino dicto Maroneo, inebriato obcæcatoque, ad Aeolias, siue (vt Dij eas nominant) Planetas igne æstuantes insulas venit. vbi ab Aeolo horum rege vtrem suæ bouis tergum dono accepit: in quo omnes venti (Boream & Austrum tantùm, si Agatarchidi credendum) conclusi, præter Zephyrum. is enim è Sicilia nauigantibus rectà in Ithacam, vtilis. Hoc vento secundo, lucibus (vt cecinit Ouidius) nonem, dum vsque Ithaca aspectum peruenissent, Vlysse obdormiente, socij vtrem, quem auro argentoque plenum sibi persuaserant, decimo (sic eodem canente) die dissoluere. ex quo ventis aduersis rursus ad Aeolias insulas repelluntur, duplicique (vtar veteris Lyrici versu) cursu. Vbi ab Aeolo tamquam Deorum contemptores repulsi, ad Læstrigonas populos immanissimos anthropophagosque peruenere: à quibus hostiliter excepti, iuxta Lami vrbem, Artacieæ, fontem. Hinc vna tantùm nauis, cæteris vndecim, (Ouidio Ausoniôque testibus) à Læstrigonibus submersis, ad Aeam siue Circeiam insulam (AEnam legit corruptè Hyginus in Fabulis) Circes solis filiæ (quæ Marica post mortem, vt Lactantio placet, dicta,) omnis generis magæ peritissimæ habitaculum. qua duce Cimmerios populos, Auernumque (Necyopam nominat Cedrenus) adiit. vbi apud Inferos cum Antilia matre colloquutus, multa de itinere suo peragendo didicit. Elpenoren comitem suum (quem viuum apud Circen reliquerat) mortuum inuenit. item Tiresiam vatem, multosque alios Heroës. Hinc reuersus ad Superos, Oceanum intrauit: Elpenori insta promissa soluit, tumulumque erigit. & hæc hucusque.

De hac autem Oceani nauigatione multa à multis quamuis narrentur, vt à Strabone de Vlyssea, Vlysiponâque vrbibus in Hispania &c. ab hoc nostro Vlysse constructis: à Solino de ara Caledonia in Britannia insula Græcis litteris inscripta voto, ab eodemque dedicata. A Tacito Asciburgium in Rheni ripa constitutum: ibidem aram huic consecratam: commentitiam tamen & prorsus fabulosam, multa arguunt. atque ipsam antiquitatem de hac Oceanitica nauigatione dubitasse, A. Gellius testis est 14. cap. 6. An nempe in Oceanum errauerit, iuxta Aristarchum; an in Interiori mari, (sic nominant Mare Mediterraneum Plinius & Strabo) iuxta Cratetem. Apud Ausonium certè in huius Periocha nulla Oceani nauigationis mentio. Ipse Vlysses vbi vxori suæ suorum errorum enarrat periodum, de Oceano ne verbulum quidem. nec quoque apud Daretem Phrygium, Hyginum in Fabulis, aut Isacium ad Lycophronem: apud quos tamen amplæ errorum eius commemoratio. Et quæ de eadem apud ipsum Strabonem habemus, sunt ex Posidonio, Artemidoro, & Asclepiade, vt ipsemet fatetur, petita: qui omnes diu post Homerum vixere: non ex ipso Homero. Angustum etiam iter, & errorem longum hunc dicit sapientissimus Seneca in Epistolis lib. 7. Epist. 88. At pro fabulosa quia habita quoque ante me à doctissimo acrisq; ingenij viro Io. Brodeo, addam hic ex 3. Miscellaneorum eius verba, hæc nempe; Qui Vlyssem Oceanum nauigasse putant, id ex Homerico versu, qui est Οδυσσ. κ. ΑΛΛ' ὅποτ' ἔνθ' ἀν νηῒ ὑπ' Ωκεανοῖο περήσας, probare nituntur. Qua in sententia Strabonē etsi conspiciam, nihil tamen impedit, quin ipse quid sentiam, in medium proferam. Cùm Homericorum nauigiorum, quæ aperta & aphracta erāt, forisque carentia, formam considero, ea longè infirmiora ac depressiora reperio, quàm vt Oceani æstum perferre quirent: quem tribus anni mensibus vix triremes egregiè factæ, optima materia, atque opportunè cæsa ædificatæ, sustinere valent. Ἀφράκτους verò ab eo cōditum existimari, vt opinari quosdam ait Cornelius. Tacitus, summæ est amentiæ. nam per Hispanicum, Gallicum, Britannicum Oceanum peruagari, & in Germanicum demum penetrare, aras (si Dijs placet) illic consecrare, benè instructæ classis opus est, non lembi à paucis remigibus agitari. Sed exstat Vlysippo, ac alia in Lusitania eius præclara monumenta: an Vlyssis omnino exstent, dubito: Homerici inficior. Nectamen extra fidem est, vt multos Hercules fuisse remur, ita non vnum Vlyssem putare; quod etiam mihi videtur. Hactenus Brodeus. Addo & hoc: Odyssopolim quoque describi à Cedreno & Historia Miscella, ad Pontum. Quis autem adeò demens, vt hanc ab Odyssō sive Vlysse nostro nomen nactam credat? Et quum videam ego ipsum Homerum ne vnum quidem locum ad quem in hac dicta nauigatione Oceanitica adpulerit, nominare, putaterim summum Poëtam hic non tantùm sed & alibi Oceanum poëticès dixisse, pro mari. exemplo est sub finem Οδυσσ. Λ. & in principio M. vbi reuersus ab Inferis continuò Oceanum intrat. Oceanum inquam, at apud Cimmerios populos, ipso eodem teste in principio Οδυσσ. Λ. Et vbi sunt hi Cimmerij quæso? nusquam, quàm in Italia, haud procul Circeia insula. indeq; reuersus Elpenoris cadauer, vt promiserat, sepulturæ tradit. cadauer nempe: post tot mensium, aut quod vero similius, annorum, (nauigatione tales non in altum apud priscos, at longiori via circa litora tantùm fuisse, docuimus in nostro Thesauro in verbo Ophir) corruptum, aut potiùs in cineres vel nihilum redactum. Si quis autem obganniat (cum Naſone Triſtium 1. quòd illius pars maxima ficta laborum sit) totam hanc historiam, non tantùm hāc Oceani nauigationem fabulosam esse: huic respondeo, tamen totam, excepta hac Oceanitica, verisimilibus constare, non autem impossibilibus. De hac autem Oceani nauigatione prolixior sim, ne suspicioſi eam in hac mostra Tabula ob ignorantiam vel negligentiam omissam suspicentur. Nunc iter nostrum prosequamur. Vlysses ab Aeæa insula discedens, & valedicta sua Circe, ex qua, postq; tam annum integrum cum ea conuersatus fuisset, filiumq; Telegonum ex eadem suscepisset, sanus & incolumis: contra enim omne venefi cium alexipharmaco à Mercurio accepto, moly nempe herba (vt Dij hanc vocant) abiit. & Sirenum insulas præternauigans, Mirabilis (Brytannos mendose refert Isacius ad Lycophronem:) Hinc ad Temessam vrbem adpulisse, scriptum reliquit Pausanias: item Suidas ex Pausania; qui addit hic quendam è nauta virginem vitiasse, atque ab opidanis lapidibus obrutum. circa quam Polita, vnius quoque huius sociorum, sacellum describitur à dicto Strabone. Atque hinc ad Ithacensias insulas, siue Vlyssis speculam peruenisse, ex Plinio verisimile est. Hinc, euitatis Scylla Charybdi; (non tamen sine sociorum quorūdam iactura) discriminibus, in Trinacriam siue Solis insulam rursus, duplici, vt Horatius; aut multiplici, vti Ausonius perhibet, errore, peruenit: vbi eo dormiente, socij aliquot (illud remigium vitiosum nempe, vt appellat Venustinus ille) ex Solis grege, quæ erat circa Artemisium opidum, vt habet 5. Ciuilium Appianus, oues aliquot macterunt: ob quod scelus perpetratum, naufragio omnes periere. Vlysses itaque solus, malo nauis erreptio, ad Ogygiam insulam perlatus, ibidem cum Calypsone nympha per septennium, vt Homerus: sexennium, vt Ouidius: decennium, vt Seruius ait, habitauit. Ausonetnq; filium ex eadem procreauit. Postea naue sua manu fabricata, inde solus soluit, pelagoq; patriæ amori ergo, (quam immortalitati à Dea promissa, si secum manere voluisset, anteferebat) se pelago committens, Neptuni dono, ob filij Polyphemi exacerationem, prò dolor, iram experitur. Decimo octano, (decimo autem Ouidio) namque nauigationis die, vsque dum ad Ithacæ patriæ fumi adspectum peruenisset, ecce vndique ventorum procellæ fœdaq; tempestas exoritur: adeò vt nauem eius subuerterint, atque in mare ex eadem ceciderit. emersusq; rursus manu nauem apprehendit. Hinc videns & miserta Leucothea (Naufcaa aliis) nympha ita in alto vagabundum, ei succurrit: consiliatq; vt ratem dimittat, vestesq; exuat, & nudus se mari committat. vittamq; siue capitis sui redimiculum donat; quo sub pectore cinctus, natendo ad Phaeacum (Phœnicū corruptè, vt & hoc obiter moneam, apud Cedrenum legitur, terram demum adpellit, circa Callirrhoen fluuium. Dictus Cedrenus scribit eum hinc in Cretam ad Idomeneum deductum, ab eodemq; in Corcyram ad Alcinoum.) Sed pergamus, hac Leucothea vitta, nisi fabulosus Philostratus, nauis alligatus, & ab eadem dependens, proprius manibus mare metiebatur. Huc vsque tamen & vlterius nauem peruenisse, vero haud absimile ex Plinio videtur: quia scribit eam circa Phalacrum Phæacia siue Corcyra promontorium in scopulum conuersam: quem effigiem nauis imitari, addit Martianus, quamuis hic Phalarium mendose hoc nominat promontorium. Hoc autem fabulam fabula compensare quis dicet, esto. A Phæacia, ab huius rege Alcinoo honorificè susceptus, ad Ithacam patriam (cuius signum sæpius ascendentem videre desiderauerat) perducitur. vbi occisis procis, qui centum & octo, si fides Atheneo, erant numero; triginta autem tantùm, si Dictys Cretensis: Penelopen dulcissimam vxorem amplectitur. Atque hic horum errorum finis; quibus, vt Ouidius ait, Iactatus dubio per duo lustra mari. Cæteros nempe annos terra exantlatos innuens. De quo & idem inquit, Ille breui spatio multis erraut in annis, inter Dulichias Ithacasque domus. Isacius ad Lycophronem auctor est Vlyssem ex Minerua consilio apud Eurytanes in Epiro siue AEtolia Trampiam vrbem adiisse, sacra faciundi ergò: atque hos eosdem esse populos subiungit, de quibus Homerus Οδυσσ. Λ. hoc versu, Εἰσόκε τοὺς ἀφίκωμαι οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν, quod est, Donec ad illos peruenerit, qui nō sciunt mare. In hac eadē vrbe Vlyssem honorari, & eius oraculum ibidē fuisse, idem tradit. Haud procul hinc quoque apud eosdem Bunimam vrbem habet Stephanus ab Vlysse conditam. Pro Deo hunc habitum, ex Seneca ad Serenum verbis didici. responsa ergo quoque dedisse, minùs mirandū. Et ne aliquid laborum huius omittam, Dares Phrygius inter varia huius discrimina scribit eum Monychia passum hospitia. Scyllaeum opidum ab eodem conditum scribit Cassiodorus 12. Variar. Neptuno, & Minerua Sospita templum adificasse in vertice

Boreæ

ERYTHRAEI SIVE RV
olim ab Arriano descriptus, nunc ve
Septentrio.
ANNONIS PERIPLVS.
Caricontheicos, Gyrtæ, Acra, Melitta, et Arambys: civitates hoc tractu ab Annone conditae.
AETHIOPES Axeni.
Hesperu Ceras sinus
Insulæ cum lacu
Atlas minor Ptolemæi.
THYMIAMATARVM REGIO.
Meridies.
Occidens.
Oriens.
MEDITERRANEI MARIS PARS.
ÆGYPTVS.
Coptos
Diospolis
Hierusalem
Leuce come i. Albus pagus
ARABIA EVDAEMON, Sive FELIX.
Nomades.
Sabaitæ.
Homeritæ.
THVRIFERA REGIO.
MAPHARITIS REGIO.
Ichthyophagi.
Pasini regio.
PERSIA.
PERSICVS SINVS.
OMANITIS REGIO.
Sachalites sinus.
Terabdon sinus.
Syagros prom.
Moscha portus
Dioscoridis insula, subiecta regi Eleazi, cui quoq; tota regio Thurifera.
Aphar metropolis et domus Charibaelis Homeritarum et Sabaitarum regis.
Aroma prom.
Niloptolemæum
Tapara.
Zoscales rex hic dominatur
BARBARIA.
Elephas mons.
Elephas flu.
Opone
Apocope parvum
Apocope magnum
Aequinoctialis circulus.
Littus parvum
Littus magnum
Sarapionis dromos
Niconis dromos
Nova fossa
Rapta emporium
AZANIA Regio Arabiæ, quam Mapharites tyrannus gubernat.
Pyralaorum insulæ septem
Menuthesias insula.
BARBARICVS SINVS.
Occidens.
Roma
LAESTRIGONES
CIMMERII.
Minervæ fanum.
Draconis sacellum.
Temessa.
CYCLOPES.
THRINACIA, Sive Solis insula.
LOTOPHAGI.
Hyperia
Ogygia Calypsonis habitaculum
Vlyssis portus, sive Odyssea
OCCIDENS.
VLYSS

MARIS PERIPLVS,
Abrah. Ortelio ex eodem delineatus.
SERICA.
HYPER: BOREI.
SCYTHICVM Mare.
SCYTHIA.
ATLANTIS INSVLA.
Circulus Arcticus.
MARE GLACIALE sive CRONIVM.
Elixoia
CIMBRICVS OCEANVS.
THVLE.
Sarmatia.
Arrianum huius Peripli auctorem alium esse ab eo qui Alexandri Magni descripsit expeditionem, videtur Bap. Ramusio in suo ad eundem Commentariolo Italica lingua edito: quia utriusq; nempe stylus dispar sit atq; dissimilis. Idem hunc nostrũ Ptolemæi temporibus vixisse autumat: cui quod quodammodo adsentiar, facit quod hic ipse in suo Euxini periplo Traianum Imp. adloquitur. Atq; alium multo vetustiorem mihi veresimile, quod ille inter eos quos citat scriptores, vix recentiorem Herodoto aut Euripide nominet. Vtut sit, diuersos facile lector intelliget, qui utriusq; huius nempe Nearchi ab Indo flumine ad Tigridis ostij nauigationem, cum illius contra ab eodem ostio ad dictum Indum, quem Sinthum nuncupat, legendo contulerit: ne uno quidem loci nomine inter hos namq; convenire deprehendet.
Circulus Cancri.
Ganges fluvius
Palibothra
CIRRHADAE.
DESARENA.
Mambari regnum.
Sopatma
ARIACA Regio.
MASALIA.
DACHINABADES.
LIMYRICA.
Piratæ.
PARALIA sub rege Pandione.
Poduca
SINVS GANGETICVS.
VM SI MARE.
TAPROBANA Palæstinundi insula.
AVREA Continens Ariaco, Ptolemæo.
AVREA Regio
Sarabarus sinus.
Magnum promont.
Perimulus sinus.
MARE EOVM sive MAGNVS SINVS.
Oriens.
Aequinoctialis circulus.
IAMBOLI fortè insula, de qua Diodorus.
CYCONES.
Marathonia
Ismarus
Ida mons
Ilium
Lesbos
Chios
Psyra
Delos
Helene
EVRYTANES.
BOEOTIA.
Cythera
CRETA Insula
ORIENS.
Cum Imp. Reg. et Cancellariæ Brabantiæ privilegio decennali 1597.

Boreï montis Peloponneſi, lego apud Pauſaniam in Arcadicis. Apollodorus apud Strabonem auctor eſt, hunc in ſua nauigatione ad Camum inſulam peruenieſſe: quæ autem hæc, non noui. ſunt enim huius nominis plures. quas vides in noſtro Theſauro. Et ad plura ſortiſſe loca delatum fuiſſe Vlyſſem, veri ſimile, quæ ſe tum demũ inuenturum dicit apud Strabonem Eratoſthenes, cùm inuenerit ſutorem qui illi vtrem ventorum conſuerit. Atque hæc de huius inter Dulichias Iliacaſque domus, *ex Naſonis verba) erroribus ſummatim.* Sed perlege Odyſſeam omnia noſſe volens, *inbet hoc namque in Epitaphis Auſonius. De hoc tamen noſtro Vlyſſe non poſſum hæc ex Plutarchi Moralibus ſilentio tranſire, nempe ob occiſos procos, illi à Neoptolemo decretum, è patria Ithaca, Dulichio, & Zacyntho excederet. atque in Italiam exulatum exceſſiſſe. Vbi terrarum vitam funerit incertum. In Gorgonia Tyrrheniæ, ſcribit ex Theopompo ſæpius à nobis hic nominatus Iſacius, ad Lycophronem. In ipſa Ithaca autem Didlys Cretenſis ſub finem lib. 6. quem ſi lubet, leges quoque. A Telegono filio, incio, (cum poculum adhuc, vt Atheneus tradit, in manu habebat) interfectum omnes ſcribunt, iaculo videlicet ferreo: cuius cuſpis aculeo paſtinacæ marinæ præpilata (idq; à matre ſua Circe, in alili autem finem, vt habet Oppianus) Halieutic. in hoſtem nempe, non parentem) erat. Hyginus Fabula 127. ſcribit mortuum deportatũ ad Circen in Aeæam inſulam, ibidemq; ſepulturæ traditum. Pharmacis autem priſtine vitæ reſtitutum à Circe, ſunt qui narrant, inquit dictus Iſacius. Plura de hoc noſtro Vlyſſe ſortaſſe addiſſemus, ſi Cratinum Comicum, quem de Vlyſſibus ſcripſiſſe tradidit Atheneus, ad manum habuiſſemus.*

Poſt noſtri tamen hunc Vlyſſis errores, ipſum Vlyſſem exhibere, quia non inamœnum Lectori fore mihi perſuaſerim: en eum ex nummo argenteo C. Manilij Limetani, qui ſi fame credimus (audi Liuium) ab Vlyſſe deaq; Circe oriundus erat. qua de cauſſa exiſtimandum, ab altera parte nummi caput Mercurij, ab altera Vlyſſis ſigillum percuti curaſſe. quod ex ſequentibus intelligere quis poterit, Plutarchus in Catone Maiore tradit Vlyſſem voluiſſe ad ſpeluncam Cyclopis redire, pili & cingulũ, quorum oblitus erat, petendi gratia. cinctus ergo, & pileatus. Nicomachum pictorem primum Vlyſſi addidiſſe pileũ, apud Plinii legimus, Pileo verò pingi, nobilitatis inſigne eſſe, ait in vita Hippocratis Soranus: & innuit Dion Pruſcus Oratione 14. Item Romanorum antiquorum ritu ſolent pileo imponendo ſeruitia libertate donare. ex quo, Ad pileum vocare, dicebant, pro, Ad libertatem vocare. Hunc autem Vlyſſis pileum forma rotundum fuiſſe, ex D. Hieronymi hu verbis conſtat. Rotundum pileolum, quale in Vlyſſeo conſpicimus. Addam hic, quamuis paulo longius petitũ, Pileatos dici, qui inter Gothos (ex Iornande hoc habe) nobiliſſimi prudentioreſq; eſſent. quia opertis capitibus tiaris incedebant. Bacolum habuit, cei in vias lubricis innitetur, & quo ſe ab inſidiantibus defendereet, teſtis Homerus ὀδυσ. ρ. Canem quoque habuiſſe, idem. qui eum nempe poſt viginti annos domum redeuntem cognouit. Huius verò canis nomen proprium Argus fuiſſe, apud eundem habemus. cui etiam adſtipulatur Plutarchus de Tranquillitate animi: vbi ait eum mortuo cani illachrymaſſe. Thoracæ ſue lorica indutum pingit hũc noſtrum Vlyſſem Pauſanias in Phocicis. Caluum fuiſſe Vlyſſim Homerus tradit ὀδυσ. Σ. in ſenectute intelligendum, Studas enim ex dicto Homero nigro colore & criſpus capillũ dicit. item rigidis humeris. In clypeo ſuo habuiſſe delphinum, & quare, leges apud Plutarch. de Animantium comparatione. Mercurius petaſatus, cum caduceo quare in anterior parte nummi cuſus, quæri poteſt. ſi diuinare liceat, dicam quoque ob huius Dei erga Vlyſſem fauorem & beneuolentiam. nã cùm omnes fere Deos in ſua peregrinatione infenſos habuerit, Mercurium ſolum propitium & beneuolum reperit. Contra Circes veneficia enim antidotum ab eo accepit. Hunc eundem quoque in Magicis ſacra invocari ſolitum, videre eſt apud Papirium 4. Thebaid. A Calypſone ne diuinis detineretur, abeundi libertatem per eundem impetrauit, &c. Aliam ſortẽ item ob cauſſam, quòd nempe hic Vlyſſes, quem oratorem facundiſſimum, atque in dicendo valde prudentem celebram Homerus & alij, huic Mercurium, quem orationis eloquentiæq; preſidem fecit gentilitas, ſibi deuinciret, tutelaremq; Deum habuerit. Pauſanias ait in Motya Sicilia vrbe huius Vlyſſis ſignum fuiſſe, at à Nerone Imp. Romam aſportatum. Atque hæc hactenus de eo viro Qui mores hominum multorum vidit & vrbes, *vt inquit Lyricus ille Venuſinus. & de quo eodem, hoc Naſonis,* Si minùs eraſſet, notus minùs eſſet Vlyſſes. *De quo hand plura: ne Diogenis ſorte ad Grammaticos audiam: quos dum huius Vlyſſis mala requirerent, ſua ignorare dicebat. Et item Seneca Philoſophi dignam admonitionem, vbi inquit,* quid proderis inquirere vbi Vlyſſes errauerit, quàm ne nos ſemper erremus. *Mannm itaque de hac tabula. & en nummi noſtri, de quo hic ſermo, argentei iconem.*

ERYTHRÆI MARIS PERIPLVS.

ERYTHRÆVM ſiue RVBRVM Mare quod hac tabula exhibemus, quantum ex veteribus intelligi poteſt, extendit ſe ab Occidente, ſittore Africano ſine Aethiopico, vt auctor eſt Liuius, Indiam vſque. & quoque vltetiùs, teſte hoc noſtro Attiano. Hoc ipſum INDICVM ex eo nominant Ptolemæus, Plinius, & Mela. At PARSICVM Herodotus: cui haud patum ſuffragatur dictus Plinius, vbi inquit, Perſas mare Rubrum accoluiſſe, inter Africam & Taprobanam inſulam. MARINVM vocat Strabo: cur quoque Atlantici maris pars eſt. verè. Pars huius, qua nempe Aethiopiam ſub Aegypto attingit, Azanium ab Azania regione, appellatur à Plinio. Qui ſinum Arabicum adſpicit, Hippadis pelagus à Ptolemæo. item Barbaricus ſinus ab eodem; qui Aethiopiam nempe Menutbeſiamque inſulam intecluit. Duo huius dicti maris ſinus ſunt, in omni veteri hiſtoria celebres. vnus nomine Perſicus: alter Arabicus. quem qui in priſca hiſtoria non ſatis verſati propè Mare Rubrum nominant. & tamen improprièⁿ cùm ſinus tantùm ſit huius hîc à nobis deſcripti maris. Quare autem Erythræum à Græcis, Rubrum à Latinis vocetur, valdè ambigitur. Sunt enim qui Rubrum à colore dictum putant: at hoc à tecentioribus teſtibus oculatis qui noſtro æuo hoc indies nauigant, refellitur. Neque colore abhorrete à cetetis, Q. Curtius teſtis ex veteribus quoque. Sunt, vt inquit Plinius, qui à Solis percuſſu talem reddere colorem exiſtimant: alij ab arena terraq; alij talis aquæ ipſius natura. Alij ab Erythro rege Perſei F. cuius monumentum exſtate in inſula quadam huius maris, haud procul à continente, vt ſcribit Q. Curtius (Tylina hæc inſula autem nominatur à Strabone: Ogyris autem à Plinio & Pomponio: Oataſta ab Attiano.) Siue ab alto quodam Perſa Erythra nominato: vt tradit dictus Strabo: quem conſtructa rate hoc mare primùm nauigaſſe, tradit cùm eo Plinius. item que intet omnes prolixè Agatarchides, Hippalum verò hunc nominat noſtet auctor, qui primus inuenit nauigationem per altum huius maris. Ventum, quo hoc mare nauigatur, ſic vocat Plinius. (ab inuentore ſic dictum veriſimile) quenr eundem ventum cum Fauonio vento facit idem lib. 6. cap. 13. Hoc mare procelloſum, aſperum, & profundum aiunt Agatarchides & Mela. margaritiferum Plinius, (ſic quoque expetta noſtra ætas) Philoſtratus, Aelianus, Athenæus, & Plinius, Idem arboriferum facit, ſcribit enim lib. 13. cap. 25. refertum eſſe ſiluis: quarum arborum maximarum cacumina è mari exſtant, ad quæ naues religantur, & cùm receſſit æſtus, ad radices. Item idem 6. cap. 22. ſcribit circa Colaicum (quod & Colebi) aut vt Solinus circa Taprobanam huic vicinam, mare eſſe petuitidi colore, & ita fruticoſum arboribus, vt harum iubæ gubernaculis deterantur. Arbores in hoc mare naſci ſcribit quoque ex Megaſthene Antigonus in Mirabilib. cui adſentiunt Plutarchus in Quæſtionibus Naturalibus. & in opuſculo de Facie Lunæ: vbi ſpeciatim eas nominat, oliuas, lauros; item Iſidis capillos (vel plocamos) quas vocant. cui adſtipulatur Strabo lib. 6. item dictus Plinius, qui hanc corallio ſimilem fiue foliis eſſe tradit, nigro iunco ſimiles facit Agatarchides. Vitem è mari Rubro in Græciam tranſtaram habet Athenæus ex Philonide medico. Plura plantarum genera in hoc mari naſcentia leges apud Theophraſtum, lib. 4. cap. 8. Hiſtoriæ Plantarum. Magnorum animalium magis quàm cetera capax eſſe, narrat Pomponius. Plenũ eſſe balænarum, magnarum nauium corpora æquantium, Q. Curtius adſerit. Quatuor iugerum magnitudinis habet Solinus. Idem vermes in eodem depingit cæruleos nomine & colore, qui bina habent brachia longitudinis cubitorum non minus ſenum: adeo robuſtis viribus, vt elephantos ad potum ventitantes, mordicus comprehenſa ipſorum manu rapiant in profundum. Phyſeteras quoque enormes vltra molem ingentium columnarum, ſupet antennas ſe nauium extollunt, hauſtoſque fiſtulis fluctus ita eructant, vt nimboſa alluuie plerumque deprimant alueos nauigantium. Cetum quinquaginta cubitorum ibidẽ vidiſſe Amazonam nauigationis Indicæ ducem, litteratum monumentis tradidit Strabo. Balenas ingentis magnitudinis, ſerpentumque cuia genera deſcribit Artianus in Indicis. vltra quatuor iugerum magnitudinis ſunt, Solino teſte. Hydros vicenum cubitorum hic terruiſſe claſſem Alex. Magni, refertur à Plinio. Item teſtudines tantæ magnitudinis, vt ſingularum ſuperficie habitabiles caſas integant: atque his nauigent hoc mare cymbis. immo vt ait Agatarchides, accolis ſunt loco nauis, domus, vaſis, & cibi. Circa Taprobanam eſſe vitæ ancipitis; alia bobus, alia equis, alia aliis terreſtribus animalibus ſimilia, tradit Strabo 15. & 16. Atque hæc de matis huius Rubri (quod Liuius 45. finem terræum dicit) nomine, ſitu & natura. Qui plenitis hoc noſtie deſiderat, Agatarchidem, & Artianum in Indicis adeat. item Bapt. Ramuſium, qui hunc Periplum Italica lingua loquentem fecit: atque Diſcurſu (vt vocat) illuſtrauit. Nec negligendum Stuckium ſuadeo, qui eundem in linguam Latinam tranſtulit, laborioſiſſimiſque Scholiis enarrauit. De hoc Mari Rubro Pythagoram quoque librum ſcripſiſſe, auctor mihi Athenæus 14.

HANNONIS PERIPLVS.

HANC Hannonis Carthaginienſis tegis Periplum primus ex Græco in Latinam linguam conuertit vir bene de poſteritate meritus Conradus Geſnerus: eumdemque Scholiis doctiſſimis ornauit. Antea Italica lingua interpretatum dedit Bapt. Ramuſius, Diſcurſumque addidit. Meminere huius Periphi ex Veteribus ſatis prolixè Mela 3. cap. 11. item Plinius 5. cap. 1. qui hunc Hannonem ducem, non regem facit. atque huius ſcriptum ſub voce Commentariorum, non Periphi celebrat. Impetatotem idem nominat, lib. 6. cap. 31. Regem tamen Pœnorum eum facit ex Xenophonte Lampſaceno, Solinus, capite Opetis ſui postremo. Eiuſdem quoque mentio apud Arriani Indica, ſub finem. Apud Plinium etiam lib. 18. cap. 16. & Aelianum de Animalibus 4. cap. 30. memoria cuiuſdam Hannonis, qui primus hominum auſus fuerit leonẽ manu tractare. an alius ab hoc noſtio, diuinare nequeo. Plures enim fuere: quos qui noſſe deſiderat, Geſneri dicta ad Periplum Scholia adeat. De alio ſane ſunt hæc apud Plinium & Martianum verba, *Hanno dum Punicum ſtoruit Imperium, Mauritania circuitu, ac deinde in Meridiem flexus exturſus, in Arabia terminos prolixa admodum nauigatione peruenit.* Auidus quoque huius Periclı ſtudioſus addat his quæ de eo habet Io. Mariana ſub finem libri primi Rerum Hiſpaniæ.

ORBIS ARCTOVS.

HVIVS delineationem adiunximus corollarij & proportionis decorisque huius Tabulæ gratia. vt haberet nempe quæ reſponderet formæ Hannonis Periplı. Atque vt boni conſulat antiquæ Geographiæ ſtudioſus, ex animo obſecramus. Aliam fortè & vetiorem dabit poſteritas, Batauorum aut aliorum diligentia. Illi enim hactenus in eo toti ſunt, vt Indicam, hac Septentrionali via, nauigationem inſtruant. (hucuſque enim per Metidianã plagam Caput Bonæ Spei longiori itinere præterentes nauigauere) quam, etſi non tenuerint, dicam, quod Naiades nymphæ de Phaëtonte, magnis tamen exerdiſſe auſus.

ARGONAVTICA.

NEMO veterum scriptorum ferè non meminit obiter historiæ Argonautarum (id est Iasonis siue aurei velleris.) inter eos verò qui ex professo eam descripsere, vt sunt Cleon, Herodotus, Pisander, Dionysius Milesius, Varro Attacinus, item Epimenides, quem Laertius tradit eam sex millibus quingentisque versibus comprehendisse: tres tantùm superstites ad nostra tempora peruenere. C. Val. Flaccus nempe, Orpheus, & Apollonius Rhodius. apud quos tres horum Argonautarum itus satis describitur similiter, reditus verò admodum differenter. Flaccus enim hos ex Colchide reducit per Euxini maris Borealia littora, ad Istri siue Danubij ostia. nec (morte forsan præuentus) vlteriùs. Apollonius per dictum aduersum fluuium, (atque ex eo per Sabum, vt Plinio Trogoque placet,) indeque in mare Hadriaticum & Ionicum non procul Tergeste. at, vt ait Plinius, vento retractos per Eridanum in Rhodanum ad Stœchades insulas, ex quibus Mare Mediterraneum Ægeumque pelagus nauigantes, domum vnde venerant, rediere. Orpheus autem multo longiori ambagine per Tanaim fluuium, immensamque siluam (Ἀ'σκατον ὕλην) vt vocat, (Ἀ'σκίφιον autem Dionysius Afer) nec immerito: maximam enim rotius cogniti Orbis esse reor: (quam posterior ætas proprio nomine Orcyniam siue Hercyniam nominauit) Cronium siue Boreale (quod vrsæ vetitum mare appellatur à Seneca in Medea) Atlanticumque maria ad Herculeas Columnas, vniuersamque Europam circumnauigantes, ad patrios lares reuehit. Hancque ita nauigationem ex his tribus dictis, hac tabula expressimus: quod ipsum Lectori, hanc cum illis conferendo, liquidò apparebit. Præter hæc autem quædam ab his tribus nominatis auctoribus intacta locorum nomina, ad hanc tamen pertinentia, addidimus. vt Salmydessus in Thracia, vbi hos appulsos scribit Apollodorus: Aemonia: hanc ab Argonautis exstructam eo loco vbi Argum nauem machinis (humeris habent Pindarus & Trogus, atque sic diligentiores tradidisse testatur Plinius) impositam, per quadringentorum stadiorum, siue quinquaginta M. P. spacium, quod idem est, vsque ad Thessalorum littora, (Italorum legit Sozomenus, differente scriptura, non item historia: Thessali enim ipsi erant, at in terra Italia) pertraxerant, vt legitur apud Zosimum aliosque. Ibidem vrbs Pola, opus Coschorum, qui vtpote ad Medeam Istro aduerso insequendam missi, (atque ad Absyrtides insulas vsque peruenissent) re infecta, hic subsiteret regionemque Istriam à flumine ab his nauigato nominauere. Phla, siue melius Phila, insula, in Tridonidis Libyæ palude, ad quam scribit Herodotus Iasonem appulisse, ventoque flante Aquilone à Malea Peloponnesi promontorio abreptum, ibidemque Tritoni tripodem donasse. Polybius auctor est Iasonem ad Bosporum Thracium Fanum exædificasse (id quo Neptuno, vt habet Pindarus,) atque ibidem duodecim Aras sacrificasse. Hoc idem Fanum Demosthenes Argonautarum cognominat. Fanum Iunonis in Samo dedicasse eundem, apud Pausaniam & Varronem legimus. Item Iunonis Argiuæ in agro Picentino, apud Plinium. Aras quoque positas ab eodem ad Istrum, vbi is nempe se diuidit, atque partim in Pontum, partim in Adriam infunditur, docet Aristoteles in Admirandis, circa scopulos Caucasios putauerim. Istrum in Hadriaticum mare effluere credidit fabulosa antiquitas. fortè mota ex eo quòd Plinius fabulosè scriptũ reliquit 4. cap. 15. thynnos nempe pisces ex Euxino Ponto hunc Istrum subire, atque ex eodem subterraneis eius venis in Adriaticum mare enatare. Atque hinc vsque de hac erronea nauigatione, quam quatuor à principio vsque ad reditum, mensium fuisse litterarum monumentis tradidit Apollodorus. quod mihi minimè vero simile. somniasse sanè puto dum hæc scriberet. tot enim menses vix Istrum tantum ab ostiis Tergeste vsque nauigantibus sufficerint, nedum toto huic itineri. Verò mihi multo apud Ouidium Hypsipylæ (apud quam in Lemno insula diuerterat,) hæc ad Iasonem verba,

Tertia messis erat, cùm tu dare vela coactus,
Impleßi lacrymis talia verba tuis:
Alstrabor Hypsipyle. si dem modò fata recursum:
Vir tuus hinc abeo, vir tibi semper ero.
Quod tamen è nobis grauida celatur in aluo,
Viuat; & eiusdem sumus vterque parens.

Qui verò huius nauigationis (quam longa naue, vt ait Philostephanus: sed classe factam inquit Pharax) pleniorem descriptionem desiderat, hos à nobis tres nominatos auctores adeat. hisque iungat Diodori librum 4. Ouidium 7. Metamorphoseon, Hygini fabulas, item Pindarum, & Callimachum. & si lubeat Dareris Phrygij historiam. Scribit Appianus in Mithridaticis, Cn. Pompeium Magnum, postquam in Colchos vsque Mithridatem profligasset, obiisse hanc continentiam, vt Argonautarum peregrinationes, Caucasumque (Promethei cubile) montem viseret. hæc nos studiosorum Lectori hac tabula, minori molestia, maiori quoque forsan voluptate, contemplanda exhibemus. Cydias pictor, huius tabulam Argonautas H-S CXLIIIII. Hortensius Orator mercatus est. Plin. 35. cap. 11.

Argonautas, qui & Minyæ, Dioscuri, item Tyndaridæ appellantur, numero quinquaginta fuisse, testes sunt Lucianus in Saltationibus, & Philostratus in Iconibus, item Val. Flaccus lib. 7. dum inquit: *Quinquaginta Asiam (pudet heu) penetrauit Iason Exulibus.* Quinquaginta duo numerat Orpheus; quinquaginta quatuor Diodorus & Apollonius. Nos supra octoginta ex auctoribus quos adiungimus, numeramus, quorum en nomina:

Acastus, *Apollodoro, Apollonio, & Val. Flacco.*
Actor, *Apollodoro.*
Actorides, *Orpheo, & Flacco.*
Acterion, *Orpheo.*
Admetus, *Orpheo, Apollonio, Val. Flacco, & Apollodoro.*
Aethalides, *Orpheo, Apollonio, Val. Flacco.*
Aglaus, *Orpheo.*
Almenus, *Apollodoro.*
Amphiaraus, *Apollodoro.*
Amphidamas, *Flacco, & Apollonio.*
Amphion, *Apollonio, Flacco, & Orpheo.*
Ancæus, *Apollodoro, Orpheo, Apollonio, & Val. Flacco.*
Anchistæus, *Orpheo.*
Areices, *Apollonio, & Orpheo.*
Argus, *Apollonio, Apollodoro, Val. Flacco.*
Armenius, *Trogo.*
Ascalaphus, *Apollodoro.*
Asterius, *Orpheo, Apollonio, Apollodoro, & Flacco.*
Atalanta, *Diodoro, & Apollodoro.*
Augeas, *Apollonio, Orpheo, Apollodoro, & Philostrato.*
Autes, *Val. Flacco.*
Autolicus, *Apollodoro, & Flacco.*
Buphagus, *Orpheo.*
Butes, *Orpheo, Apollonio, Apollodoro.*
Cæneus, *Orpheo.*
Calais, *Apollodoro, Apollonio, Orpheo, Pindaro, Val. Flacco, & Oppiano.*
Canthus, *Orpheo, Apollonio, & Val. Flacco.*
Castor, *Apollodoro, Herodoto, Diodoro, Apollonio, Orpheo, Flacco, & Pindaro.*
Cepheus, *Flacco, Apollonio, Orpheo, & Apollodoro.*
Climenus, *Val. Flacco.*
Clytius, *Apollonio.*
Coronus, *Apollonio.*
Deileontus, *C. Val. Flacco.*
Deucalion, *C. Val. Flacco.*
Echion, *Orpheo, Flacco, Apollonio.*
Erginus, *Apollonio, Apollodoro, Orpheo, & Val. Flacco.*
Euphemus, *Flacco, Apollodoro, & Pindaro.*
Euryalus, *Apollodoro.*
Eurybores, *Apollonio, Flacco.*
Entydamas, *Orpheo, & Apollonio.*
Eurytus, *Orpheo, Apollonio, Flacco, & Apollodoro.*
Glaucos, *Atheneo.*
Hercules, *Apollodoro, Apollonio, Diodoro, Orpheo, Pindaro, & Flacco.*
Hylas, *Orpheo, Apollonio, & Liberali.*
Iason, *Diodoro, Orpheo, Apollonio, & Val. Flacco.*
Idas, *Apollodoro, & Apollonio.*
Idmon, *Orpheo, Apollonio, Flacco, Marcellino.*
Iphidamas, *Orpheo.*
Iphitus, *Val. Flacco, & Apollonio.*
Iphyclus, *Diodoro, Orpheo, Apollonio, Flacco, & Apollodoro.*
Iphys, *Val. Flacco.*
Iritus, *Apollodoro.*
Laertes, *Apollodoro.*
Laocoon, *Apollonio.*
Laodocus, *Orpheo, Apollonio, & Val. Flacco.*
Leitus, *Apollodoro.*
Lynceus, *Apollonio, Apollodoro, Orpheo, & Flacco.*
Meleager, *Flacco, Apollonio, Orpheo, Diodoro, & Apollodoro.*
Menœtius, *Orpheo, Apollonio, & C. Val. Flacco.*
Mopsus, *Pindaro, Orpheo, Val. Flacco.*
Nauplius, *Orpheo, Flacco, Apollonio.*
Nestor, *C. Val. Flacco.*
Olieus, *Apollonio, Orpheo, & Flacco.*
Orpheus, *Apollodoro, & Diodoro.*
Palæmon, *Orpheo, Apollonio, & Apollodoro.*
Peleus, *Orpheo, Apollodoro.*
Peneleus, *Apollodoro.*
Periclymenus, *Apollonio, Apollodoro, Pindaro, Orpheo, Flacco.*
Phanus, *Apollodoro.*
Phalerus, *Pausania, Orpheo, Apollonio, & Flacco.*
Philoctetes, *C. Val. Flacco.*
Phlias, *Apollonio, Orpheo, Flacco.*
Phogus, *C. Val. Flacco.*
Poeas, *Apollodoro.*
Pollux, *Apollodoro, Diodoro, Pindaro, & Herodoto.*
Polyphemus, *Flacco, Orpheo, Apollodoro, Apollonio.*
Staphylus, *Apollodoro.*
Sthelenus, *Ammiano.*
Tænarius, *Orpheo.*
Talaus, *Apollonio, & Val. Flacco.*
Telamon, *Diodoro, Orpheo, Apollodoro, & Flacco.*
Theseus, *Pindaro, Apollodoro, Plutarcho.*
Tideus, *C. Val. Flacco.*
Tiphys, *Orpheo, Apollodoro, Flacco, Philostrato, Ouidio, Pausania, & Marcellino.*
Zetes, *Apollodoro, Apollonio, Orpheo, Pindaro, Flacco, & Oppiano.*

Atque hos omnes ingenuos & liberæ conditionis fuisse, dicit Philo Iudæus: Regio genere, Varro de R. R. 2. Deorum caros liberos, Theocritus Idyll. 27. Semideos vocat Philostratus in Iconib. vnde Catullus: *Heroes saluete Deum genus.*

Argo nauis (quam fatidicam facit Flaccus, loquacem Lucianus & Claudianus aliique, tandemque in cælum sublatam, Manilius) à quo nominata, fabricata, vbi locorum, ex quo ligno, vnde soluerit, &c. ex omni antiquitate prosequutus est Hieronymus Columna, in Ennij fragmentorũ Explicationem, Romæ typis editam.

Argonautica hæc, historiam, non fabulam, docet autnugatur Martialis lib. 7. vbi de huius Argi fragmento sub Domitiano Imp. existente hi huius versus:

Fragmentum quod vile putas & inutile lignum
Hec fuit ignotis prima carina maris.
Quam nec Cyaneæ quondam potuere ruinæ
Frangere, nec Scythici tristior vnda freti.
Secula vicerunt. sed quanuis cesserit annis,
Sanctior est salua parua tabella rate.

ARGONA
EVROPAE PA
CRONIVM Mare
MACROBII.
CIMMERII.
HYPERBOREI.
SCYTHAE
ATLANTICVM PELAGVS
EVROPA.
Danubius fluvius
Talaurius campus
Alpes montes
Tergeste
Eridanus flu.
Rhodanus flu.
CELTAE.
LIGVRES.
CRONIVM MARE.
NESTAEI.
ENCHELEAE
Caucasij scopuli
Hister fluvius
LATIVM.
TYRRHENIA.
Caieta
AVSONIA.
Cyrnus
SARDO PELAGVS.
Sardo.
OCCIDENS.
TYRRHENVM ÆQVOR.
Oricum
Cerauni montes
DOLOPES.
THESSALIA.
Locri.
ACHAIA.
CVRETI.
PELOPIS REGIO.
IONIVM MARE.
TRINACRIA.
Lilybaeum prom.
Cum Imp. Reg. et Belgij privilegio decennali. 1598.
ILLVSTRISSIMO PRINCIPI CAROLO COMITI ARENBERGIO, BARONI SEPTIMONTII, DOMINO MIRVARTII, EQVITI AVREI VELLERIS, ETC.
ABRAH. ORTELIVS DEDICAB. L. M.
Ex conatibus Geographicis Abrah. Ortelij Antverp.
LIBYSTICVM MARE.
Syrtes. sive mare vadosum ac arenosum.
LIBYAE
Hesperides.
SACER Campus.

TICA.
Immensa silva
SAVROMATAE.
GETAE.
ARIMASTHAE.
SCYTHAE.
MAEOTAE.
BASTARNAE.
GELONES.
MAEOTIS PALVS.
ARSOPÆ.
PARS.
ALANI.
Mirace.
Hylea.
MAEOTAE.
CECRYPHAE.
GRAVCENII.
Ophiusa
SIGYNNI.
Byces lacus.
TAVRICA.
SINTI.
CHARANDÆI.
CERCETII.
BISALTAE.
GYMNI.
BVONOMAE.
Caucasus mons. Cubile Promethei.
HENIOCHI.
Dioscurias
Aea
COL
Marcus et Phryxi templum.
Lycus flu.
Phasis
Circeus campus.
Apsyrtus
CHIS.
Cytaica regio.
MOSCHI.
Laurius campus
Cauliaci scopuli
SINDI.
CORALLI.
Salmydessus
Tomos
AXENVM Aequor, Iasonio pulsatum remige primum.
CAVCASEVM MARE.
Aeae insula
Phasis flu.
Abyrtides insulæ
BYZERAE.
SAPIRI.
MACRONES.
BECHIRI.
TIBARENIA.
Hieros mons
MOSINOECI.
Doeantis, sive Boeantis campus.
ASSYRII.
CHALYBES.
PAPHLAGONIA.
CAPPADOCIA.
AMAZONES.
MARIANDYNI.
MAVRI.
BEBRYCIA.
THRACIA.
PROPONTIS.
DOLIONES.
Scylaceum
Ida mons
Ilium sive Troia
Lesbos
MINOIVM, sive
AEGAEVM Pelagus.
Tenos
Minoides insulæ.
Sporades insulæ.
Thera
Hippuris, et Anaphe.
DICTAEVM Mare.
CRETA.
Mineruæ fanum
Samos
Melantiæ petræ
Rhodus
Carpathus
Salmonium prom.
ASIAE
CYRENE
PARS.
Minoium pelagus.
THESSALIA.
Homole
Olympus mons
DOLOPES.
Meliboeum
MAGNESIA.
PELASGIA.
Ossa mons
AEMONIA.
LOCRI.
Pagasæ
Othrys mons
Demetrias
Euryminæ
Canastreum prom.
Amyras flu.
Dolopum monumentum
Anaurus, et Enoulus flu.
Anchialus
Hormus
Pisæ
Septas prom.
THRACIAE PARS.
PROPONTIS.
BEBRYCIA.
PONTVS, Phryxeum aequor, et Athamantidis fluenta.
Posidium
Arganthonis, sive Argantius mons
CIANEA Regio.
Cius flu.
Aegeonis prom.
Cius
Threicius portus
Scylaceum
Chitus portus
Nepeius sive Ilatides siluæ
campus
DOLIONES.
MYSIA.
BITHYNIA.
DOLOPES.
Melas sinus
CHERSONESVS.
Abydus
Dardania
DARDANIA.
Rhoeteum
Sigeum
Ilium
Ida mons
Duorum horum tractuum pleniorem descriptionem quia Tabulæ angustia non admittebat, hic seorsum eos delineare operepretium duximus.

TEMPE

THESSALICA.

Tempe. *Tempe quæ sylvæ cingunt super impendentes*, inquit Catullus in Argonauticis. Hæc eius latitudo, quam sesquiuigeri facit Plinius, plethri Ælianus. Longitudinem, quam à Gonno ad fluuij vsque ostia, in Thermæum sinum describunt, quinque millium passuum est, Liuio teste: siue (quod idem est, quadraginta stadiorum, Ælianò. Montes hos dicit Liuius vtrimque ita abscissos, vt vix despici sine vertigine quadam simul oculorum animique possint. Terret & sonitus (inquit) & altitudo per mediam vallem fluentis Penei amnis. Plinius vltra visum hominis se attollere dextra læuaque leuiter conuexa iuga; intus, sua luce viridantem allabi Peneum: viridem calculo, amœnum circa ripas gramino, & canorum auium concentu. At quia hi omnes hæc obiter quodammodo: placet de iis Aeliani graphicam non minùs quàm absolutissimam descriptionem his addere; quam habet Variar. 3. cap. 1. interprete, inter cæteros, clariss. N. Gerbelio. Is autem ita:

Locus est inter Olympum & Ossam, excelsissimos Thessaliæ montes, diuina quadam Dei prouidentia, æquabili inter se valle anulsos atque diuinctos: cuius loci medium ad quadraginta stadia extenditur. Latitudo partim plethri, partim paulo maiore mensura. Per mediam vallem Peneus fluuius delabitur: in quem & alij amnes confluentes, communicatis cum eo aquis, Peneum efficiunt ampliorem. Variis omnigenisque illecebris hic locus iucundissimus est, non humani ingenij, aut industriæ opera, sed ipsius naturæ, sese in huius vallis amœnitatem, tum cùm conderetur, sua sponte exercentis. Plurima illic hedera nascitur, dum floret, dum germinat, admodum copiosa, generosarum vitium instar proceris adnascens arboribus, serpendo in culmina conscendit. Iisdem in locis abundat smilax, quæ sese ad rupem attollens, specù petramque numbrat, quæ sub ipsa vmbra delitescit. Cætera quæcunque virent, florentque, ab omnibus conspicinntur. Estque festa quædam oculorum celebritas. In planicie, cùm media Sol feruet in æstate, nemorosa quædam videres atque frequentia perfugia, in quæ viatores se ab æstu sudoribusque recreaturi, tamquam in iucundissima quædam diuersoria recipiunt. Porrò perfluentium per vallem fontium magna est ibi copia, multæque denique frigidissimarum ac dulcium aquarum scaturigines: quæ, si quid famæ credimus, loris mirificè salubres salutareique fuisse referuntur. Ad hæc auiculæ, passim in hos saltus & nemora dispersæ, accolarum conuiuia suauissimo cantu exhilarant: maximè verò, quæ ceteris sunt vocaliores, adeò audientium aures permulcent, vt præteruntes hac musica deliniti, omniũ laborum, omniumque curarum obliuiscantur. In vtraque fluminis ripa eiusmodi sunt deliciæ, de fessorumque respirationes, vt diximus. Atqui Peneus fluuius, olei in morem progrediens, placidissimè per media Tempe dilabitur. Circa hunc verò plurima ex adnatis arboribus, & arborum expansis ramis, vmbra: vt qui in eo naubus deuehuntur, tota propemodum die, à Solis ardoribus tuti, in gratissima vmbra nauigent. Homines qui apud hunc fluuium commorantur, frequenter inter se cœtus aliis atque aliis locis celebrant. Re diuina, sacrisque ritè peractis, lepidissimè conuiuantur. Itaque cùm eorum qui sacris dant operam, magna sit multitudo, minimè mirum est, si ambulantium illic, eorumque qui in hoc flumine nauigant, naribus suauissimus iudor illabitur. Hunc in modum hic locus summis honoribus, diuinisque muneribus est consecratus. Hæc & plura de Tempis, Aelianus. De his quoque (etsi non nominet) Procopius 4. Aedif. Iustiniani Imp. Lepida horũ descriptio apud Catullum in Argonauticis. Nunc verò lubet quædam peculiaria huius ex variis scriptoribus hic addere. Peneo fluuio, propter pulchritudinem, olim tributum diuinum honorem, scriptum reliquit Maximus Tyrius, Oratione 39. Eurotã amnem recipere eundé fluuium, sed olei modo supernatantem, breui spacio portatum, abdicare, argẽteis suis aquis misceri recusantem, tradit Plinius. Idé plurimam laurum, polypodion, dolichen, serpillum, & herbam nymphæam innasci, scribit. sed flore nigro hæc, si fides Apuleio. Scribit Pausanias in Phocicis Apollinis ædem apud Delphos exstructam ex lauri ramis hic nascentibus. Ossam montem gigantum fabula memoratum, narrant Mela & Poetæ; quibus & Lapitharum in eo sedes est. In eodem monte lego apud Polyænum 4. Alexandrum Regem Indicæ (sic enim malo legere, quàm Indiæ, vt hactenus interpretes, cùm Indica regio iuxta Pontum sit) effossis huius montis petris; effecisse exiguos gradus, quam Scalam Alexandri posteritas vocauit. Circa hæc Tempe aqua describitur à Seneca & Plinio, cuius visus omnibus terrori est; & à qua æs & ferrum abrodi tradit. Vitruuius 8. cap. 3. huius quoque meminit: dicitque apud eam florere arborem purpureo colore. De Olympo monte (quem sedem deorum dicit Οδυσ. 2. Homerus) Solinus hoc non contemnendum ex Varronis 6. quòd excellenti vertice tãto attollitur, vt summa eius cælum accolæ vocent. Nubes eum excedere, ait Lucanus. Erigi enim in altum amplius decem stadiis, scriptum reliquit ex Xenagoræ dimensione. Plutarchus in Æmilio. Vltra huius verticem nullam auem sublimari, scribit Apuleius de Deo Socratis. Ara est in cacumine Iouis ædificata, cuius altaribus si qua de extis inferantur, nec diffiantur ventosis spiritibus, nec humentibus pluuiis diluuntur, sed voluente altero anno, cuiusmodi relicta fuerint, eiusmodi reperiuntur: & omnibus tempestatibus à corruptelis aurarum vindicatur quidquid ibi semel Deo est consecratum. sic Solinus. Litteræ in cinere scriptæ vsque ad alteram anni cerimoniam permanent. Et nubibus intactum Macedo miratur Olympum, vt cecinit in Bello Gothico Claudianus. Atque ab hoc monte Musas cognominari Olympiadas, annotauit Varro 6. Linguę Latinæ. Atque hæc de Tempis, quæ ab origine hanc faciem non habuisse, constans apud omnes veteres scriptores opinio est. sed Peneũ montibus circumdatum, & multos amnes in se recipientem, hanc planitiem stagno oppleuisse: postea autem cùm Olympus & Ossa mõtes quondam contigui disrumperentur, (quod factum alij terræmotu, vt Strabo, Seneca, Athenæus; alij Neptuno, vt Herodotus, Claudianus, & Philostratus, adscribunt: Herculis opus esse, dicunt Diodorus, & Lucanus.) per eam viam Peneum se in mare exonerasse, & siceandam hanc conuallem præbuisse. Ex Stephano περιπόλεων hunc tractum Λυτὰ ΣΤΤΑ vocatũ lego. prius quã à Neptuno aquis liberatus esset. Σεμνὰν Χώραν. Sacram terram, vocat Euripides in Troadibus. Apud poëtas plurimus de hoc pulcerrimo tractu vbique sermo: vt Virgilium, Ouidiũ, Horatium, Catullum, Claudianum, Statium, Lucanum, Flaccum, & Senecã. apud quos sunt huius epitheta, Thessala, Peneia, Heliconia, Phthiotica, Frigida, Tenebrosa Nemorosa. Opaca. Gratissima, Lucentia, Gloria, & Teumessia. quamuis hoc vltimum cum doctissimo vndecumque viro Hermolao Barbaro, non ad hæc, sed potiùs ad locum alium quendam deliciosum in Bœotia (vbi Teumessus mons) pertinere puto. Frustra nam mihi Lutatius grammaticus est, qui Teumessiam vrbem vocat. Neque enim insolitum est scriptoribus, in primis poëtis, hanc vocem Tempe ad alios quoque locos amœnitate quadam celebres, transferre. exemplo sunt Heloria Tempe, in Sicilia; & alia in Tiburtina villa Latij. item Athenis gymnasium, hoc nomine insignitum. Sic Dionysius & Priscianus Daphnen Antiochiæ suburbium Tempe quoque nominant. Tempe amœnitate referentem locum describit quoque ad Apsum fluuium, Plutarchus in Flaminio. De huiusmodi locis non possum non hæc Iuliani Imp. ad Libanium sophistam verba ad texerẽ, atque de hac amœna valle sermonem meũ finire. sic ille, verbis Morentini interpretis: Inde me Batnæ excipiunt, locus qualem nullum vmquam vidi extra Daphnen, quæ nunc Batnis confertur, cum antea saluis templo & simulachro, non solùm Ossæ, Pelio, Olympo, & Thessaliciis vallibus (Tempe innuit) eam æquare, verùm etiam anteferre omnibus non vererer, &c. Hæ Batnæ sitæ sunt (si cui hoc scire quoque libido est) in Mesopotamiæ regione Osroena, vt Zosimo Stephanoque placet; siue Anthemusia. vt Ammiano. in itinere Antiochia Syriæ Carras. Atque hæc de his Tempis. Et quia sub hoc nomine video Daphnem quoque Antiochiæ suburbium ab vno aut altero scriptore comprehendi, & non minùs esse quàm Tempe amœnum, ad illud quoque delineandum & describendum accedamus. at pagina proximè sequente.

TEMPE.
THESSALIAE PARS.
MARIS AE

Iovis ara
Olympus mons
MACEDONIAE PARS.
Peneus fluvius
Iovis templum
Helicon fluvius
Est nemus Aemoniæ prærupta quod undiq; claudit
Silva, vocant TEMPE, per quæ Peneus ab imo
Effusus Pindo, spumosis volvitur undis.
Ovid. 1 Metamorph.
Thermaicus Sinus.
GAEI PARS.

DAPHNE,

ANTIOCHIÆ SVBVRBIVM.

Aphne Antiochiæ Syriæ ad Orontem fluuium,percelebre ac deliciosum suburbium,quod amœnum & ambitiosum dicit Ammianus, distat à dicta vrbe x L. stadiis: estq. in ambitu xxc. stadiorum, (siue mauis x. millium pass.) teste Strabone, qui dicit vicum mediocrem, & lucum ingentem atq. opacum esse, multisq. fontanis aquis irriguum. At huius ampliorem descriptionem en ex Sozomeno, Locus est vndiq. multis cupressis(immensæ,vt habet Philostratus, proceritatis) vestitus: aliisq. multis arboribus variatus: quarum ramorum & foliorum densitate,quæ solis radios ad solum vsq.terræ minimè penetrare sinit, velut tecto vel vmbra potius est circumfusus. Subter arbores autem terra pro temporũ vicissitudine, aliis alios succedentes flores bene olentes cuiusq. generis producit. Est autem tum propter abundantiam & pulchritudinem aquarum (fontanis aquis enim (tacitis,inquit Philostratus) irriguum valde etiam facit Strabo.) tum propter temporum æquabilitatem, tum deniq. propter ventorum flatum (suauem susurrum (vt addit Callistus) edentium) peramœnus, & ad oblectationem valde accommodatus. Aderat & fons, qui credebatur aquas suas ex fonte Castalio sumere:qua de caussa ei homines diuinandi tribuebant facultatem,paremq.vim & nomen habere cum eo qui in Delphis erat sibi persuadebant. Fabulam vulgus addebat, nempe filiam Ladonis (Penei , Ouidio) in Arcadia fluuij, amatorem huc vsq. fugisse, atq. in arborem transmutatam fuisse. Apollinem tamen ne sic quidem perturbatione animi liberatum, sed ramis arboris quam amabat, se coronasse: ipsamq. arborẽ complexum; & locum sibi,si quisquam alius,earum,prærogatiua præ ceteris honorasse. Daphindis fontem nominat Guil. Tyrius,4.cap.10. quem formulis & aquæductibus artificialiter immissum in locis plurimis multo argumento aquas ministrare horis constitutis tradit. Situs itaq.huius loci, natura,& fabulæ materia, quæ fuit planè amatoria, & ad lasciuiam accommodata,corruptorum iuuenum animis (arrepta leui hac occasione)duplo maiorem amorem inserere solebat. Nam res in fabulis descriptas,velut caussam ad se excusandos adferentes,vehementius incendebantur: & omni exuto pudore, ad facta libidinosa cupidè ferebantur : nec poterant vel se ipsos temperare, vel temperantes homines hic secum videre. Eius generis cùm esset hic locus, turpe modestis viris erat eum ingredi. Nam si quisquam eorum absq. aliqua amica fortè hic versaretur, stupidus planè & inhumanus,atq.fugiendus videbatur. Hactenus Sozomenus. Locum munitum fuisse ex Tragi 27.apparet,qui scribit Beronicen sese hic clausisse,neq; à Seleuco expugnari potuisse. Præsidio quoq; munitum fuisse,arguit liber Notitiar. vbi legionis Constantinorum Daphnensium; item Balistariorum Daphnensium meminit. Erat quoque , vt habet in vita Artemij Metaphrastes,admodum ornatus magnificis ædificiis,habitaculis, atq. lauacris. In eo erat delubrũ magnifica & sumptuosa opera exædificatum: atq. in eo eximia Apollinis Daphnei (siue Daphnei dei,vt vocat hunc Iulianus Imp.) statua; Iouis Olympiaci imitamenti æquiparans magnitudinem ; vt habet Ammianus. Item fanum Dianæ, & asylum: teste Strabone:Germanici Cæsaris quoq. tribunal hic, Tacito. Augustale etiam Helenæ postea hic constructum à Constãtino Magno,in quo statuam matris suæ collocauerat: vt de eo scribit Suidas. (Augustale,vt hoc obiter addam,Quintilianus 8.cap.2.tabernaculũ ducis interpretatur.) Idem Constantinus locum hunc à se cognominasse, arguit nũmus æreus meus, in quo ab vna parte huius Imperatoris effigies , ab altera Victoriola, cum inscriptione CONSTANTINIANA DAPHNE. Locum quoq. Antiforum dictum , Mamianum quendam hic exstruxisse, tempore Zenonis Imp.tradunt Callistus & Gregoras. S.Euphemiæ templum hic quoq; Sophronius,in quo Thomam abbatem sepultum tradit. S.Michaelis quoq; hic fuisse tradit Procop.2. Persicor.quod à Cosroe incensum fuit. Delitiosum autem locũ fuisse, præter hæc dicta, ostendunt etiam historiæ : Cneum Pompeium enim delectatũ amœnitate loci,& aquarum abundantia, his Daphnensibus aliquantũ agrorum dedisse,quo locus ibi spaciosior fieret, testatum reliquit Eutropius. Iulius Capitolinus scribit Verum Imp. voluptuarium,æstatem apud Daphnem, reliquam anni partem apud Antiochiam transegisse. Lampridius dicit Alexandrum Seuerum tribunos legionum capitali adfecisse supplicio , quod per negligentiam illorum , milites apud Daphnem luxuriati essent. Apud Volcatium lego de Auidio Cassio,eum ad signa edici iussisse, & programma in parietibus fixisse,vt si quis cinctus inueniretur apud Daphnẽ, discinctus rediret. (Discinctus, id est militiæ inhabilis, interpretatur Seruius ad hoc Virgilij , discinctus Mulciber Afros) Sed neq. minori quoq. honore aut veneratione apud Gentiles idem ob oraculorum,quæ edebantur (testis Suidas) aura & flatu ex aqua adspirante,inde petitorum certitudinẽ,habebatur. Aiunt enim Hadrianum Imp. adhuc priuatum, cùm folium cupressi arboris fonte huius tinxisset,hausisse inde rerũ futurarum cognitionem. Iulianus Imp.in Misopogono, scribit se toties illud oraculum adiisse, vt quoties,memoria non tenuerit. Sub eodem autẽ responsa reddere desiisse, scribunt Sozomenus, Theodoretus, & D.Chrysostomus. Gallus enim,Iuliani huius frater, cùm à patre suo Constantio Cæsar esset designatus, quia religione Christianus, constituit ab hac gentilium superstitione locũ liberare:haecq.ratione purgare. S.Babylę martyris inuicti,vnà cum eo sub Numeriano Imp.passorum loculum, ex Antiochia in hunc locum transferri iussit: cuius præsentia, vt sibi Gallus antea rectè persuaserat,dęmon hic planè obmutuit. Dictus Iulianus autem,dum bellum contra Persas gẽrere constituisset , atque ex more supplex hunc suum Daphnem adiisset , multisque mactatis hostiis,de euentu huius belli consuleret , respondit se propter cadauerum mortuorũ ibidem repositorum vicinitatem (Babylæ bustum,etsi non nominat,innuens) de futuris effari nihil amplius posse. Ægrè ferẽs hoc Iulianus,iussit Christianos, vt bustum

DAP
Seleucia.
Antiochia.
Orontes Fluvius.
Ex utriusque linguæ scriptoribus adumbrabat Ab. Ortelius.
Cum privilegio decennali.

vt bustum illud Babylæ inde in alium locum aueherent. quod & factum. Ignis autem haud diu post, ex improuiso, (proxima sequente nocte, scribit quidam) in delubrum irruens, totum tectũ, & ipsam statuam penitus flamma absumpsit. Talis huius Daphnei Apollinis, eiusque fani, finis. D. Chrysostomus scribit suo tempore etiam huius vnam columnam exstitisse, quæ nulla aut ventorũ vi, aut terræmotuum concussione corruit, sed ad posterorum emendationem permanere atq. adseruari putat. Et quamuis Procopius adserat hoc templum postea à Iustiniano Imp. restauratum, Cedrenus (Chrysostomo recentior) nullũ eius vestigium superesse, tradit. quod & affirmat amicus meus Ioachimus Axonius Grauianus, testis huius loci oculatus, vir variis & longinquis peregrinationibus, rerum linguarumque multarum peritia clarus, qui præter arboreś ibidem nihil visui de eo apparere, de eodem à me interrogatus, serio respondit. De huius conflagratione verò, varius inter scriptores sermo. D. Chrysostomus à dæmone factum ait. Fulmini de cælo lapso tribuunt plures. Gentiles, à Christianis fuisse incensum, vulgò ferebant. Iulianus Imp. in Misopogono custodum pigritia, impiorumq. hominum audacia deletum scribit. Eius tamen æditui & sacerdotes, auctore Theodoreto, dum vapulabant, dicebant incendium non humi habuisse initium, sed cælitus demissum fuisse. & rustici qui in proximo habitabant, fulmen se vidisse è cælo delatum, ad-
» firmabant. At de eodem, etiam Ammianum audiamus. is enim lib. 22. hæc, Suspicabatur (Iulianus) id Christia-
» nos egisse, stimulatos inuidia. Ferebatur autem, licet rumore leuissimo, hac ex caussa cõflagrasse delubrum: quod
» Asclepiades Philosophus, cùm visendi gratia Iuliani, ad illud suburbanum venisset, Deæ Cælestis argenteum bre-
» ue figmentum quocumq. ibat, secum solitus adferre, ante pedes statuit simulacri sublimes: accensisq. cereis, ex
» vsu, cessit: vnde medietate noctis emensa, cùm nec adesse quisquam potuit, nec iuuare, volitantes scintillæ ad-
» hæsere materiis vetustissimis, ignesq. aridis nutrimentis erecti, omne quidquid contingi potuit, licet ardua discre-
» tum celsitudine, concremarunt. Hunc eundem tamen locum inde haud prorsus derelictum aut contemtum
» mansisse, at frequentari & spectacula in eo edi solitum, ex Nicephoro Callisto habemus.

Hanc Daphnem (quamuis Daphen malè apud hunc scribitur) Æthicus (at Iulius Orator potius) inter Orientalis Oceani famosa opida numerat. Ciuitatem etiam facit Metaphrastes, in S. Artemij vita. Apollineum nemus, vocat Claudianus. Sacra Tempe, Dionysius. & Optima Tempe, eius interpres vetus. In nummo, vti diximus, Constantiniana Daphne. Palatium Daphne in Itinerario à Petro Pithoeo editum. At quare non hos Petronij versus adiiciam? *Nobilis æstiuas platanus diffuderat vmbras, Et baccis redimita Daphen, tremulæq; cupressus, Et circumtosa trepidanti vertice pinus. Has inter ludebat aquis errantibus amnis Spumeus, & querulo vexabat rore capillos. Dignus amore locus.* Atq. hactenus de huius nomine, situ, natura. Nunc alia quædam, ad hanc pertinentia. Scribunt D. Hieronymus, Eusebij Chronicon, & Sex. Rufus, Pompeium Magnum ex Persia redeuntem, hunc lucum, addito nemore, consecrasse. Fani exstructionem, tribuit Ammianus Antiocho Epiphani: Sozomenus & Callistus verò, Seleuco, Statuam Apollinis dicit Theodoretus intus ligneam fuisse, extra autem auro obductam: cui suffragatur quoq. Metaphrastes, loco supradicto. vbi eius ampla descriptio. Bryxidis opus fuisse hanc, tradit Cedrenus: Bryaxides malim, ex Vitruuio, Clem. Alexandrino, Columella; item Plinio: qui hunc vnum fuisse scribit ex quatuor qui Mausoleum cælauerant. Cupressum vllam ex hoc nemore eximi, cædíve, & graui mulcta feriundis, qui præciderent, Theodosiana constitutione, vetitum fuit. Cupressos hoc loco seruari, scribit Philostratus, in memoriam Cyparissi adolescentis Assyrij in eam arborem conuersi. Hunc locum esse natalem Theonis Philosophi & Stoici, qui scripsit Defensionem Socratis, commemorat Suidas. Sibyllam quandam hinc oriundã quoque, apud classicum auctorem, cuius nomen non occurrit, me legisse memini. Monstrum hic natum, suo tempore, visu relatuque horrendum, apud Ammianum video: infantem nempe ore gemino, cum dentibus binis, & barba, quatuorque oculis, & breuissimis duabus auriculis. Indorum legatos hic à quodam Poro rege ad Augustum missos, ex Nicolao Damasceno, apud Strabonem lego. Nymphis hic sacrificasse Cosroen Persarum regem, scriptum reliquit Procopius 2. Persicor. Qua pompa hunc locum adiuerit, quibus spectaculis, epulisque, quondam celebrauerit Antiochus Epiphanes, Item Grypus, scire si quis desiderat, Athenæum libro 5. & 10. adeat, legat, & admirabitur. Vtinam de hac Daphne exstaret Protagoridis opus de Daphnensium Ludis, Festis, & Conuentibus, quorum meminit Athenæus 4. item Oratio, quam Iulianus Imp. in Epistolis, scriptam dicit à Libanio Sophista, & tantoperè laudat. Agathias in proemio suæ historiæ testatur se Daphniaca hexametris conscripsisse.

Dixi ex Tacito, Germanici tribunal in hoc nemore fuisse. apud quem hæc verba 11. Annal. hodie leguntur, *Eius* (Germanici) *sepulcrum Antiochiæ, vbi crematus: tribunal Epidaphne: quo in loco diem finierat.* Pro Epidaphne, *Daphne,* vel *apud Daphnem* lego. locum enim Epidaphne nominatum nulla habet historia, præterquam Plinij 5. cap. 21. vbi hæc, *Antiochia libera, Epidaphnes cognominata.* quasi synonymon Antiochiæ, æquè vitiosè, cùm scribendum sit, *Antiochia libera apud Daphnen,* diuisim ex Græco ἐπὶ Δάφνῃ. Docent hoc Strabo, Plutarchus, Ammianus, aliique, quos adduximus secunda nostri Thesauri editione, in verbo ANTIOCHIA.

MONASTERIVM REGIVM
D. LAVRENTII HIERONYMIANORVM
IN ESCVRIACO APVD HISPANOS.

VMERAT iactátq. antiquitas VII. Orbis miracula, quæ tamen (vt res omnes humanæ) ipsa temporis vetustate ad nihilum redacta sunt, vt ne vestigium quidem hodie sit reliquum. Tulit & hoc æuum sua quibusq; in prouincijs admiranda. Hispania quidem (de qua nobis nunc sermo) molem habet verè Regiã ac Rege Catholico dignissimam, sumptibus immẽsis pietati consecratis. Templum nimirum, non quale Dianæ Ephesiæ olim dedicatum, & ab Herostrato inflammatũ arsit, sed D. LAVRENTIO Martyri atq; Hispanorum decori consecratum. Dedicationis autem caussa votũ fuit. In expeditione enim ad D. Quintini Fanum Veromanduorum caput, à Rege Catholico Philippo II. Austrio suscepta contra Henricum II. Galliarum Regem, memoranda commissa pugna est, Gallós inter ac Burgundos anno CIↃ.IↃ.LVII. Augusti die X. quo die cæso ad internecionem flore Nobilitatis Gallicæ, penes Austrium victoria stetit: qualem victoriam haut scio an domus Austria maiorem vnquam vidit. Hic dies B. LAVRENTIO anniuersario ritu sacer erat, cuius etiam precibus victoriam acceptam optimus ac pientissimus Princeps retulit. Domum itaq; vt reuertit victor, nihil duxit antiquius Rex voti reus, quàm vt votum Deo Opt. Max. eiúsq; Martyri præstitũ, persolueret. Persoluit itaq; cumulatè, & larga opes manu effudit, impendítque annos plurimos & gazas propè innumerabiles: vt iam non vnum augustumq; maximè Monasterium, sed quatuor totidem angulis monasteria, præter augustissimam Curiam ac Bibliothecam antiquissimis libris refertam spectare liceat. Pagus ad montis radicem, qui opificum multitudine in oppidi magnitudinẽ excreuit, ESCVRIACVM vulgò nominatur, miliaribus V. Mantua Carpetanorum (hodie Madritum vocant) distans. Circumcirca montes excelsi, vnde ingens lapidum copia moli exstruendæ effossa. Hieronymiani inhabitãt Sodales, qui pijssimè nouenis quotidie horis in Odeò pro Principũ incolumitate Psalmos Deo decantant sacrísq; operantur. Academiam ibidem Rex instituit, Professoresque non Theologiæ modò, sed & Philosophiæ ac bonarum literarum; sed & alumnis subsidia studiorum abundè reliquit. Locus tamen infrequẽs, & à via Regia sepositus, ne aduenarum nimia frequentia, vt fit, corrumperetur. Venio ad particularia quædam. Ab interiori parte, videre est ante hanc fabricam hypæthrium, seu subdialem deambulationem, quæ ab Occidentali monasterij parte incipiens, totum Septentrionale latus ambit, pauimentum habens ex paruis lapidibus, hîc quadratis, ísthic rotundis. Primarium huius monasterij fastigium & frontispicium est ad Occidentem, inque quatuor angulis huius machinæ quatuor turres conspiciuntur. Supra templi introitum suis stylobatis stant imagines VI. Regum Israël, ex albo marmore & nigro lapide Pario excisæ, habentes singulæ XVIII. pedes in altitudine. Magna porticus monasterij Ionico & Dorico opere ex nigro lapide Thracio structa. In Aquilone area est, quâ in palatium Regis, quatuor porticus Collegij & Gymnasium itur; quæ omnia in hac Aquilonari plaga ædificata sunt. Conspicitur hîc & pars quædam officinarum mechanicarum & alia quædam, tam ad hoc ædificium, quàm ad monasterium spectantia. In Austro quoque visuntur horti, pomariũ, ambulacrum nosocomij, & ædiculæ ad distillationes (vt vocant) ordinatæ, cum pharmacopolio & porticu, qua è monasterio ad hospitum cænaculum itur. Veniamus nunc ad interiora huius molis ornamenta. Initio cum scala qua ad primarium templi introitum ascenditur, offert se Xystus, qui ducit ad latè patẽs subdiale, monasterium à Collegio disterminans. In hoc Xysto latis gradibus ad templi introitum adscenditur, atq; inde ad aliam planitiem peruenitur, quæ ducit ad angiportum, qui est ante templum, vnde ab vna parte qui in monasterio, ab altera qui in Collegio sunt, in templum, atque adeò in inferiorem chori stationẽ eunt. Locus chori huius quadratus est, tria habens in quadratura peristylia. Secundum hunc inferioris chori locum ab vtraque parte area est subdialis, ex qua inferior chorus & duo sacella ad has areas sita, lumen excipiunt. In hoc choro duo magnifica sunt altaria. Huic choro qui concameratus est, integrum templum cum choro suo imminet, quod templum præter magnum sacellum, superiorem anteriorem que chori stationem, quadratum est, quatuor nitens columnis, alijsque fulcris necessarijs. Duo sonant hîc organa, quorum vtrumque XXXII. registerijs (vt vocant) diuersis pulsatur. Habet & templum hoc XXXVI. altaria, portamq; superbam, per quam itur ad cryptoporticum magnam, quo tempore fiunt supplicationes. Templum hoc XXX. pedibus altius est inferiori choro; totidem pedibus chorus summus ipsum quoque templum supereminet. Pauimentum ex albo marmore & nigro lapide vermiculatum est, vti & pauimenta anterioris posteriorisque chori; in quo multi libri rituales, & ad diuina officia decantanda, scripti & excusi, cum alijs ad sacra mysteria pertinentibus, conspiciuntur. In huius chori testudine Sol & Luna & stellæ, omnísque militia cælestis artificiosissimè picta exhibetur, vti & in parietibus variarum Virtutum effigies, vitam ipsam penè exprimentes; quædam etiam historiæ S. LAVRENTII, & S. Hieronymi. Subsellia ex pretiosissimo ligno, opere Corinthiaco facta, sunt. In Australi templi latere ianua est vestibuli varijs picturis exornati, in quo fons est è vario genere Iaspidis & marmoris ædificatus, septẽ aquæ ductibus fluens ad vsum eorum qui se ad sacrificandum accingunt. Pauimentum nigro candidóque marmore variegatum est. Adytum locus est pariter augustus, variéque exornatus, in quo capsæ sunt ad altarium ornamenta, sacrásque vestes includendas. Ex hoc adyto ad summum altare eminentiori loco situm adscenditur.

Locus

Ort. ius evulgabat. 1591

AD PHILIPPVM II. HISPANIA-
RVM ETC. REGEM CATHOLICVM.

Michaelis vander Hagen Antverpij carmen.

Cæsareas moles, atq; alta palatia Regum
Ne posthac Latium, aut Græcia iactet ouans;
[illegible] heatra,
Et Circos veteres Inclyta Roma premat;
Prisca fides sileat vasti Miracula Mundi;
Nam faciunt nostra ad secula, prisca nihil;
Vnus enim Hesperiæ Rex Maximus ille Philippus
Miracla exuperans omnia condit opus;
Non opus; at Molem. qualem neque tota vetustas
Vidit: et hæc ætas non habitura parem.
Nempe Duces olim parti monimenta triumphi
Victi erexerunt ambitione mala;
At[illegible] Di[illegible]uerunt ca[illegible]ta [illegible]anis,
Aut operis magni in secla perenne decus;
Relligionis Apostolicæ verum vnicus ille
Defensor, voti Rex memor vsque pij,

SCENOG
TIVS FA
RENTII I

A TO
.LAV-
IALI.

Sancti operis dudum æternos molitur honores;
Quo maius nihil hic Maximus Orbis habet.
Is Collegium enim Augustum, et Regale dicavit.
Laurenti sacrum, tempus in omne, tibi;
Cui certo numero præsunt Hieronymiani:
O felix Ordo; o corda sacrata Deo.
Non est hic aliud nisi Magni Sponsa Tonantis;
Maiestate Dei terribilisque locus;
Est vbi Maiestas, et Magnificentia Regis
Prodiga, inexhaustas et bene fundit opes.
Regia sic summi est ibi Principis, atq; supremi
Numinis. ò qualis gloria! quale decus?
Quis gazas? quis splendorem fando explicet omnem?
Augustum ingenium est; linguaq; nostra nimis.
Quis vero Regi par, atque secundus Ibero?
Miraclum Mundi solus et ille facit.
Macte animis; porro tua tanta potentia crescat;
O Heros populi Inuicte Philippe tui.
Euge autem ò felix Hispania, et euge Madrida;
Quæ nisi tam Magno haud Præside tuta fores.

Locus huius altaris varij coloris nobili Iaspide stratus est, adhærentque Oratoria quædam & sacella, in quibus Principes S S. Missæ Officium audiunt. Hac itur in Sacrarium ad plagam Septentrionalem, in quo variæ Sanctorum reliquiæ adseruantur suis arcis inclusæ. quale & alterum est ad Austrum. A summi alteris latere ædicula est industriè admodum exornata, in qua sacra Synaxis distribuitur. Intra hanc ædiculam summum a' .re sacrarium est in quo S S. Eucharistia adseruatur, columnis octo è Iaspide nobilissima, & XII. Apostolorum statuis affabrè adornatum. Valuæ huius sacrarij sunt ex generoso crystallo, quod montanum vocant, quæ compagibus de metallo conflatis & inauratis includuntur, adeóque pellucidæ sunt, vt per eas hierotheca interior, in qua S S. Eucharistia reposita est, manifestè videatur. Hoc opus omnium quæ hoc sæculo in orbe spectantur artificiosissimum esse censetur. Huius operis Architectus celebris ille M. Iacobus de Trezzo totum sexennium in sculpenda poliendáque Iaspide, quæ hoc in opere cernitur insumpsit. Summum verò altare opus est illo non minus pretiosum è Iaspide & marmore pariter cóstructũ, varijsq; picturis ac statuis cóndecoratum.

Quod ad *Monasterium*, seu Monachorum stationem attinet, est in ea turris egregia, ex qua campanæ pendent, & horologium naturales & planetarias horas præter campanam ipsam demonstrat. Sunt ibidem Vestiarium, Refectorium seu Triclinium Monachorum, & Nosocomium cum cœnaculis atque ambulacris varijs pulcherrimè exstructa adornatáque. Est & Cryptoporticus siue Ambitus quadratus admodum insignis, in quo supplicationes publicæ peraguntur; cuius in meditullio hortus est amœnissimus, in varios puluinos artificiosè distinctus: in medio fabrica angulorum VIII. templi formam referens Iaspide & fontibus insignis. Ambitui adhæret Exedra seu Domus Capitularis, aliúdque conclaue simile; suntque subsellia Monachorum in circuitu. Inter ea eminet Cella Prioris, opus marmore, picturis & testudinibus inclytum.

Bibliotheca est in superiore parte Monasterij, patétq; in longitudinem CLXXXV. pedes, in latitudinem XXXII. Habet autem tria diuersa conclauia; in quorum primario omnes depictæ sunt facultates seu disciplinæ: ad pedes autem cuiusuis picturæ, eius facultatis libri concinno ordine collocati sunt, omnes inaurati, eodemque modo compacti. Est ibidem liber ingens membraneus, in quo omnis generis animantia, quæ in vniuerso terrarum orbe vspiam conspecta sunt, viuis coloribus adumbrata spectantur. Alterum conclaue meros continet manuscriptos Codices Latinorum, Græcorum, & Hæbræorum Theologorum, quibus singulis auctorum suorum imagines præfiguntur. Similiter est tertium solis manuscriptis refertum variorum scriptorum ac disciplinarum, puta Historicorum, poëtarum, artificum &c. variarum item linguarum, quibus similiter & sui auctores singulis, quo ad eius fieri potuit, ad viuum expressi adhærent. Creuit autem mirificè hæc Biliotheca accessione Bibliothecæ Didaci Hurtadi Mendozæ, qui Caroli V. Imp. olim apud Venetos Legatus è media Græcia Græcorum librorum M S S. plenam nauim acceperat; vt post Vaticanam Pontificiam nulla augustior aut copiosior istâ in Orbe terrarum Biblotheca esse existimetur.

Venio nunc ad *Gymnasium* seu *Academium*, Regisque *Palatium*; quæ duo Septentrionalem partem occupant. Sunt in Gymnasio Scholarum atria varia, in quibus nobilissimæ tres facultates Theologia, Iurisprudentia, & Medicina traduntur, artesque liberales explicantur. Adhæret & Schola alia triuialis in vsum puerorum, areæque ac refectoria diuersa.

Palatium ita situm est, vt inde facilis sit transitus ad Templum, Gymnasium, & Monasterium. Longũ fuerit singulorum mansiones varias, puta Regis, Legatorum, Præfectorum Prætorrio Augustali, Cubiculariorum, Nobilium, Satellitum regiorum, aliorumq; ministrorum describere. Respicit autem porticus Regia Septentrionale templi latus; cuius in pariete depictum est prœlium ad Higueruelam, in quo Rex Ioannes secundus Mauros Granatenses deuicit; quæ pictura rem gestam viuè admodum exprimit, ostendítque quo ordine, quali acie, quáue tam equitum, quàm peditum, lanceariorum, scutiferorum, sagittariorumque, quorum eo tempore vsus erat, constitutione. Pictura hæc ex prototypo in lineo panno, centum triginta pedum longitudine delineato, & in veteri turre Segouiensi inuento, ipsoque prælij tempore facto, iussu Philippi II. Regis efformata est. Visitur item hortus amœnissimus ad Orientem & Meridiem, latitudinem habens pedum C. varijs areolis, herbis, floribus præstantissimis & fontibus eximijs exornatus: adiacétque horto pomarium diuersis arboribus consitum.

Sunt autem intra totius monasterij septa fontes amplius quadraginta; clauorum verò ac serarum tantus est numerus, vt specialis clauium, quæ ad millia aliquot adscendunt, Præfectus sit constitutus. Ambitus totius monasterij quadrangularis est, ac singula latera in longitudinem patent passus CCXXIIII. excepto eo latere quod palatium Regis ambit; quod studio factum est breuius, vt videlicet ambitus seu exterior cœnobij forma quadraturam Cratis repræsentaret, quòd S. Laurentius, cui dedicatum est, in crate assatus sit.

Incolunt verò non nisi tertiam partem huius machinæ Monachi, numero trecenti, Ordinis, vt suprà diximus, D. Hieronymi. Reditus annui eorum triginta quinque Ducatorum Hispanicorum millia conficiunt. Reliquam autem reditium partem Regi, ac familiæ attribuunt.

Vt finiam, tot aulis, cœnaculis, cubiculis, alijsque ad vsum domesticum necessarijs conclauibus instructum est, vt quatuor Regum habitationibus amplissimè sufficiat; iure vt inter omnia Mundi miracula primus ei locus debeatur.

FINIS.

NOMENCLATOR PTOLEMAICVS;

OMNIA LOCORVM VOCABVLA QVAE IN TOTA PTOLEMAEI GEOGRAPHIA occurrunt, continens: ad fidem Græci codicis purgatus; & in ordinem non minùs vtilem quàm elegantem digestus.



ANTVERPIÆ,
TYPIS ROBERTI BRVNEAV.
M. DCIII.

ABRAHAMVS ORTELIVS
CANDIDO LECTORI.

SOLEBAM *huic nostro Theatro Synonymiam quandam Geographicam subnectere; quam cùm tandem non solùm recognitam, sed aliquot millibus vocabulorum adeò auctam, vt in iusti voluminis excreuerit formam, reddiderim; nouóque nomine* THESAVRVM GEOGRAPHICVM *inscripserim, eum Christophoro Plantino, nostro non solùm, sed vniuersæ R. P. Litterariæ amico, seorsim excudendam concessi: è cuius officina quia minori iam ære quiuis sibi comparare potest, eam de hinc nostro operi ampliùs assuere, minimè operæpretium duxi. Ne tamen Greographiæ studiosorum exspectationem fallam, aut aliquo modo deesse, quibus potiùs prodesse pro virili contendo, videar; eius loco hunc ex Ptolemæo Nomenclatorem concinnaui; quia, vti huius Theatri tabulæ recentem regionum picturam exhibent, ita hic Nomenclator veterum locorum enumerationem haud infrugiferam continet. Asterisci vocabulis nonnullis adpicti, significant eam vocem in Græcis codicibus non exstare. quia tamen in Latinis erant, hic quoq. esse volui. Vale.*

PTOLEMAEO
GEOGRAPHORVM
PRIMARIO AVCTORE
ORBIS TERRARVM DIVIDITVR

in partes tres; quæ ſunt,

EVROPA.

Regiones inſigniores:

HIBERNIA,
ALBION,
HISPANIA,
GALLIA,
GERMANIA,
RHETIA,
VINDELICIA,
NORICVM,
PANNONIA,
ILLYRIS,
ITALIA,
CORSICA,
SARDINIA,
SICILIA,
SARMATIA,
TAVRICA Cherſoneſus,
IAZYGES METANASTÆ,
DACIA,
MYSIA,
THRACIA,
MACEDONIA,
EPEIRVS,
ACHAIA,
PELOPONNESVS,
CRETA,
EVBOEA.

ASIA.

Regiones inſigniores.

PONTVS,
BITHYNIA,
ASIA propria,
PHRYGIA,
LYCIA,
GALATIA,
PAPHLAGONIA,
PAMPHILIA,
CAPPADOCIA,
ARMENIA, { minor, maior,
CILICIA,
SARMATIA,
COLCHIS,
IBERIA,
ALBANIA,
CYPRVS,
SYRIA cava,
PHOENICIA,
IVDAEA,
ARABIA, { petræa, deſerta, felix,
MESOPOTAMIA,
BABYLONIA,
ASSYRIA,
MEDIA,
SVSIANA,
PERSIS,
CARMANIAE duæ,
HYRCANIA,
MARGIANA,
BACTRIANA,
SOGDIANA,
SACAE,
SCYTHIA, { intra Imaum, extra Imaum,
SERICA,
ARIA,
PAROPANISVS,
DRANGIANA,
ARACHOSIA,
GEDROSIA,
INDIA, { intra Gangem, extra Gangem,
SINAE,
TAPROBANA.

AFRICA.

Regiones inſigniores.

MAVRITANIA Tingitana.
MAVRITANIA Cæſarienſis,
NVMIDIA,
AFRICA propria,
CYRENAICA,
MARMARICA,
PENTAPOLIS,
ÆGYPTVS,
LIBYA Interior,
ÆTHIOPIA Sub Ægypto,
ÆTHIOPIA Interior.

Cetera verſus Meridiem Ptolemæo incognita fuêre.

OCEANI, MARIA, SINVS, &c.

QVÆ TOTVM ORBIS TERRARVM

ambitum interſecant & alluunt, his nominibus inſigniuntur.

Oceanus

- EXTERIOR, qui & OCCIDVVS.
- HYPERBOREVS.
- DEVCALIDONIVS.
- GERMANIOVS.
- SARMATICVS.
- VERGINIVS.
- HIBERNICVS.
- BRITANNICVS.
- CANTABRICVS.

Mare

- INDICVM.
- PRASSODVM.
- RVBRVM.
- HIPPADIS.
- ASPERVM.
- HYRCANVM, quod & CASPIVM.
- RHYMMIORVM.
- MEDITERRANEVM, in quo IBERICVM.
- BALEARICVM.
- GALLICVM.
- TYRRHENVM.
- IONIVM.
- HADRIATICVM.
- LIGVSTICVM.
- SARDOVM.
- AFRICVM.
- ÆGÆVM.
- EVXINVM.
- MÆOTICVM.
- CRETICVM.
- ICARIVM.
- MYRTOVM.
- RHODIENSE.
- CARPATHIVM.
- LIBYCVM.
- ÆGYPTIVM.
- LICIVM.
- PAMPHILIVM.
- SYRIACVM.
- VENEDICVS.
- ARABICVS.
- PERSICVS.
- BARBARICVS.
- PARAGONTICVS.
- CARMANICVS.
- ICHTHYOPHAGOR.
- MADISANITES.
- PELODES.
- AVALITES.
- ADVLICVS.
- ÆLANITICVS.
- CANTICOLPVS.
- BARIGAZENVS.

Sinus Oceani

- THERIODES.
- COLCHICVS.
- SABARACVS.
- ARGARICVS, vel vt apud eundem, ORGALICVS.
- PERIMVLICVS.
- GANGETICVS.
- PERIMVLVS.
- MAGNVS.
- SINARVM.
- PERIGONIVS.
- VIDOTORA.
- LELAANNONIVS.
- VOLSA.
- DVNVM.
- PRASODIS.
- PASI.

Maris Mediterranei

- HADRIATICVS.
- RIZONICVS.
- TARENTINVS.
- HIPPONIATES.
- CASALVS.
- CARALLITANVS.
- EMPORICVS.
- NVMIDICVS.
- OLCACHITIS.
- SYRTIS, {maior minor
- AMBRACIVS.
- BVTROTVS.
- CORINTHIACVS.
- MESSENIACVS.
- LACONICVS.
- ARGOLICVS.
- SARONICVS.
- AMPHIMALES.
- OETEVS.
- PELASGICVS.
- THERMAICVS.
- CARCINITES.
- CERCETICVS.
- MELAS.
- TORONICVS.
- SINGITICVS.
- ISSICVS.

Freta

- HERCVLEVM.
- CILICIÆ.

Bosphori

- CIMMERICVS.
- THRACIVS.

- HELLESPONTVS.
- PROPONTIS.
- SYRTIS {maior minor.

EVROPAE

HIBERNIA.

PROMONTORIA.

Borium
Rhobogdium
Notium, *vel* Auſtrinum
Sacrum
Iſamnium
Vennicnium.

FLVMINA.

Vidua
Argita
Ravius
Liboeus
Auſoba
Senus
Duris
Iernus
Dabrona
Birgus
Oboca
Buvinda
Vinderius
Logia
Modonus

POPVLI.

Vennicnij
Robogdij
Herdini
Nagnatæ
Auteri
Gangani
Velabori
Vterni
Vodiæ
Brigantes
Darnij
Voluntij
Blanij
Cauci
Manapij
Coriundi.

VRBES.

Nagnata
Manapia
Eblana,
Rhigia, *&*
Rhigia altera
Rhæba
Laberus
Macolicon
Dunum
Ibernis.

INSVLÆ.

Ebuda, *&*
Ebuda altera
Ricina
Maleos
Epidium
Monaœda
Mona
Hedros
Limnos.

ALBION, ſiue BRITANNIA.

PROMONTORIA.

Nouantum
Epidium
Taruidum, *quod &*
Orcas
Ganganorum
Octapitarum
Herculis
Antiveſtæum, *quod &*
Polerium
Ocrinum
Cantium
Viervedrum
Berubium
Taizalum
Ocelli.

SILVA.

Caledonia.

FLVMINA ſiue ÆSTVS.

Clota
Longus
Iryus

Nanzus

Nanæus
Aurauanus
Iena
Deva
Novius
Ituna
Moricamba
Belisama
Seteia
Stutia
Toesobius
Tobius
Rhatostathybius
Sabriana
Vexala
Cenion
Tamarus
Isaca
Halænus
Trisanton
Ila
Loxa
Vara
Tuæsis
Colnius
Diva
Tava
Tinna
Boderia

Alaunus
Vedra
Abus
Metaris
Garienus
Edomantia
Iamissa.

POPVLI.

Nouantæ
Selgovæ
Damnij
Gadeni
Otadeni
Epidij
Cerones
Carnonacæ
Careni
Carnabui
Caledonij
Decantæ
Logi
Mertæ
Vacomagi
Venicontes
Texali
Elgovij
Brigantes
Parisi
Ordovices

Cornavij
Coritavi
Catyeuchlani
Simeni
Trinoantes
Silures
Dobuni
Atrebatij
Cantij
Regni
Belgæ
Durotriges
Dumnonij

VRBES *siue* LOCA.

Setantiorum portus
Magnus portus
Novus port' (portus.
Gabrãtonicorũ salutatis
Nouũ tarum { Leucopibia, Rhetigonium
Selgovarum { Carbantorigum, Vxelum, Corda, Trimontium
Domnionorum { Colania, Vanduara, Coria, Alauna, Lindum Victoria
Gadeorũ { Curia, Bremenium
Varomagorum { Banatia, Tamea, Castra alata, Tuesis
Venicontiorũ { Orrea
Texalnorum { Deuana
Brigãtum { Epeiacum, vinnovium, Caturractonium, Calatum, Isurium, Rhigodunum, Oli cana, Eboracum, Camulodunũ (rica, Legio VI. Nicepho-
Parisorũ { Petuaria
Ordovicũ { Mediolanium, Brannogenium
Cornavionum { Deunana (rica, Legio XX. Nicepho-, Viroconium
Coritanorum { Lindum, Rago
Catyeuclanorũ { Salenæ, Vrolanium
Simerorum { Venta
Trinoantum { Camudolanum
Demetarum { Louentium, Maridunum
Silurũ { Bullæum
Dobunorum { Corinium
Atrebatiorum { Nalcua
Cantiorum { Londinium, Daruenum, Rutupiæ
Regnorum { Neomagus
Dobunorum { Iscalis, Aquæ calidæ, Venta
Durotrigum { Dunium
Dumnoniorum { Voliba, Vxela, Tamare, Isca, Sebasta *altera legio.*

INSVLÆ.

Orcades, *numero circiter* XXX.
Thule
Ocetis
Dumna
Toliapis
Counos
Victesis

HISPANIA.

REGIONES.
LVSITANIA.
BÆTICA.
TARACONENSIS.

PROMONTORIA.

Charidemum
Sacrum
Barbarium
Lunæ mons
Auarum
Orvium
Nerium
Sestij aræ
Lapatia coti, *quæ &*
Trileuicum
Oeaso
Scombraria
Tenebrium
Lunarium.

FLVMINA.

Anas
Bætis
Bælon
Barbesola
Saduca
Dorius
Calipus
Tagus
Monda
Vaca
Ayvs
Mebius
Limius
Minius
Via
Tamara
Vir
Metarus
Nabius
Navilloinus
Nærus
Nerua
Deva
Menlascus*
Terebus
Sætabis
Sucron
Turulis
Pallantia

Iberus
Rubricatus
Sambroca
Clodianus

MONTES.

Pyrenæus
Marianus
Ilipula
Vindius
Edulius
Idubeda
Ortospeda

POPVLI.

Turditani
Bastuli, *qui &*
Pœni
Turduli
Bætici
Celtici
Lusitanij
Vettones
Callaici, *qui*
Bræcarij, *& qui*
Lucensi
Pæfici
Cantabri
Autrigoni
Caristi
Varduli
Vasconi
Bastitani
Contestani
Cosetani
Lætani
Indigeti
Artabri
Caporori
Cilini
Bædui
Scvri
Astures
Brigæcini
Bedunesij
Orniaci
Lungoni
Sælini
Superatij
Amaci
Teburi

Eguri
Turodi
Nemetati
Cœlerini
Bibali
Limici
Grui
Luangi
Quacerni
Lubæni
Narbasi
Vaccæi
Murbogi
Autrigones
Pelendones
Berones
Areuacæ
Carpitani
Celtiberes
Oretani
Lobetani
Hedetani
Elarcaones
Ilergetes
Cerrætani
Authetani
Castellani
Iaccetani.

VRBES Bæticæ.

Onobalusturia
Turdulo
Mnestei portus
Iunonis sacrum
Baelo
Canaca
Seria
Osca
Cæriana
Vrion
Illipula
Setida
Ptucci
Sala*
Nebrissa
Vgia
Asta
Corticata
Turdetanorũ { Lælia, Italica
Bastuloru { Maxilva, Vcia, Carrissa, Calduba, Pæsula, Saguntia, Asindum, Nertobriga, Contributa, Regina, Cursu, Mirobriga, Spoletinum, Læpa, Ispalis, Obucula, Calicula, Oleastrum, Vrbone, Bæsippo, Phornacis, Arsa, Asyla, Astygis, Charmonia.
Menralia, Tranaducta, Barbesula, Carteia, Calpe, Suel, Malaca, Manoba, Sex, Selambina, Abdara, Portus magnus, Baria.
Turdulorum { Setia, Illurgis, Vogia, Calpurniana, Cocila, Baniana, Corduba, Vlia, Obulcum, Arcilacis, Detunda
Murgis, Salduba, Tucci, Sala, Balda, Ebora, Illipula magna, Selia, Vescis, Artigis, Calicula, Lacibis, Sacilis, Lacippus, Illiberis.
Turdetanorũ { Aruci, Arunda, Curgia, Acenippo, Vama
LVSITANIÆ.
Celticorũ { Langobriga, Cepiana, Bretolæum, Mirobriga, Arcobriga, Merobriga, Catraleucos, Turres albæ, Arandis
Turdetanorũ { Balsa, Ossonaba, Salacia, Cætobrix, Pax Iulia, Iulia Myrtilis.
Lusitanorũ { Olius Hippan, Lavare, Aritium, Selium, Elcoboris, Araducta, Verurium, Velladis*, Aeminium, Chretina, Arabriga, Scalabiscus, Tacubis

Vettonum:
- Concordia
- Talabriga
- Rusticana
- Mendiculea
- Caurium
- Turmogon
- Burdua
- Calorium
- Isalæcos
- Amæa
- Ebura
- Norba Cæsarea
- Liciniana
- Augusta Emerita
- Euandria
- Geræa
- Cecilia Mellinon
- Capasa.

Lancia oppidana
- Cottæobriga
- Salmantica
- Augustobriga
- Ocellum
- Capara
- Manliana
- Laconimurgum
- Deobriga
- Obila
- Lama.

TARACONENSIS.

Callaicorum Lucēsium:
- Flauium Brigãtium
- Burum
- Olina
- Voeca
- Libunca
- Pinria
- Caronium
- Turuptiana
- Glandomerum
- Ocelum
- Turriga.

Pæsicorũ: Flavium aũia.

Autrigonũ:
- Flaviobriga
- Vxamabarca
- Segisamunculum
- Burvesca
- Antequia
- Deobriga
- Vindelia
- Saliunca.

Centabrorũ: †Noega Vcesia.

†Ex hoc Noega Vcesia vocabulo oēs Ptolemei interpretes & tabulę ſuuiũ faciũt; ego cũ Græca codice pro oppido habeo. Videntur quoq. mecum ſentire Strabo & Pomponius, qui hoc tractu Noegã vrbẽ deſcribunt.

Astures quas Cãtabri tenent:
- Cuncana
- Octaviolca
- Argenomeſcum
- Vadnia
- Vellica
- Iuliobriga*
- Morocca*
- Camarica.

Caristorũ:
- Sneſtaſium
- Tullica
- Velia.

Vardulorum:
- Menoſca
- Oebala
- Gabalæca
- Tulonium
- Alba
- Seguntia Paramica
- Tritiũ Tuboricum
- Thabuca.

Vascorum:
- Ocaſopolis
- Iturisa
- Pompelo
- Bituris
- Andelus
- Nemanturiſta
- Curnonium
- Iacca
- Gracuris
- Calagurina
- Baſcontum
- Ergauia
- Tarraga
- Muſcaria
- Scia
- Alavona.

Iergetum:
- Bergusia
- Celſa
- Bergidum
- Erga
- Succoſa
- Oſca
- Buttina
- Gallica Flavia
- Orgia
- Ilerda.

Cerretanorũ: Iulia Libyca.

Autheta norũ:
- Aquæ calidæ
- Auſa
- Bæcula
- Gerunda.

Castellanorũ:
- Sebendunum
- Baſi
- Egeſa
- Beſida

Leætanorum:
- Subur
- Barcino
- Bærulo
- Diſuro
- Rubricata
- Blanda.

Coſetanorum: Tarracon.

Bastitanorum:
- Vrce
- Puciala
- Salaria
- Turbula
- Saltiga
- Bigerra
- Abula
- Aſſo
- Bergula
- Carca
- Ilunum
- Arcilacis
- Segiſa
- Orcelis
- Vergilia
- Acci.

Contestanorũ:
- Lucenti
- Carthago noua
- Alonæ
- Illicitatus portus
- Menralia
- Valentia
- Sætabicula
- Ilicias
- Iaſpis.

Hedetanorum:
- Lianium
- Cæſarea Auguſta
- Bernama
- Ebora
- Belcia
- Arſa
- Damania
- Leonica
- Oſicerda
- Hetobema
- Laſsira
- Saguntum
- Hedeta, *que &*
- Leria.

Hercaonũ:
- Tenebrius
- Carthago vetus
- Biſcargis
- Theava
- Adeba
- Tiariulia
- Derroſa.

Indigetũ:
- Emporiæ
- Rhodipolis
- Aphrodiſiũ Hieron.
- Deciana
- Iungaria.

Caparorũ: Iria Flauia

Attaborũ:
- Lucus Auguſti.
- Claudiomeri
- Novium.

Cilinorũ:
- Aquæ Calidæ
- Dactonium.

Bæduorũ: Flauia Lambris.

Seurorum:
- Telamine
- Aquæ Quintiæ.

Asturiæ:
- Lucus Aſtrum
- Laberris
- Interamnium
- Argenreola
- Lanciati
- Maliaca
- Gigia
- Berdigũ Flavium
- Interamnium Flavium (nica.
- Legio VII. Germa-

Briggecinorũ: Brigæcium.

Bedunesiorũ: Bedunia.

Otniacorum: Intercatia.

Lungonum: Pelontium.

Sælinorum: Nardinium.

Superatiorũ: Petauonium.

Amacorũ: Aſturica Auguſta.

Tebutorũ: Nemetobriga.

Egurum: Forum Egurum.

Callaicorũ:
- Bracar Auguſta
- Caladunum.

Bracaciorum:
- Pinetus
- Complutica
- Tuntobriga
- Aradica.*

Nemetanorũ: Volobria.

Celerinorũ: Cœliabriga.

Bibalorum: Forũ Bibalorũ

Limicorum: Forũ Limico-

Gruiorum: Tude. (rum.

Luangonum: Merva.

Quacerno rum: Aquæ Quacernorum.

Lubæbunorũ: Cambetum.

Narbaſorum: Forũ Narbaſo-

Turodorum: Aquę Leç. (rũ.

Vaccæorum:
- Bargiacis
- Intercatia
- Viminacium
- Porta Auguſta
- Antraca*
- Laccobriga*
- Lovia
- Sepontia Paramica
- Gella
- Albocella
- Rauda
- Segiſama Iulia
- Palancia
- Eldana
- Congium
- Cauca
- Octodurum
- Pintia
- Sentica
- Sarabris.

Murbogorum:
- Bravum
- Siſaraca
- Deobrigitla
- Ambilna*
- Setiſacum.

Pelẽdonũ:
- Viſontium
- Auguſtobriga
- Savia.

Beronum:
- Tritium metalum
- Oliba
- Varia.

Arevacarũ:
- Comſluenta
- Clunia colonia
- Termes
- Vxama Argellæ
- Segortialacta
- Veluca
- Tucris
- Numantia
- Segubia
- Noudauguſta

Carpetanorum:
- Illurbida
- Eteleſta
- Ilarcuris
- Varada
- Thermida
- Tituacia
- Mantua
- Toletum
- Caraca
- Libora

Celtiberorum:
- Iſpinum
- Metercoſa
- Barnacis
- Alternia
- Paterniana
- Laminium.

Belſinum
- Turiaſo
- Nertobriga
- Bilbis
- Arcobriga
- Ceſada
- Mediolum
- Attacum
- Ergavica
- Segobriga
- Condabora
- Burſada
- Laxta
- Valeria
- Iſtonium
- Alaba
- Libana
- Vrceſa.

Oretanorũ:
- Salaria
- Siſapone
- Orerũ Germanicũ
- Æmiliana
- Merobriga
- Salica
- Libiſoca
- Caſtulo
- Luparia
- Mentiſa
- Cervaria
- Biaria
- Tiua*
- Lacuris.

Lobetanorũ: Lobetum.

Castellanorũ:
- Sebendunum
- Baſi
- Egoſa
- Beſida.

Iaccetanorum:
- Lilla
- Vdura
- Aſcerris
- Setelſis
- Telobis
- Ceresſus
- Bacaſis
- Ieſpus
- Anabis
- Cinna.

INSVLÆ.

Oceani:
- Trileucæ tres
- Cattiterides decem
- Deorum duæ
- Londobris
- Gadira.

Mediterranei maris:
- Ophiuſa } Pityuſæ duæ
- Ebyſſus }
- Baſcaredes duę, nẽpe
- Maior, in qua ciuitates } Palma, Poletia
- Minor, in qua ciuitates } Iamna, Mago.

GALLIA.

REGIONES.

AQVITANIA
LVGDVNENSIS
CELTICA, *ſiue*
BELGICA
NARBONENSIS.

PROMONTORIA.

Curianum
Santonum
Pectonium
Gobæum
Icium
Citharistes.

FLVMINA.

Rhenus
Rhodanus
Ligeris
Sequana
Arar
Moſa
Garyna
Tabuda
Phrudis
Olina
Tetus
Aturius
Sigmanus
Canentelus
Illeris
Ruſcio
Atagus
Orobius
Araurius
Dubis
Druentius
Iſar
Cænus
Argentius.

MONTES.

Pyreneus
Cemmeni
Alpes
Adulas
Iuraſſus
Setium

POPVLI.

Aquitaniæ:
- Pectones
- Santones
- Bituriges Vibiſci
- Tarbelli
- Limvici
- Arvemi
- Cadurci
- Petrocorij
- Bituriges

Nitio-

Nitiobriges
Vasarij
Tabali
Datij
Ausciij
Velauni
Rutani
Cuqueni.
Biduccsij
Veneli
Lexubij
Caletæ
Osismij
Samnitæ
Aulircij Diaulitæ
Aruvij
Veneleocasij
Ondicæouæ
Aulircij Cenomani
Nametæ
Abricatovi
Aulircij Eburaici
Rhedones
Senones
Carnutæ
Parisij
Tricasij
Turupij
Seguiani
Meldæ
Vadicasij
Ædui.
Batavi
Atrebatij
Belluaci
Ambiani
Morini
Tungri
Menapij
Subanecti *vel* Vbanecti*

Nervij
Rhomandij
Vessones
Rhemi
Triviri
Mediomatrices
Leuci
Nemeti
Vangiones
Tribocci
Raurici
Longones
Elvetij
Sequani.
Narbonēsis: Anatili, Commoni, Daciatij, Volcæ Tectosages, Allobryges, Volscæ Aricomij, Meduli, Segalauni, Tricasteni, Cavari, Salices, Mimeni, Vocondij, Elicoci, Sentij.
VRBES.
Secor portus
Augustoritum
Santonum portus
Limonum
Mediolanum
Nouioniagus
Burdegala
Aquæ Augustæ
Rhatiastum
Aquitaniæ: Douona, Vesuna

Avaricum
Aginnum
Cossium
Anderidum
Tasta
Augusta
Augustonemetum
Rhovesium
Segodunum
Lugdunum.
Briuates portus
Vindana portus
Staliocanus portus
Argenus
Argenūinter vrbes recēsui, secut* Graecū codices: omnes tamēLatini interpretes & tabulę pro flumine intelligūt.
Crociatonum
Nœomagus
Iuliobona
Vorganium
Dariorigum
Nœodunum
Vagoritum
Rhotomagus
Iuliomagus
Vindinum
Condiuicnum
Ingena
Mediolanium
Condate
Agedicum
Autricum
Cenabum
Parisiis Lencotecia
Augustomana
Cæsarodunum
Rhodumna
Forum Segusianorū
Iatinum
Lugdunensis

Nœomagus
Augustodunum
Caballinum.
Gessoriacū navale
Lugodinum
Origiacum
Cæsaromagus
Samarobriga
Tarvanna
Atuacutum
Castellum
Baganum
Ratomagus
Augusta Rhomād.
Augusta Vesson.
Durocortorum
Augusta Tribitor.
Diuodurum
Tullum
Nasium
Belgicæ: Batavodurū, Vetera, Agrippinēsis, Leg. xxx. Vlpia, Bonna, Legio Traiana, Moconticacum — Germaniæ inferioris.
Noemagus, Ruphiana, Forbetomagus, Argētoratū, Leg. VIII. Seba, Breucomagus, Elcebus (cor. Augusta Rauri, Argentuaria, Andomatunū, Ganodurum, Forum Tiberij, Diatrium, Visontium — Germaniæ superioris.
Narbonēsis

Equestris
Auanticum.
Agatha
Fossæ Marianæ
Maritima colonia
Massilia
Tauroentium
Olbia
Antipolis
Forū Iulij colonia
Iliberis
Rhusino
Tolosa colonia
Cessero
Carcaso
Baterræ
Narbocolonia
Vindomagus
Nemausus
Vienna
Valentia colonia
Nœomagus
Acusiorum colonia
Aveniorū colonia
Arrausio
Cabelliorū colonia
Tarusco
Glanum
Arclatum colonia
Aquæ Sextiæ colonia
Ernaginum
Forum Neronis
Vasiorum
Albaugusta
Dinia.
INSVLÆ.
Agatha, cum eiusdem nominis ciuitate
Blasco
Lerone numero
Stœchades, quinque.

GERMANIA.

REGIONES.
CIMBRICA Chersonesus,
CANDIA.
FLVMINA.
Rhenus
Vidrus
Amasius
Visurgis
Albis
Chalusus
Suebus
Viadus *qui & Iadua*
Vistula
Danubius.
MONTES.
Aunobæi
Melibocus
Sudeti
Sarmatici
Asciburgius
Adulas.
SILVÆ.
Gabrita
Lunæ
Semana
Orcynia.
EREMVS.
Elvetiorum.
CAMPI.
Parmecampi
Adrabæ.
FERRI fodinæ.
Siderochia.
POPVLI.
Busacteri parvi
Sycambrij
Suebi
Longobardi

Tingri
Ingriones
Intuergi
Vargiones
Caritni
Vispi
Frisij
Cauchi minores
Cauchi maiores
Saxones
Sigulones
Sabalingij
Cobandi
Chali
Phundusi
Charudes
Cimbri
Pharodeni
Sideni
Rhuticlei
Suebi Angili
Suebi Semnones
Buguntæ
Busacteri maiores
Chæmæ
Angriuarij
Laccobardi
Dulgumnij
Teutonoati
Viruni
Teutones
Anarpi
Æluæones
Ilingæ
Luti Omani
Longididuni
Calucones
Chærusici

Camani
Bonochæmæ
Bateni
Corconti
Luti Buri
Sidones
Cogni
Visburgij
Casuari
Nertereanes
Danduri
Turoni
Marvingi
Chattæ
Tubanti
Teuriochæmæ
Varisi
Curiones
Chætuori
Marcomanni
Sudini
Quadi
Bæmi
Teracatriæ.
VRBES.
Manarnanis portus
Fleum
Siaturanda
Tecelia
Fabiranum
Treva
Lephana
Lirimiris
Marionis
Marionis altera
Cæncnum
Astovia
Alesus

Iaciburgium
Bunitium
Virunum
Virtium
Rhugium
Scurgum
Ascaucalis
Asciburgium
Navalia
Mediolanium
Tetuderium
Bogadium
Stereontium
Amasia, *quæ &*
Amilia, *eodem*
Munitium
Tuliphurdum
Ascalingium
Tullsurgium
Pheugarum
Candoum
Tropæa Drusi
Luppia
Mesvium
Argelia
Calægia
Lupsurdum
Susudata
Colancorum
Lugidunum
Stagona
Limiosaleum
Budorigum
ad finum Persicum: Ammæa, Adicara, Iocura.
Thaspacus, Bithra, Gadirtha, Auzara

iuxta Euphratem: Audatha, Eddara, Balatæa, Pharga, Colorina, Belgnæa.
Barathema, Save, Coche, Gavara.

Aurana, Beganna, Alata, Erupa, Themma, Luma, Thauba, Sevia, Dapha, Sora, Artemita

Odogana, Nachaba, Tedium, Zagmaïs, Arrade, Bere, Abæra, Dumetha, Salma, Allata, Calathusa.

BABYLONIA.

REGIONES.
Chaldæa
Amordacia
Auramitis
Strophas.
FLVMINA.
Basilius

Baarsares.
VRBES.
Bilba, Ciasa, Didugna, Orchoe, Gunda

Batracharta, Berambe, Thalatha, Teredon, Altha, Duraba, Idicara

Thelbencana, Volgesia, Babylon, Beana, Barfita, Chuduca, Theame

Phumana, Iamba, Bethana, Sorthida, Chiriphe, Ratta, Rhagia.

ASSYRIA.

REGIONES.
Arrapachitis
Sittacena
Adiabene
Apolloniatis
Calacina
Arbelitis.
FLVMINA.
Leucus
Caprus
Gorgus.

POPVLI.
Gacamæi
Sambatæ.
MONS.
Ghaboras.
VRBES.
Marda, Savare, Bessara, Belciana (iuxta Tygrim)

Ninus *vel* Ninive, Sacada, Oroba, Thelda, Ctesiphon
Birrhama, Datha, Zigira, Darna, Obana, Thersara

Corcura, Oroba, Degia, Comopolis, Dosa, Gaugamela, Sarbena, Arbela, Gomora, Phisiana, Isonoe, Sura

Chathracharta, Apollonia, Bethura, Arrapa, Binna, Artemita, Sittaca, Herculis aræ, Etsi harum Ptolemæus tantum in descriptione Mesopotamiæ & Susianæ meminerit, ex numerorum notis illis additis, Assyriæ tamen adscribuntur.

MEDIA.

REGIONES.
Margiana
Tropatena
Choromithrena
Elymais
Sigriana
Rhagiana
Daretis
Syromedia.
FLVMINA.
Araxes
Cambysis
Cyrus
Mardus
Staon
Charinda.
LACVS.
Mariane.
MONTES.
Zagrus
Orontes
Iasonius
Coronus.
POPVLI.
Caspij

Cæligi
Cadusij
Geli
Dribyces
Amariacæ
Mardi
Carchudi
Marundæ
Margasi
Sagartij
Tapuri
Sidices
Vaddasi.
VRBES.
Sannina
Tazina
Sabæræ aræ
Cadusiorum vallum
Cyropolis
Amana
Acola
Mandagarsis
Scambena
Gabale

Vca
Varna
Candys
Gabris
Sozoa
Tondarba
Azata
Morunda
Tigrana
Pharambara
Tachasara
Zalaca
Alyaca
Gauzania
Phazaca
Pharastia
Curena
Phanaspa
Gabris altera
Nande
Gazaca
Saraca
Mandagara
Aganzagava
Gaala

Orocana
Alicadra
Phanaca
Nazada
Alinza, *quæ* Orosa
Arsisaca
Alissaca
Dariausa
Sincar
Batina
Vesappa
Nigusa
Sanais
Razunda
Veneca
Bithia
Alinza
Zaranis
Gabena
Larassa
Ecbatana
Locastra
Niphavandra
Guriauna
Travasa

Choana
Auradis
Tibracana
Betharga
Carine
Caberasa
Parachanæ
Arsacia
Gauna
Heraclea
Zania
Aruzis
Zarama
Tautice
Europus
Abacena
Cimbina
Dartha
Gerespa
Rhapsa
Andriaca
Cluaca
Argarandaca
Canatha
Aradiphe

SVSIANA.

REGIONES.
Melitena
Cabandena
Characena
Cissia
Chalapetis
Deera campus.

FLVMINA.
Mosæus
Eulæus
Oroatis.

POPVLI.
Eldimæi
Cassæi.

VRBES.
Vallum Paseni
Tenagus arenosus
Agra
Aracca
Asia
Alinza
Sacrone
Bergan
Susa
Saura
Dera
Agarra
Abina
Tareiana
Sele
Anuchta
Graan
Vrzan.

INSVLA.
Taxiana.

PERSIS.

REGIONES.
Paratacene
Temisdia
Mardene
Toacene.

FLVMINA.
Rhuatis
Idē est cum Oroati superiore Rhogomanis
Brisoana
Bagrada.

MONS.
Parchoatrus.

POPVLI.
Messabatæ
Rhapses
Hippophagi
Susæi
Metores
Sabæi.

VRBES.
Toaca extremum
Chersonesus extremum
Ionaca
Ausinza
Ozoa
Tanagra
Marrasium
Appadana
Axima
Portopana
Persepolis
Niserge
Syeta
Arbua
Cotamba
Poticara
Ardea
Cauphiaca
Batthina
Cinna
Parodana
Taepa
Tragonica
Mætona
Chorodna
Corra
Gabara
Obroatis
Taoca
Parta
Mammida
Vxia
Pasargada
Gabæ.

INSVLÆ.
Tabiana
Soptha
Alexandri, *quæ & Aracia.*

PARTHIA.

REGIONES.
Cominsina
Parthyena
Chorone
Arcticena
Tabiena.

MONS.
Cornus.

POPVLI.
Sobidæ.

VRBES.
Ambrodax
Sinunia
Cariapa extremum
Roara
Suphtha
Araciana
Dordomana
Hecatompylos regia
Sindara
Barbara
Mysia
Charax
Apameia
Semina
Aspa
Marriche
Atmiana
Tastache
Choana
Rhuda
Pasacarta
Simpsimida
Appha
Artacana
Rhagæa.

CARMANIA.

REGIONES.
Rhudiana
Parepaphitis*
Agdenites*
Cabedena
Acanthonitis.

PROMONTORIA.
Armozum
Bagia
Alabagium.

FLVMINA.
Dara
Arapis
Carius
Achidana
Andanis
Saganus
Sarus
Samydochus
Hydriacus
Zorambus.

MONTES.
Persici
Semiramidis
Strongylum.

POPVLI.
Camelobosci
Soxotæ
Aeræ
Charadnæ
Pasargadæ
Chelonophagi.

VRBES.
Carpella extrema
Canthapis
Armusa
Agris
Combana
Gogana
Magida
Samycade
Tesa
Quisa portus
Deranobila
Cophanta portus
Badara
Musarna
Portospana
Carmane metropolis
Tespis
Nepista
Chodda
Tharsiana
Alexandria
Sabis
Oroasca
Ora
Cophranta.

INSVLÆ.
Sagdiana, *in qua ciuitas* Miltus
Vorochra
Palla
Carminna
Liba.

CARMANIÆ DESERTÆ.

REGIO.
Medomestica.

POPVLI.
Isatichæ.
Ganandadopydnæ
Zuthi.

ARABIA FELIX.

REGIONES.
Myrrifera
Thurifera.

PROMONTORIA.
Palindromos
Posidium
Ammonij
Cane
Syagros
Corodamum
Asaborum
Solis sanum
Chersonesus.

FLVMINA.
Bætius
Prium
Ormanus
Lar.

FONS.
Styx.

MONTES.
Melani, *qui Asabono cognominantur.*
Hippos
Zametos

Prionoton
Mirithi
Cabubathra
Didymi
Climax
Melan
Syagrus.

POPVLI.

Thamyditæ
Sideni
Darræ
Banubari
Arsæ
Cassanitæ
Elisari
Adramitæ
Macæ
Nareiti
Ætæij
Geræi
Themi
Leanitæ
Abucæi
Scenitæ
Thaditæ
Saraceni
Thamydeni
Napatæi
Athritæ
Mnasæmanes
Vadeni
Læeni
Astageni
Iolysitæ
Catanitæ
Thanvetæ
Manitæ
Salapeni
Cynædecolpitæ
Magetæ
Minæi
Dosareni
Mocoretæ
Sabæi
Anchitæ
Melangitæ
Dachareni
Zeeritæ
Bliulæi
Omanitæ
Cattabeni
Sachalitæ
Iobaritæ
Allumæotæ
Sophanitæ
Birhibanitæ
Rhabanitæ
Cathrammitæ
Masonitæ
Saritæ
Sappharitæ
Homeritæ
Rhathini
Maphoritæ
Asciræ.

VRBES.

Onne
Modiana
Hippos vicus
Phœnicum vicus
Rhaunati vicus
Chersonesus extremũ
Iambia vicus
Copar vicus
Arga vicus
Zaaram regia
Centus vicus
Thebæ
Badei regia
Ambe
Mamala vicus
Adedi vicus
Puani
Pydni
Æli vicus
Napegus vicus
Sacatia
Mara videtur apud eundẽ lib. 8. † Musa emporium
Sosippi portus
Pseudocelis
Ocelis
Sanina
Madoca
Maraca
Dees vicus
Arabiæ emporium
Atmanisphie vicus
Ebisma
Magnum littus
Dama vicus
Aegisthe
Parvum littus
Caue emporium
Trulla portus
Mephath vicus
Embolon vicus
Tretos portus
Thiallela vicus
Moscha portus
Cumacatum vicus
Ausara
Ange vicus
Astoa vicus
Neogiala nauale
Bosara
Dianæ oraculum
Abisa
Cryptus portus
Regma
Canipsa
Cayana
Sarcoe
Cadara
Arta vicus
Magindana
Gera
Bilæna
Thar
Istriana
Mallaba
Iramus
Adari
Coromanis
Leanites sinus
Sacer sinus
Aramava
Ostama
Thapava
Macna
Acale
Madiama
Ochrona
Obrapa
Iadi vicus
Pharatha
Satula
Laba
Thæma
Gæa
Æna
Zugana
Gæsa
Soaca
Egra
Salma
Arre vicus
Digena
Saphtha
Phigia
Badais
Ausara
Iabri
Alata
Mochura
Thumna
Alvare
Phalagni
Salma
Gorda
Maraga
Ibirtha
Laorippa
Carna
Biabana
Goeratha
Catara
Rhæba
Mocoraba
Sata
Masthala
Domana
Attia
Ruana
Chabuata
Thumata
Olapia
Inapha
Tiagar
Appa
Agdami
Acarman regia
Idara
Nascus metropolis
Labris
Latea
Hieracon vicus
Alabana
Chariatha
Laatha
Omanum emporium
Marasdi
Baraba metropolis
Nagara metropolis
Iula
Amara
Magulaba
Silæum
Mariana
Thumna
Suodona
Marimatha
Saba
Menambis regia
Thauba
Saubatha metropolis
Madasara
Gorda
Thavane
Meda
Araga
Sarvon
Mæpha metropolis
Saraca
Saphara metropolis
Are regia
Rhæda
Baenum
Thuris
Lachera
Hyela
Maccala
Sachle
Save regia
Deva
Socchor
Bana
Dela
Coa.

INSVLÆ.

Arabici sinus:
- Æni
- Timagenis
- Zigæna
- Dæmonum
- Polybij
- Hieracon
- Socratis
- Cardamena
- Are
- Catacecaumene
- Maliachi *duæ*
- Aani *duæ*.

Persici sinus:
- Cocconagi
- Dioscoridis, *in qua ciuitates* Trere Dioscoridis
- Organa
- Sarapidis.

Rubri maris:
- Apphana
- Ichara
- Tharo
- Tylus
- Aradis.

HYRCANIA.

REGIONES.

Sichracene
Arsitis.

FLVMINA.

Maxera
Oxus.

POPVLI.

Astabeni
Maxeræ
Chrendi.

VRBES.

Saramanna
†Socanaa

Cõtra omnes qui hactenus Ptolemæum interpretati sunt, aut tabulas addidere, apud quos hoc vocabulũ Socanaa pro flumine receptũ fuit, nos hoc inter ciuitates reponimus: secuti nõ tãtum Græci codicis fidem, sed & Marcellini scriptoris minimẽ cõtemnendi auctoritatẽ. Is enim inter Hyrcaniæ maritimas vrbes numerat Socondã & Saramannam, neque præter Oxum & Maxeram, alios amnes Hyrcaniæ attribuit.

Barauge
Adrapsa
Casape
Abarbina
Sorba
Sinaca
Hyrcania metropolis
*Amarva
Amarusa *lib. 8. apud eundem*
Sale
Asmura
Mausoca.

INSVLA.

Chalca.

MARGIANA.

FLVMEN.

Margus.

POPVLI.

Derbiceæ
Massagetæ
Parni
Daæ
Tapori.

VRBES.

Ariaca
Sina
Aratha
Argadina
Iasonium
Rhea
Antiochia Margiana
Guriana
†Nisæa
Nigæa, *idem lib. 8.*

BACTRIANA.

FLVMINA.
Dargomanes
Zatiaspes
Arramis
Dargidus.

POPVLI.
Calataræ
Zariaspæ
Chomari
Comi
Acinacæ
Tambysi
Tochari
Marucæi
Scordæ
Varni
Avadiæ
Orsippi
Amarispi.

VRBES.
Charta lib.8. †Chatracharta
idem. Charispa
Choana
Surogana
Phrati
Alichorda
Chomiara
Curiandra
Cuaris
Astacana
Tosmuanassa
Menapia
Eucratidia
Bactra regia
Ostobara
Maracanda
Maracodra

SVGDIANI.

REGIO.
Vandabanda.

FLVMINA.
Oxus
Iaxartes
Dymos
Bascatis.

STAGNVM.
Oxiane.

MONTES.
Auxacij
Caucasij veri
Oxij
Sugdij.

POPVLI.
Pascæ
Iatai
Tachori
Augali
Oxydrancæ
Drybactæ
Candari
Mardieni
Vxiani
Chorasmij
Drepsiani
Arisles
Cyrradæ.

VRBES.
Cyteschata
Oxiana
Maruca
Cholbesina
Tribactra
Alexandria Oxiana
Indicomordana
Drepsa
Alexandria vltima.

SACÆ.

REGIO.
Comedorum vallis.

MONTES.
Astancas
Imaus.

POPVLI.
Caratæ
Comari
Comedæ
Massagetæ
Grynæi Scytæ
Tournæ
Byltæ.

LOCVS.
Turris lapidea.

SCYTHIA
INTRA IMAVM.

REGIO.
Conadipsas.

FLVMINA.
Rhymmus
Daix
Iaxartes
Iastus
Polytimetus.

MONTES.
Alani
Rhymmici
Norossus
Aspisij
Tapuros cos dē vocat †Sapuri
Suebi
Anarei.

POPVLI.
Alani Scythæ
Susobeni
Agathyrsi
Sætiani
Massæi
Suebi
Thaces
Rhobasci
Azani
Iordij
Corasphi
Orgasi
Iotæ
Aorsi
Iaxartæ
Mologeni
Sammitæ
Zaretæ
Safones
Tybiacæ
Tabeini
Iastæ
Machageni
Norossi
Orosbes
Cachassæ Scythæ
Aspij Scythæ
Galactophagi
Tapurei
Ascatanæ
Anarei
Ariacæ
Nomastæ
Sagaraucæ
Rhibij, *quorum*

CIVITAS.
Davaba legit lib. 8. idem. Aspabora
†Daubæ.

SCYTHIA
EXTRA IMAVM.

REGIONES.
Auxacius
Casia
Achasa.

FLVMEN.
Oechardus.

MONTES.
Auxacij

Hemodi.

POPVLI.
Abij Scythæ
Chaetæ Scythæ
Hippophagi
Charauni Scythæ.

VRBES.
Auzacia
Issedon Scythica
Chaurana
Soeta.

SERICA.

REGIO.
Asmiræa.

FLVMINA.
Oechardus
Bautes.

MONTES.
Annibi
Ottorocorras
Asmiræi
Thagurus
Serici
Casij
Auxacij.

POPVLI.
Anthropophagi
Annibi
Auxiacij
Siziges
Damnæ
Calij
Issedones
Oechardæ
Piaddæ
Nabannæ
Garenæi
Throani
Batæ
Ethaguri
Aspacaræ
Ottorocorræ.

VRBES.
Damna
Piada
Asmiræa
Tharrana
Issedon Serica
Aspacara
Drosiche alibi apud eundem †Drosache
Paliana
Abragana
Thogara
Solana
Daxata
Orosana
Ottorocorra
Sera metropolis.

A R I A.

REGIO.
Scorpiofera.

FLVMEN.
Arias.

STAGNVM.
Aria.

MONTES.
Batous
Sariphi.

POPVLI.
Nisæi
Staveni
Mazorani
Caserotæ
Parutæ
Obares
Drachmæ
Ætymandri
Borgi.

VRBES.
Dista
Nabaris
Tava
Augara
†Bitaza
Sarmagana
Siphare
Rhagaura
Zomuchana
Ambrodax
Boradia
Varpna
Godana

Bitaxa idē lib. 8. Geographiæ

Phoraga
Chatrisacha
Chaurina
Orthiana
Taupana
Astanda
Articaudna
Alexandria in Ariis
Bæbarsana
Caputana
Aria
Basica
Sotira
Orbetane
Nisibis
Paracanace
Gariga
Darcama
Cotace
Tribazina
Astasana
Zimyra.

PAROPANISVS.

FLVMINA.
Dorgomanes
Gobria.

MONTES.
Parsueti
Paropanisus.

POPVLI.
Cabolitæ
Aristophyli
Pabij
Parietæ
Ambautæ.

VRBES.
Parsiana
Barzaura
Artoarta
Baborana
Capisa
Niphanda
Drastoca
Gazaca
Naulibis
Parsia
Locharna
Daroacana
Carura, *quæ & Ortospana*
Garbaca
Barrarda
Arguda.

DRANGIANA.

REGIO.
Tanacene.

MONTES.
Bartij† Bætij.

iidem sunt apud eundē, in descriptione Gedrosiæ scilicet

POPVLI.
Rhandæ
Bactrij.

VRBES.
Prosphthasia
Rhuda
Inna
Aricada
Asta
Xarxiare
Nostana
Pharazana
Bigis
Ariaspe
Arana.

ARACHOSIA.

POPVLI.
Bartietæ
Sydri
Rhæplutæ

Eroitæ.

VRBES.
Ozola
Phoclis
Alexandria
Rixana
Arbaca
Sigana
Choaspa
Arachotus
Asiace
Gammace
Maliane
Dammana.

FONS.
Arachotus.

GEDROSIA.

REGIONES.
Pardena
Parisiena.

FLVMEN.
Arabis.

MONTES.
Arbyti.

POPVLI.
Aberitæ
Garsidæ
Musarinæi

Rhamnæ.

VRBES.
Rapava
Gynaecon portus
Bœamba
Rhizana
Badara
Cuni
Musarna
Cottobara
Sosxetra
Oscana
Easis
Omiza
Arbis.

INSVLÆ.
Asthæa
Codanæ.

INDIA
INTRA GANGEM.

REGIONES.
Indoscythia
Ariaca
Patalena
Sabiria
Arsa
Syrastrene
Larice
Suastene
Casperia
Ctylindrene
Toringorum idem alibi Limyrica
Goryæa
Paralia† Sorigorum
Mæsolia

Prasiace
Sauarabitis
†Pandionis regio
Candionorum *populos legit idē alio in loco, aut memoriæ lapsu, aut typographi vitio.*

PROMONTORIA.
Balæum
Simylla
Comaria
Cory, *quod & Calligicum.*

FLVMINA.
Mophis
Namada
Goaris
Benda
Nanaguna
Pseudostomum
Baris
Solenis
Chaberus
Tynna
Mæsolus
Mandu
Dosaron
Adamas
Indus, *eius ostia sunt*
Sagapa
Sinthon
Chrysum
Charyphon
Saparages
Sabalassa
Longibari
Coa
Suastus
Bidaspis
Sandabala
Rhuadus
Babasius
Zadadris; *amnes in eum defluentes*
Coa
Suastus
Bidaspis
Sandabala
Rhuas
Babasis
Zadadrus
Ganges; *eius sunt ostia*
Cambysus
Pseudostomum
Antibole
Magnum
Camberichum *amnes in eum defluentes*
Diamuna

Sara-

Sarabus
Tuso.

MONTES.

Apocopi, *qui appellãtur*
Pœnæ Deorum
Sardonix
Vindius
Bittigo
Adisathrus
Vxentus
Aruedon.

POPVLI.

Lampagæ
Deradræ — Ariacarum
Pulindæ
Sadini
Pyratæ
Carei
Bati
Toringi *vel* Sorigi
Aruarnos legit idem alibi †Arvari
Gandaræ
Pandani
Caspiræi
Gymnosophistæ
Datichæ
Anichæ
Agriophagi
Chatræi — Piratarum
Tabasi
Phylitæ
Bittij
Candali
Ambatæ
Soræ Nomades
Bolingę — Museris lib.8.vocatur apud eũdem
Porvari
Adisathri
Mandralæ
Cocconagę
Salaceni
Sabatæ
Drylophylitę — Lymiricæ
Brachmani
Aruæi
Badiamæi
Gangaridæ
Aij
Mæsoli
Prapiotæ
Siramnæ.

VRBES.

Syrastrenæ:
- Naustathmus
- Bardaxima
- Syrastra vicus
- Monoglossum emporium.

Larices:
- Pacidare vicus
- Camane
- Nusaripa — Aiorũ
- Pulipula
- Barygaza
- Agrinagara
- Seripala
- Bammagura
- Sazantium — Careorum
- Serogera
- Ozene regia Tri-
- Minagara (stani

Tiagura
Natica.
Supara — Pandionis
Dunga
Simylla emporiũ
Hippocura
Balipatna
Malippala
Serisabis
Tagara
Bathana regia Siro-Batorum
Deopale (polemij
Gamaliba
Omenogara
Natarura
Tabasso
Inda
Tiripandàga — Paraliæ Toringorum hue Sorigorum
Hippocura
Beleocuri
Saburium
Syrimalaga
Calligeris
Modogulla
Petirgala
Banausa.
Mandagara
Bizantium
Chersonesus
Armagara
Nitriæ emporiũ — Aruarorum vel Arnarnorum
Olochoëra (polis
Musopale metro-
Tyndis
Aramagara
Callicaris
† Modiris emporium
Podoperura
Semne
Coreura
Bacare
Narulla
Cuba
Pallura
Pasago
Manganur
Scurellur
Purata
Aloa — Mesolitæ
Carura regia
Cerobothra
Arembus
Bideris
Pantipolis
Adarima
Coriur.
Melenda
Elancorum emporium
Cottiara
Bambala
Comaria
Morinda.
Sosicuræ — Goricæ
Colchi emporiũ
Mendela
Selur
Tittua — Gandareorum
Mantirtur.

Argiri ciuitas
Satur emporium
Tænur — Pandanorum
Perincari
Corindiur
Tangala
Modura regia Pan-
Acur. (dionis.
Nicama metropolis
Tellyr
Corula
Calindœa
Bata
Talata
Caliur
Tennagora
Ecur
Orthura regia Sornacis
Bere — Indoscythiæ
Abur
Carmara
Nargur
Chaberis emporium
Saburas empor.
Podoce emporium
Melange emporium
Cottis
Manarpha emporium
Cerange
Phrurium
Carige
Poleur
Picendaca
Iatur
Scopolura
Icarta
Malango regia Basaronacis
Agus
Candipatna. — Gymnosophistarum & Dari-
Contacossyla em-
Coddura (por. charũ
Allosygne empor.
Apheterium
Pacura
Panigæna — Anicharũ
Gaticardamna
Cannagara
Cottobara
Sippara
Mapura
Minagara
Cocala
Cosamba
Polura
Calliga — Caspireorum
Bardimana
Coruncala
Phagytra
Pityndametropolis
Cæsana
Barborana
Gorya
Nagora, *quæ & Dionysopolis*
Drostaca.
Proclaris
Naulibe.

Labaca
Sagala, *quæ & Euthymedia*
Bucephala
Iomusa.
Artoartar
Andrapana
Nasbana
Banagara
Codrana
Embolima
Pentagramma
Asigramma
Tiauspa
Aristobathra
Axica
Paradabathra
Pisca
Paspeda
Susicana
Bonis
Colala
Patala
Barbari
Xodrace
Sardana
Axumis
Asinda
Orbadari
Theophila
Astacapra
Panasa
Budæa
Naargramma
Camigara
Binagara
Parabali
Sydrus
Epitausa
Xoana
Conga
Margara
Batancæsara
Passula
Orza.
Persæra
Sannaba
Toana.
Salagesa
Astrassus
Labocla
Catanagra
Arippara
Amacastis
Sobalasara
Caspira
Pasicana
Dædala
Ardone
Indabara
Liganira
Chonnabarara
Modura, *siue* Deorum
Gagasmira
Cragausa metropolis
Cognabara.
Sambalaca
Adisdara

Prasiacæ:
- Canagora
- Cindia
- Aninacha
- Coanca
- Sagala*.

Savarabatidis:
- Empelathra
- Nandubandagar
- Tamasis
- Curaporina

Palindarum Agriophagarum & Chatręorũ:
- Nigramma
- Antachara
- Sudasanna
- Surpis
- Patistama
- Sinapatinga.

Tabasorum:
- Cognabanda
- Ozoamis
- Ostha
- Cossa.

Phylitarũ Cãdolorũ & Ambatarũ:
- Agara
- Adesathra
- Soara
- Nygdosa
- Anara.

Sorarum:
- Sangamartæ
- Arcati regia
- Sora.

Bolingarum:
- Tagabasa
- Baramantis.

Porvatorum:
- Birdama
- Tholubana
- Mallæta.

Adisthrorũ:
- Maleba
- Aspathesis
- Panassa
- Sagida metropolis
- Balantipyrgum.

Mandralarum:
- Astagura
- Sambalaca
- Sigala
- Palibothra
- Tamalites
- Oreophanta.

Branchmanorum Badiamæorum:
- Brachma.
- Tathilba.

Drilophylitarum:
- Sibrium
- Opotura
- Ozoana.

Cocconagarum:
- Dosara
- Cartenaga
- Cartasyna.

Salacenorum:
- Benagurum
- Castra
- Magaris.

Sabararum:
- Tasopium
- Carecardama.

Gangaridarum:
- Gange.

INSVLÆ.

Baraee
Milizigeris
Heptanesia
Tricadiba
Peperina
Trinesia
Leuce
Panigeris
Cory.

INDIA
EXTRA GANGEM.

REGIONES.

Aurea
Argentea
Aurea Chersonesus
Cirrhadia
Chalcitis

Latronum
lib.7.ac-gionis: lib.8.autẽ vibis nomen est.
†Rhandamacotta.

PROMONTORIA.

Temala
Berabæ
Malæi colon
Zaba.

FLVMINA.

Latameda
Tocosana
Sadus
Berabonna
Temala
Sypa
Chrysoana
Palandas
Attaba
Sobannus
Doanas
Dorias
Serus.

MONTES.

Bepyrrhus

Mæandrus
Damasi
Semanthini.

POPVLI.

Aerradi
Bisingeri anthropophagi
Latroues, *siue* Lestorum
Tangani
Marundæ
Tacoræi
Corancali
Passadæ
Piadæ, *seu* Besadæ
Samiræ anthropophagi
Animachæ
Indaprathæ
Iberingæ
Labasæ
Nangologæ
Cacobæ
Basanaræ
Codutæ
Baræ
Doanæ.

VRBES.

Pentapolis
Baracura emporium
Sambra
Sada
Berabonna emporium
Temala
Sarabaco
Babysenga
Berabæ
Tacola emporium
Sata emporium
Coli
Perimula
Samaranda
Pagrasa
Pithonobaste empor.
Acadra
Zaba
Thagora
Balonga metropolis
Throana
Corgatha metropolis
Sinda
Pagrasa
Ahanagara
Sapolus
Storna
Forta
Rhappha
Boræta
Sorygasa
Tondota
Elydna
Aragara
Talariga
Lampura
Canogisa
Cassida
Eldana
Asanamara
Archmara
Vrathine
Suanagura
Sagoda
Anina
Salatha
Nardus
Athonagurum
Manæna
Tosale metropolis
Alosanga
Adesaga
Cimara
Parsiara
Tugma metropolis
Arisabium
Posinara
Pandasso
Sitteberis
Triglupton regia
Lariagora
Rhingiberi
Agemytha
Tomara
Dasana
Mareura metropolis
Lassyppa
Bareuathra
Balonca
Cocconagora
Tharra
Palanda
† Rhandamarcota. *ex lib. 8. regionis enim nomen est lib. 7.*

INSVLÆ.

Bazacara
Salina, *cuius incolæ* Aginnatæ
Boni genij
Anthropophagorum *numero tres*
Barussæ, *numero quinque*
Subadibæ *tres*
Iabadij, *in quo metropolis* Argentea
Satyrorum *Aliæ decẽ numero, quorum incolæ dicuntur*
Maniolæ.

SINAE.

PROMONTORIA.

Notium
Satyrorum.

FLVMINA.

Aspithra
Ambastus
Senus
Cottiaris.

POPVLI.

Aethiopes Ichthyophagi.
Sematheni
Acardæ
Aspithræ
Ambaræ
Sinæ Ichthiophagi.

VRBES.

Bramma
Cattigara
Acadra
Aspithra
Cocconagara
Saraga
Thine metropolis
Sinæ *leguntur Latini codices.*

TAPROBANA,

olim SIMONDI, nunc SALICA.

PROMONTORIA.

Boreum
Ogaliba
Andrasimundi
Iouis
Orneon
Bacchi
Cetæum
Oxeia.

FLVMINA.

Soana
Azanus
Baraces
Ganges
Phasis.

MONTES.

Galibi
Malea.

POPVLI.

Salæ
Galebi
Mudutti
Emmi
Sandocandæ
Bumathani
Anugrammi
Nagadebij
Oani
Bocani
Diorduli
Rhodagani
Nageri, & Elephantorum pascua.

VRBES.

Margana
Iogana
Sindocanda
Pria pius portus
Anubingara
Nubarta
Odoca
Dana, Lunæ sacra
Corcoba
Comana
Mardulamne
Abaratha
Solis portus
Littus magnum
Procuri
Rhizala portus
Spatana portus
Nagadiba
Anubingara
Moduti emporium
Talacori emporium
Anurigrammum
Naagrammum
Adesamum
Poduca
Vlipada
Nacaduma.

INSVLÆ.

Vangalia
Canathra
Ægidium
Orneon
Monache
Ammine.
Garcos
Philicus
Irene
Calæadua
Arbana
Basia
Balaca
Alaba
Gumara
Zaba
Bizala
Nagadeba.
Susnara. *Hæ insulæ tãtùm nominantur, ex mille trecentis septuaginta octo, quæ ante Taprobanam sunt.*

FINIS.

DE MONA DRVIDVM INSVLA, ANTIQVITATI SVÆ RESTITVTA (CVIVS IN ANGLIÆ DESCRIPTIONE MEMINIMVS) EPISTOLA NOBILIS ET ERVDITI VIRI HVMFREDI LHVYD, in qua etiam de Armamentario Romano, cuius in Hollandia facta est mentio, non ineleganter disceptatur.

QVOD initam inter nos nuper amicitiam obliuioni non tradidisti, meque tuis literis salutare, & munere mihi gratissimo donare dignatus es, summas ago tibi gratias, doctissime Ortelii Deumque testor, nihil vmquam mihi gratius accidere potuisse, quàm inter viros doctos & Antiquitatum assertores, si per longissimam terrarum distantiam hoc liceret, versari. Sed antequam ad plenum tuæ dulcissimæ epistolæ responsum deveniam, hoc præfari libet: me, postquam bonas litteras vix à limine salutassem, meipsum in familiam Illustrissimi Principis Comitis Arundelij inseruisse, ibique hos quindecim annos continuos mansisse, vbi nec Latinè loquendi nec scribendi toto hoc tempore aliqua mihi concessa fuit opportunitas, vnde contigit me Latini sermonis elegantiam seruare non potuisse. Tuam igitur humanitatem precor, vt meam hanc barbariem boni consulas; & non eloquentiam, sed rem ipsam verbis vtcumque vulgaribus, & phrasi parum Latinæ expositam, animumque tui dedissimum consideres: & si quid post hac ad te mittam, quod libro tuo (cuius mentio aliquid rarum mihi promittere videtur) inserere libuerit, te logodædalum & dictionis illustratorem constituo.

Interim quid ego de hac turri Britannica (cuius nomen Ortelius iam mundo illustre suis elegantissimis typis fecit) coniectura assequi possum, cùm certi nil me legisse contigit; accipito. Britannos, omnesq. Oceani accolas olim piraticam exercuisse, ex nostris Annalibus Britannica lingua scriptis liquet; cosque sæpenumero in Morianam, Rhuteniam, & Germaniam traiecisse constat, quæ nomina Morianæ & Rhutheniæ, nostrates & Angli nostrarum historiarum interpretes, ob linguæ & historiarum imperitiam, in Mauritanos & Russos satis infeliciter pro Morinis & Flandris contorquent. Igitur cùm nullus esset commodior portus quàm ostium maximi fluuij, verisimile est eos in illum locum sæpiùs traiecisse, & inde incolas turrim aliquam ad eorum impetum resistendum fabricasse, & Imperatores Romanos hoc ædificium (nomine seruato) postea in alium vsum conuertisse. Alia etiam coniectura ex eadem officina fabricari potest: Antonini tempore etiam, cùm iam mare per Saxones & Frisios infestaretur, ipse hoc ædificium instauraui, impositis in eodem ex Britannico exercitu militibus, vnde & nomen adipisci potuit. Restat vna, quæ instar omnium erit. Cùm Britannia tunc temporis esset quasi horreum Occidentalis Imperij, & annona illinc transferebatur per Britannos, ad exercitum limitis Germanici custodem alendum, nullus aptior locus erat deponendi onera, quàm in ostio maximi fluminis Rheni, vbi itcrum alterius generis nauibus contra cursum aquæ per Menapios ad Coloniam & Maguntiam vsque (vt nunc factitant) veheretur: vnde ille locus cùm & esset mercatorum Britannorum receptaculum, & annonæ ab illis inuectæ quasi horreum (qualia refert Ammianus Marcellinus Iulianum Cæsarem multa per Galliam & Germaniam pro Britannica annona conseruanda extruxisse, & alia incensa & diruta restaurasse) à frequentia Britannorum, Britannici nomen meruit. Has autem nudas coniecturas, nullis testimoniis corroboratas, tuo iudicio excutiendas relinquo, quem non dubito, ex multiiuga tua cognitione, multo meliora in medium adferre posse.

Restat, vt de Monæ insulæ nomine & situ, quæ apud antiquiores & modernos auctores obseruaui, quæq. ipse experientia & ex linguæ Britannicæ (qua iam illus Insulæ incolæ vtuntur) cognitione didici, tibi, cui aliquid denegare, quod vires meæ præstare possint, apud me piaculi loco erit, aliquid scribam; quamvis scio me hoc factitando nomen meum multorum calumniis exponere, quia errores semel imbibiti difficillimè euellintur, maximè cùm Polydori Virgilij, viri docti, & non vulgaris eloquentiæ, auctoritate confirmentur: sed pace eorum dixerim, virum hunc Annales suos manifestis erroribus & mille mendis impleuisse, idque non solùm ei accidisse ob imperitiam linguæ Britannicæ, (quam nunc Angli more Germanico, tamquam illis non intellectam, Wallicam vocant) sine qua nec nomen ipsius Insulæ rectè intelligitur, cùm alij per p, alij per b, alij per ph, litteras scribunt: sed etiam quòd meliores auctores non legerit, vel quòd inuidia Britannici nominis (quod nobilissimi Roman. Imperatorum nimis studiosè amplexi sunt) tumens, eorum auctoritates parvipendens, & sibi nimium tribuens, (spretis melioribus) Guilhelmi cuiusdam & re & nomine parvi exercitientis cæcus vestigia secutus sit. Sed crepet licet Britannicæ gloriæ vellicator impudentissimus, dum exstant inter Græcos, Diodorus Siculus, Dion Cassius bis Consul, Herodianus, Plutarchus, Pausanias, Ptolemæus & Strabo: Inter Latinos, Cæsaris commentaria, Cor. Tacitus, Eutropius, Suetonius, Orosius, Aelius Spartianus, Iulius Capitolinus, Aelius, Lampridius, Flavius Vopiscus, Aurelius Victor, Ammianus Marcellinus, Sextus Rufus, Panegyrica Mamertini & aliorum, Plinius, Antoninus, Mela, & Solinus, præter Annales antiquissimos Britannicè scriptos, Gyldas tres, Nenium, & clarioris eruditionis multos alios, qui ante adventum Anglorum, quos nostrates veteri nomine adhuc seruato Saxones vocant) res Britannicas scriptis suis illustrauère, & post deuictam ab illis illam insulæ partem, quam illi Angliam, nos verò Loëgriam, antiquum nomen retinentes, dicimus: Asserius, Obbernus, Felix Monumetensis, Huntyngtonensis, Malmesburiensis, Annouillanus, Iscanus, Necchamius, Gyraldus Parisiensis, Trenetus, & infiniti alij, crepet, (inquam) licet imperiosus Vrbinas, & clarissimis Britannorum rebus gestis oblatret, dum hi classicum Britannicæ gloriæ canent, nusquam poterit mendacissimus suis calumniis Britanniæ decus, & nominis famam, à tot clarissimis viris decantatam, vel obscuram reddere, vel aliqua infamia inurere. Iam ad Monam redeundum est, quàm Polydorus satis pro imperio nomine antiquo prituuit, anonymamque relinquens, Menaviam vtroque decorauit, quod facilè & ex Romanis, Græcis, & Britannicis scriptoribus, & incolarum lingua, hunc in modum probatur.

Constat ex Cæsare, Tacito, & reliquis, Monam esse insulam Britanniæ finitimam, inter ipsam & Iverniam sitam, in quo mari duæ sunt tantùm alicuius nominis & magnitudinis (præter Hebrides) insulæ. Igitur necesse est, vnam harum antiquorum Monam fuisse. itaque situm vtriusque insulæ ante oculos ponendum esse duxi, vt inde cetera faciliùs intelligantur. Prima, quam Polydorus Angliseam vocat, finitima est ex Britanniæ parti quam nos Cambriam, Angli verò Walliam vocitant, à qua tenuissimo separatur maris sinu (ab incolis *Menai* dicto) ita quòd iuxta medium insulæ, non longiùs quàm

mille passus pateat. In Orientali parte insulæ est castrum fortissimum, & elegans vrbs, opus Edvvardi primi Angliæ Regis, cui bello Marisco nomen est inditum. In aduersa verò parte est locus traiiciendi in Iverniam aptissimus, & Anglis visitatissimus, quod illi *Holyhead* quasi sacrum caput, nos verò *Caercybi*, id est, civitatem Kybij dicimus. In ea insula est *Aberfrau* ante trecentos annos Principis Guynedliiæ (quam Angli Nortwalliam, & barbari Venedociam vocant) Regia: boum & ovium multitudine (pro insulæ magnitudine) clara, triticiq́ue ita abundans, vt ob fertilitatem mater Cambriæ vulgò nuncupetur: arborum inopia maxima, quamvis quotidie ingentes trunci, & radices, abietesq́. miræ longitudinis in campis passim sub terra inveniantur. Incolæ Britannica vtuntur lingua, Anglicæ penitus imperiti: Angliæ tamen regibus post 300. annos cum reliqua Cambria parent. Nunc verò ad secundam, quam Polydorus nuper Monæ nomine donauit, deveniamus. Ea sita est in medio maris, à proximo Britanniæ promontorio distans viginti quinque milliaribus, magnitudine priori pænè æqualis, magis tamen sterilis & inculta, hominesq́. imbelles (nisi qui ab Anglia ob insulæ custodiam à Comite Derbiensi, cuius patrimonij est, mittuntur) gignit. Lingua Scotica sive Ivernica, quæ eadem est, vtuntur. Distantia vtriusq́. ab Ivernia ferè eadem. Iis prælibatis, quid Romani de ea scripsere, discutiamus, inter quos Cæsar primus Monæ meminit, & post eum Plinius & Dion Cassius, sed nihil, præter nudum nomen, & eam in mari inter Britanniam & Iverniam sitam esse, in medium attulere, quod vterque nostrûm etiam fatetur. Cornelius Tacitus vir doctissimus, & rerum Britannicarum (à » Iulio Agricola socero suo edoctus) scientissimus, de eius situ & à continenti distantia, plura nobis communicauit. Hunc » igitur audiamus lib. 14. ita loquentem: Sed tum Paulinus Suetonius obtinebat Britannos, scientia militiæ & numero po- » puli, qui neminem sine æmulo sinit, Corbulonis concertator, receptæq́. Armeniæ decus æquare, domitis perduellibus, cu- » piens. Igitur Monam insulam incolis validam, & receptaculum perfugarum aggredi parat, navesq́. fabricatur, plano alveo » aduersus breve littus & incertum, sic pedites, equites vado secuti, aut altiores inter undas adnantes equis transmisere. Sta- » bat pro littore diuersa acies, densa armis virisq́ue, intercursantibus feminis, in modum Furiarum, veste ferali, crinibus de- » iectis, faces præferebant, Druidæq́; circum, preces diras sublatis ad cælum manibus fundentes, novitate aspectus perculê- » re militem, vt quasi hærentibus membris immobile corpus vulneribus præberent: dein cohortationibus Ducis & se ipsi sti- » mulantes, ne muliebre & fanaticum agmen pauescerent, inferunt signa, sternuntq́ue obvios, & igni suo involuunt. Præsi- » dium post hac impositum vicis, excisiq́ue luci, sæuis superstitionibus sacri. Nam cruore captivo adolere aras, & hominum » fibris consulere deos, fas habebant. Audi, obsecro, optime Lector, pedites vado, & altiores inter undas equis adnantes transi- » misisse. Etiam idem auctor, Agricolæ in eandem insulam expeditionem in eius vita depingens, ita scribit. Iulius Agricola » Monam insulam, cuius possessionem renocatum Paulinum rebellione totius Britanniæ suprà memorati, redigere in po- » testatem animo intendit, sed vt dubiis consiliis naues deerant, ratio & constantia Ducis transvexit; depositis omnibus sar- » cinis, lectissimos auxiliarium, quibus nota vada, & patrius nandi vsus, quo simul seq́ue & arma & equos tegunt, ita repen- » tè immisit, vt obstupefacti hostes, qui classem, qui naves, qui mare expectabant, nihil arduum, aut inuictum crediderint, sic » ad bellum venientibus. Ita petita pace, ac dedita insula, clarus ac magnus haberi Agricola: quippe cui ingredienti prouin- » ciam, quod tempus alij per ostentationem aut officiorum ambitum transigunt, labor & periculum placuisset. Audi iterum. » Milites sine classe, sine nauibus, nando in Monam evasisse. neque hæc auctor audiuit ab aliquo obscurioris famæ, sed ab ip- » so Agricola, socero suo, viro vndecumque clarissimo, & expeditionis duce. Sed audi quid huic respondet Polydorus. Scri- » bit lib. Anglicæ historiæ 1. Hæc olim (scilicet Mona) mari disuncta angusto, quoties decrescebat Oceanus, cuius magni fiunt omni tempore æstus, adeò prope terram erat, vt sine nauigiis adiri posset. & postea, Vide (inquit) quid posit vetustas, insula nunc ab omni terra abest amplius 25. millibus, quæ quondam vix mille passus procul erat. In quod nominis & famæ discrimen (etiam excellentiss. ingenia) non impellit invidia, & contradicendi studium. Somniat Vrbinas maximam terrarum inundationem, cuius nec Latini scriptores, nec Anglici, nec Hibernici, nec Scoti vnquam meminêre; &, quod magis mirum est, nec in vulgus rumor aliquis huius diluuij dimanauit. Quæritur etiam de angustia alterius insulæ & inopia frugum & arborum; vbi similiter fides in illo desiderari posit; nam hæc insula (Anglicèam eius, quæ verè Mona est, intelligo) habet in longitudine milliaria nostra circa 25. in latitudine 16. quorum vnumquodque ad minus 1200. passus Geographicos continet: igitur in circuitu patet circa 27. milliaria Italica, quia quibusdam locis angustior est. Quod de inopia arborum dicit, verum est: nam Tacitus affirmat lucos esse excisos, quorum (vt antea dixi) trunci innumerabiles passim terra obruti inveniuntur. Silvas etiam illic fuisse ante 400. annos, ex nostris historiis patet. Nescio quid dicam de sterilitate, cùm hic affirmare non veretur, quod omnes sciunt esse falsissimum: nam ob fertilitatem in prouerbium inter nostrates abiit, *Mon mam Gymry*, id est, Mona mater Cambriæ. Et incolæ (pro ratione nostræ regionis) sunt ditissimi etiam & validissimi, vt ex historiographis Anglicis liquet: nam sæpiùs Angliclasse inuecti insulam inuasere, sed frustrà: nam ab incolis ad internecionem cæsi sunt. testis erit Hugo Salopia & Arundelij Comes illic occisus: testis etiam Henricus filius naturalis Henrici primi, & cum eo multi nobiles ibidem deleti. Quid plura? Polydori Mona à terra 25. milliaribus distans, hac nihilo maior, multò magis sterilis, & imbellium hominum Ivernorum parens, Mona cum Polydoro esse desiit. Sed quid reliqui de hac re sentiunt, discutiamus. Geographiæ Princeps Ptolemæus ad Orientalem Iverniæ plagam quatuor ponit insulas, Monarinam (alia exemplaria Monaidam legunt) Monam, Adron, & Lymnon: hæ vltimæ nobis optimè cognoscuntur, antiqua retinentes nomina. Adros à nostratibus *Ynys ador*, quod insula auium significat, dicitur: Lymnos à nostratibus *Enlli*, ab Anglis *Bardesey*. i. Bardorum insula vocitatur. Restant reliquæ duæ, quarum necesse est, vt vna sit nostra, altera Virgilij Mona. Monariam ponit Ptolemæus multo magis ad Septentrionem, & Orientem Monam. Mona Polydori magis vergit ad Aquilonem & Ortum quàm nostra. Ergo Monaria, non Mona Ptolemæo est, & nostra Mona etiam apud ipsum Monæ nomen obtinebit. Hæc ex externis. Ad nostros veniamus, quibus magis in nominibus quam homini Italo, nostræ linguæ imperito, credendum esse arbitror. Sed ut hæc meliùs intelligantur, pauca priùs interserenda sunt. Britannos ante aduentum Anglorum totam hanc insulam possedisse, omnibus notum est, à quibus dolo victi, à meliori eius parte in extremas eius regiones depulsi sunt, & nomina à locis accepere, vt qui in Cambriam abiere, Cambri; qui in Cornoviam, Cornovij appellarentur. Angli tamen eos omnes more Germanico (qui Italos & Gallos Wallos vocant, Wallos nuncupauere, additis etiam regionum vocabulis, vt ex libris lingua Saxonica scriptis (etiam nunc exstantibus) apparet. Nam nostrates, Brytas Walas, Coronovienses Cornwalas in libris illis vocantur; non, vt rudiores somniant, à Cornugalliæ dicti. Nec hic silentio præterire possum impudentiam Virgilij, qui se gloriatur hoc primò scriptis tradidisse; cùm hanc veram Wallici nominis etymologiam ex Silvestri Gyraldo furatus est. Sed ut reuertar unde digressus sum: Iam Britanni in angustias terrarum pulsi, linguam Britannicam servavere; ita vt regiones, civitates, fluvij, insulæ, & populi, apud nostrates nomina obtineant antiqua. Nam Anglorum nomen nescimus, *Saisson*, id est, Saxonas (nam x litteram non habemus) omnes Anglos in hunc diem appellitantes, Angliam verò antiquo nomine *Lhoeger*, id est, Loëgriam, Walliam *Cambri*, id est Cambriam, Cornugalliam *Corniw*, id est, Cornoviam, Scotiam *Alban*, Hiberniam verò *Yuerdhon*, quam etiam antiquiores Geographi non Hiberniam, sed Iverniam dixêre, appellamus. Ita & omnium Angliæ ciuitatum nominibus vtimur antiquis, quibus olim ante aduentum Saxonum vocitabantur. Sed ad Monam redeamus. Nostrates omnes & incolæ ipsius insulæ (eadem hac antiquissima lingua

gua vſi) nullum aliud eius nouêre nomen præter *Mon*, ita ab omnibus vocitatur. Polydorus Angliſeam, id eſt, Anglorum
inſulam appellat. fateor hanc inſulam ab Anglis domitam eorum nomine decoratam fuiſſe, & Anglos ita eam vocare. Sed
obſecro an cum Anglis emerſit inſula, vel nullum habuit ante Anglorum aduentum nomen? hens expergiſcere, Polydo-
re; eadem ratione nec Anglia erit Britannia, nec Francia Gallia. Sed quod magis eſt, in hac Inſula incolæ (quamvis Anglo
ſubditi) nec quid ſit Anglus, nec Anglſea, norunt; cùm Anglum *Sais* ſingulari, plurali verò *Saiſon*, patriam ſuam dulciſsi-
mam *Mon* appellant. Præterea vrbs elegans ſuper illum ſinum contra Occidentalem inſulæ partem exſtructa, haud pro-
cul à loco vbi olim Segontium, Romanis cognita ciuitas ſita erat, *Caeraryon* nuncupatur, id eſt, ciuitas ſuper Monam: nam
Caer apud noſtrates vrbem muris cinctam; *Ar* ſupra ſignificant; ſed quòd in ultima ſyllaba m in u mutatur, vult idiotiſ-
mus linguæ; nam in omnibus dictionibus incipientibus ab m in contextu ſermonis, illa poſt certas conſonantes in n verti-
tur, cuius loco noſtrates f vtuntur, cùm u ſemper vocalis ſit; ut dies Mercurij *Die Mercher*, nox Mercurij *Nos fercher* dicun-
tur; ita Mariam *Mair*, Fanum Mariæ *Lhanvair* vocamus. Nec ſolùm vrbs, ſed totus ille Continentis contra inſulam tractus,
Arvon, id eſt, contra vel ſuper Monam appellatur. Eſto tamen hanc non fuiſſe Monam, debuiſſet Polydorus pro ſua au-
ctoritate aliud ei finxiſſe nomen, & non anonymam reliquiſſe. Iam ad alteram accedamus, quam noſtrates *Menaw*; incolæ
omnes, Angli & Scoti, etiam Britannicum nomen contrahentes, *Man* dicunt. itaq. nemo hominum (quod ſciam) præter
Vrbinatem & quendam impuriſſ. hominem Hectorem Boëthium, Monæ nomine hanc decoravit. Sed relictis his luce me-
ridiana clarioribus argumentis, ad auctoritates deveniamus; quibus fulti, vtræque inſulæ ſua genuina nomina tribuamus.
Reſtat achuc fragmentum antiqui ſcriptoris Gyldæ Britanni, viri vndequaque doctiſsimi, in ſingulari illa & omni genere
bonorum auctorum refertiſsima Bibliotheca, Illuſtr. Herois, & vnici inter noſtrates doctorum virorum Mæcenatis, domini
mei ſuſpiciendi Henrici, Arundelij Comitis; in quo hæc verba in deſcriptione Britanniæ habentur: Tres habet Britannia in-
ſulas. Vectam contra Armoricas; ſecunda ſita eſt in umbilico maris inter Iverniam & Britanniam. Nomen eius Eubonia
vulgò *Manaw*. Audi optime Lector Britannum Britannicè loquentem: nam ita nos vernacula lingua Monam Polydo-
ri hoc tempore vocamus Beda etiam Anglus, vir in omni litterarum genere clarus, lib. ſuæ Hiſtoriæ 2. cap. 9. hæc habet ver-
ba: Quo tempore étiam gens Nordan Humbrorum, hoc eſt, ea natio Anglorum, quæ ad Aquilonarem Humbri fluminis
plagam habitabat, cum Rege ſuo Eduyno verbum fidei prædicante Paulino (cuius ſuprà meminimus) ſuſcepit. cui videli-
cet Regi in auſpicium ſuſcipiendæ fidei & regni cæleſtis poteſtas, & terreni crenerat imperij, ita vt (quod nemo Anglorum
ante eum fecit) omnes Britanniæ fines, qua vel ipſorum vel Britonum prouinciæ habitantur, ſub ditione acceperet. Quin
& Menanias inſulas, ſicut & ſuprà docuimus, imperio ſubiugavit Anglorum; hic ego crediderim Menavias pro Menanias
ſcribi oportere, cùm facilis ſit lapſus ab n in u. Henricus præterea Huntyngtonenſis Eccleſiæ Archidiaconus, Hiſtoricus
egregius, qui ſcripſit circa annum noſtræ redemptionis 1140. Bedæ veſtigiis inhærens, hunc lapſum declarare videtur. Eduy-
ni Northumbrorum Regis potentiam & victoriam enarrans in hæc verba prorumpit: Eduwyn Rex Northumbrorum, cun-
ctis qui Britanniam incolunt Anglorum pariter & Britonum populis præfuit, præter Cantuarios, nec non Menaviam in-
ſulam; quæ inter Hiberniam & Britanniam ſita eſt, & vulgò *Man* dicitur, Anglorum ſubiecit imperio. Notandum hic eſt,
hunc Anglum, Anglicum etiam inſulæ (quam Virgilius Monam falsò vocat (tribuiſſe nomen; nam *Man* vulgò, inquit, di-
citur, quo nomine ab Anglis in hunc diem nota eſt. Et præter hos Ranulphus Ceſtrenſis in ſuo Polychronico libro primo
cap. 44. ita de inſulis Britanniæ vicinis loquitur: Britannia (inquit) tres habet inſulas ſibi adiacentes (præter Orchades) quæ
tribus eius principalioribus partibus quaſi reſpondere videntur. Nam Vecta adiacet Loëgriæ, quæ nunc Anglia dicitur;
Mona, quæ ab Anglis *Angliſea* vocatur, ad Cambriam (quæ & Wallia eſt) pertinet; inſula verò Eubonia, quæ duo alia
habet nomina, Menavia ſcilicet & Mania, Scotiæ contermina eſt. Hæ tres, Vecta, Mania, & Mona, eiuſdem ferè ſunt quan-
titatis. Hæc ille. Quòd Gyldas & alij hanc inſulam Euboniam Latinè vocant, hinc videtur originem traxiſſe, quòd ab ea-
dem natione, nempe Ivernica, à qua & Euboniæ (quas Hebrides aliqui dicunt) incolatur. Beda & Huntyngtonenſis Bri-
tannico nomini *Manau*, cùm Menaviam appellitant, alludere videntur: ſed nulli horum Mona dicitur. Ex his argumentis
& teſtimoniis liquet, Monam, eam eſſe inſulam, quam incolæ (vt ſuperiùs dixi) Monam etiam vocant, nullo alio nomine
cognito, & quæ Anglis Angliſea dicitur: altera verò, quæ Polydoro & eius luto hærentibus Mona dicitur, à Gylda Eu-
bonia, ab Huntyngtonenſi Menavia, ab aliis Mania vocitatur. Hic finem (vno, quod inſtar multorum erit, priùs in medium
adducto teſtimonio) faciam; nempe Silveſtris Gyraldi Cambrobritanni, viri non minùs natalibus illuſtris, quàm eruditione
clari, utpote ex nobili Gyraldorum familia orti, quibus debent Reges Angliæ deniétam Iverniam, & ipſe Regi Hen-
rico ſecundo chariſsimus, ac filio eius Iohanni à ſecretis fuit; cuius nomen in Decretis Pontificum Romanorum (quòd, cùm
Epiſcopus eſſet Menevenſis, cum Archiepiſcopo Cantuarienſi de prærogatiua eius Eccleſiæ certaret) eſt admodum cele-
bre: ille, inquam, in libro cui titulum fecit Itinerarium Baldvvini Archiepiſcopi Cantuarienſis, crucem in infideles per
Cambriam prædicantis, cuius etiam indiuiduus comes fuit, hæc de Mona inſula memoriæ prodidit: Craſtino tranſiuimus
percaſtrum de Caeraryon, & per valles & montes difficiles ad Bangor pervenimus, ab Epiſcopo decenter exhibiti, cuius
nomen Guianus, qui ad crucis ſuſceptionem ferè compulſus, cum magna lamentatione & vociferatione hominum utriuſ-
que ſexus: Inde in Monam inſulam duobus millibus paſſuum inde diſtantem tranſivimus, brevi maris brachio tranſma-
vigato; ubi iunior Oeni filius Rothericus cum inſulæ totius & terrarum adiacentium populo devotus nobis occurrit. ibi
facto quaſi theatro in petroſis rupibus prope littus prædicante Archiepiſcopo & loci Archidiacono Alexandro, multi ad
crucem ſunt allecti: ſed iuvenes electi de familia Rothericì, qui contra nos ſedebant, nullo modo allici poterant ad crucem
ſuſtinendam; quorum aliqui paulo pòſt, dum prædones ſequerentur, oceiſi, alij vulnerati, vltronei in carne ſibi invicem cru-
ces affixerunt. Rothericus Reſi Principis filiam, ſibi tertio gradu cognatam, vxorem habuit; quam nullis monitis à ſe pellere
voluit, ſperans inde auxilium contra fratris filios, quos exhæreditaverat; at paulo pòſt illi omnia recuperavêre. Habet hæc
inſula 343. villas, & tamen pro tribus Cantredis habetur: habet Britannia tres inſulas ſibi adiacentes eiuſdem ferè quanti-
tatis, ab Auſtro Vecta, à Zephyro Mona, à Circio Mania: ſed duæ priores propinquiùs continenti adiacent, modicis di-
ſtinctæ maris interſtitiis; tertia verò, quæ Mania dicitur, medio inter Hibernicam Vltoniam & Scoticas Galovidias libramine iacet. Mona verò ab incolis *Mon Man Cymbry* ob tritici fertilitatem dicitur. Et poſtea: Hugo comes Slopesburienſis & Arundelij cum Hugone comite Ceſtrenſi, cùm hanc inſulam vi ingrederetur, canes in Eccleſia ſancti Fefridanci nocte oc-
cluſit, quos omnes manè rabidos inuenit, & ipſe poſtea à piratis de Orcadibus venientibus, quorum Princeps Magnus, ſa-
gitta in oculo (quæ pars corporis ſola ferro nuda erat) ictus, à navi in mare mortuus cecidit: quod videns Magnus, dixit Da-
nica lingua, *Leit loupe*, quod ſignificat, Sine eum ſaltare. Item cùm Henricus ſecundus exercitum in Venedotiam ducens apud
Caleshull bellicam aleam in arcto ſilveſtri expernis eſt, claſſem in Monam miſit, quæ Eccleſiam prædictam cum aliis lo-
cis ſpoliavêre; vnde ab accolis, multi à paucis, armati ab inermibus, victi, vulnerati, & capti, & interempti ferè omnes fuêre.
Fuerant duo nobiles viri, & eius qui ſcripſit hæc avunculi, cum aliis hunc à Rege miſsi, Henricus ſcilicet regis Henrici primi filius, & ſecundi avunculus, ex nobili Neſta Reſi filij Theodori filia, in Auſtrali Cambria Demetiæ finibus oriundus, & Stephani filius, Henrici frater non germanus, ſed vterinus, vir qui noſtro primus tempore aliis viam præbens, Hibernicam

non

,, non longè pòst aggressus est expugnationem, cuius præconia vaticinalis depromit historia. Henricus nimia fretus audacia,
,, bonaque destitutus omnino sequela, inter primos lanceis confossus occubuit. Robertus verò de defensione diffidens, vix
,, ad naves grauiter vulneratus evasit. Hæc insula foris sterilis & hispida, vt terra de Pebidion prope Menaviam apparet, quam-
,, uis multis fertilissima. Huc usque Gyraldus. Quid vmquam planiùs aut diluciditùs de Mone nomine, loco, fertilitate, &
,, incolarum strenuitate; etiam de alterius insulæ & situ & nomine, litteris mandari potuit? Idem auctor in sua Cambriæ To-
,, pographia, ita de hac insula loquitur: In Noortwallia inter Monam & montes Eryri sedes Banchoriensis Danielis patro-
cinio gaudet. Et iterum: Totius autem Walliæ sicut Australis pars circa regionem Cereticam, & præcipuè Demetiam campestri planitie, maritimoque littore longè amœnior est; ita Borealis Venedotia, & situ terrarum munitior, & robustis virorum
,, cordibus fœcundior, ubique gleba fertilior esse dignoscitur. Nam sicut montes Eryri cunctis Walliæ armentis in vnum coactis
,, ad pascua, sic Mona insula tritici fertilitate toti Walliæ fertur aliquamdiu sufficere posse. His lectis & pensiculatis, quis homi-
,, nùm ita stupidus, qui dubitet Anglisam Polydori veram esse Monam Druydum sedem, & Romanis armis litterisq. nobilita-
,, tam? Aliam verò insulam Britannis *Manau*, Anglis verò *Man* dictam, quam ille, & alij viri docti ex eius lacunis turbidam
,, bibentes, Monam falsò appellauêre, rectiùs Monarinam vel Monaidam, vt Ptolemæus; Euboniam, vt Gyldas, aut Menaviam, vt Beda, & Huntyngtonensis; aut Maniam, vt Gyraldus, dici oportêre.

Plura etiam & argumenta, & doctorum virorum testimonia in medium adferre possem: sed ne Lectori tædium adferam, his in præsenti supersedebo; non dubitans, quin hæc omni viro docto, & in historiis Britannicis exercitato, ad omnes adversariorum calumnias diluendas satis firma esse videntur. Igitur te, pro eo quo præditus es candore & humanitate, oratum velim, vt hæc qualiacumque sint, boni consulas, Monamq. nostram suæ pristinæ gloriæ, typis tuis restituas. Speroque me propediem tibi non solùm Monæ, sed etiam totius Cambriæ certissimam descriptionem nominibus tum antiquis, Romanis & Britannicis, tum Anglicis modernis illustratam missurum. Angliæ etiam Chartam Geographicam, additis ex Ptolemæo, Plinio, & Antonino, antiquis nomenclaturis, ut Hectoris Boethij innumera mendacia hinc faciliùs dignoscantur, in quem Lælandus noster aptissimum edidit Epigramma:

Hectoris historici tot, quod mendacia scripsit,
Si vis vt numerem, Lector amice, tibi;
Me iubeas etiam fluctus numerare marinos,
Et liquidi stellas connumerare poli.

Habeo etiam exactissimam tractus maritimi Scotiæ descriptionem: quæ omnia cùm Londinum venero (quod Deo fauente ante finem Aprilis fiet) ad te mittam: ex quibus vitorum quorundam doctissimorum manifecti patebunt errores; qui imperitis quibusdam nimium fidentes, situs & nomina multorum locorum, Vrbium & Fluviorum, in Chartis suis Geographicis satis infeliciter, & multùm à vero aberrantia depinxere. Interim te benè valere iubeo: & si quid aliud sit, in quo tibi placere possim, non roges, sed imperes, quod voles. Richardus Clougus, vir integerrimus, & contractæ inter nos amicitiæ auctor, idemque communis noster amicus, & litteras tuas ad me perferendas dabit, & meas tibi (pro ea quæ inter nos est familiaritate) reddet. Vale dulcissime Orteli. Denbighiæ, Northwalliæ sive Guynedhiæ, 5. Aprilis, 1568.

Tuus per saxa per ignes

Humfredus Lhuyd Denbighiensis
Cambrobritannus.

APPROBATIO.

Visitauit & approbauit hoc opus D. Sebastianus Baer Delphius, Cathed. Ecclesiæ S. Mariæ Antverpiensis Plebanus & Canonicus. Item VWalterus van-der Steghen, & D. Henricus Zibertus Dungæus, Canonici eiusdem Ecclesiæ B. Mariæ Antverp.

IMP. RVDOLPHI, PHILIPPI HISP.
REGIS, ET CANCELLARIÆ BRABANTICÆ
PRIVILEGIIS SANCITVM EST,

NEQVIS alius cuiuſcuiuſque ſit conditionis, eas Tabulas quas *Abrahamus Ortelius* Regiæ Maieſtatis Geographus ſtudio ſuo deſcripſerit, vel ſuis impenſis primùm in lucem ediderit; ſiue eas venum ſeorſum dederit, ſiue iis Theatrum ſuum nunc auxerit, aut poſtea adhuc addiderit; intra decennium à die impreſsionis abſolutæ computandum, typis mandare, vel ſimili atq. eodem quo à dicto Ortelio exprimentur, vel alio charactere, ſeu forma excudere, vel cudendas dare, ſeu alibi impreſſas adducere, vendere & diſtrahere palàm ſiue occultè auſit. Quiſquis verò ſecus fecerit, ei ſtatuitur atq. decernitur, debere non ſolùm adimi vel auferri Tabulas & libros impreſſos aut venum expoſitos, quos vtique prædictus Ortelius, vel eiuſdem hæredes, aut mandatum ab eo habentes, auxilio Magiſtratus eius loci, vel etiam per ſe ipſi apprehendere & ſibi vendicare poterunt; verùm etiam irrogari mulctam quæ expreſſa eſt in ipſis diplomatis, Dat. Anno Domini, M. CCCCC.

Imperatoris quidem
LXXVI. Ratiſponæ vigeſima ſecunda Octobris. *Subſign.*
Rudolphus
Ad mandatum ſacræ Cæſar. M. proprium,
Eſtenberger.

Philippi verò Hiſpan.
LXXIX. Antvverpiæ die tertia menſis Februarij,
Signat.
Sille.

Et Cancellariæ,
Bruxellis die quinta Martij eiuſdem anni.
Signat.
Blyleuen.

AD LIBRI COMPACTOREM.
Series & ſigna huius Theatri Chartarum ſeu foliorum,

A, B, C, terniones. D, duernio. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. &c. vſque 118. ſingula folia ſunt.

Parergi a. duernio eſt; deinde j. ij. iij. iiij. &c. vſque. xl. ſingula folia ſunt.

Nomenclatoris, A. B. C. triterniones.

Omnia autem folia Tabulas Geographicas continentia, debet Compactor adglutinare à tergo iuſta papyri parte, qua in dorſo libri ligentur, ne ligatura impediat, quò minùs Tabulæ integrè pleneque oculis pateant, eque fundo emineant.

2519-126